Universitätsbibliothek Paderborn

# Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

Sessio XXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

Visual Library

Nicol.Garc.*de benef.p.12.cap,2.num.* 102. Vnde beneficia de tempore vnionis reſeruata prohibitum fuit in antea vniri ſeminario, ex Andan.*d.tit.*18.*num.*25. vbi dicit fuiſſe deciſum *in Corduben.*19.*Decembris* 1620. validam fuiſſe vnionem factam *de anno* 1598. ſeminario de quibuſdam præſtimonijs, quæ obtinebat familiaris Papæ, & alius continuus commenſalis Cardinalis Quirogæ.

Seminario vniri non poſſunt beneficia obtenta ab Epiſcopo Oritano tempore ſuę promotionis tanquam Sedi Apoſt.reſeruata, Viuian. poſt ſuam praxim iuriſpatron.in fine,*deciſ.*48. vbi aſſerit ſic reſolutum *ſub die* 24. *Auguſti* 1619.

43. Vnionem factam ſeminario de beneficio reſeruato eſſe nullam cenſuit Rot.*in Aſſiſien.beneficy* 11.*Maij* 1607. *coram,bonę mem. Card. Marquemont.* refert Nicol. Garc. *in addit.ad ſuum tract.de beneſic.p.*12.*cap.* 2.*num.*105. vbi *num.* 126. dicit deciſum non poſſe etiam ante vacationem vniri ſeminario beneficia, quæ obtinent perſonæ, quæ ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales ſint, vt quocunque menſe decedant; certum ſit ea fore affecta Sedis Apoſt.

44. Beneficia, quæ iam vacauerant in menſe reſeruato, vel quæ aliàs ſunt indubitanter reſeruata, non poteſt Epiſcopus vnire ſeminario vigore huius decreti, cùm id fiat *in* præiudicium reſeruationum Apoſtol. vt refert deciſum Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloſſ.*5.§.7.*num.*75.

45. Beneficia ſimplicia ſi Epiſcopus ſeruata forma Concilij ſeminario vniuerit ante eius vacationem, etiam in menſe reſeruato, vnionem debere effectum ſortiri, refert deciſum Garc.*in addit.ad p.*12.*c.*2.*num.* 102.

46. Cardinalem Epiſcopum habentem indultum poſſe non obſtante decreto ſanctæ mem.Clementis VIII.ante vacationem vnire ſeminario beneficium, quod obtinet familiaris Papæ defuncti, tenet Aldan.*d.tit.*18.*num.* 26. affirmans ſic fuiſſe deciſum *in Tudertina* 15. *Aprilis* 1628.

*o Nec per reſignationem ipſorum*, &c.] Vide Flamin. *de reſignat.benef.lib.*2.*q.*9.*num.*2.*& lib* 10.*q.*7.*num.*17. Epiſcopus facit vnionem beneficij non vacantis iuxta hoc decretum, & aliquis ſuccedente vacatione impetrat illud à Papa, non irritatur vnio facta ſeminario, nec impeditur illo facto. Zerol.*in praxi Epiſcop.p.*1.*verb.vnio.verſ. primum dubium*, Flamin.*d.lib.*2.*q.*9 *num.*14. *&* 15. Valenzuel. *conſ.* 22.*num.*16.

47. Beneficia prima vacatura per reſignationem ſimplicem, non autem per conditionalem, in fauorem certæ perſonæ vnire poteſt Epiſcopus vigore huius decreti, prout refert deciſum Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel.gl.*14.*n.*10.

*p Sed pro penſionibus*,&c.] Vide Tiraquell. *de iure prim. quæſt.*70.*num.*10. Valaſc.*de iure emphyt.quæſt.* 17.*num.*7.

Cùm penſiones apponantur ſuper fructibus, & redditibus beneficij, tenetur penſionarius pro rata penſionis ſoluere ſubſidium, & alia onera impoſita reſpectu fructuum beneficij, ita reſoluit Nicol.Garc. *de benef. part.*1. *cap.*5.*num.*171. Monet.*de decim,cap.* 9. *à num.* 83. Azor.*inſtit.moral.part.*2.*lib.*8.*cap.*9. *quæſt.* 2. Ego ipſe *de officio & poteſt Epiſcopi,part.*3.*alleg.*77.*num.* 12. Et habere locum ſiue ſeminaria erecta ſint ante reſeruationem penſionum, ſiue poſt, dicit deciſum Nicol. Garc. *in addit. ad d.numero* 171. 48.

Titularis occaſione contributionis per eum factæ ſeminario non poteſt detrahere ex penſione quam ſoluit, niſi pro rata penſionis, & ad eam rationem, qua ipſe titularis contribuit, vt refert deciſum idem Nicol. Garc. *in addit. ad d.num,*171. & qualiter taxa imponenda ratione penſionis, *ibidem num.*176. 49.

Occaſione ſeminarij poteſt taxa pro penſionibus detrahi, & exigi à titularibus, dummodo ſpecialiter non ſint exemptæ, quæ titulares retinebunt pro rata ſoluta, Sel.*d.cap.*10.*num.*30. vbi aſſerit ſic fuiſſe reſolutum *in Lucana* 5. *Iulij* 1628. *ad* 6. 50.

Seminario taxam ſoluere recuſantes poteſt Epiſcopus punire interdicendo, & alia grauiora iuris remedia adhibendo, Aldan.*d.tit.*18. *num.* 15. vbi refert deciſum *in vna Marſicen.* 51.

Epiſcopus an poſſit auctoritate ordinaria vniones beneficiorum ſeminario factas diſſoluere, ſi poſtea illud redditus ſufficientes acquiſierit, quæſtio eſt dubia, de qua Sel.*d.cap.*10. *num.* 32. vbi atteſtatur cùm proponeretur *ſub die* 7. *Iulij* 1618. non fuiſſe reſolutum. 52.

*Quę Scholaſtriæ dicuntur, nonniſi Doctoribus*,&c.] Scholaſtria conferenda eſt Doctoribus, vel Magiſtris, aut Licentiatis in ſacra Pagina, aut iure Canonico in qualibet Vniuerſitate approbata, nec obſtat quòd non eſſet ex illis, quę eſſent in illa regione, in qua eſſet Scholaſtria, ita refert deciſum Nicol. Garc. *de beneſic. p.*7. *cap.* 7. *num.* 35. quem refero *de officio & poteſtate Epiſcopi. p.* 3.*alleg.*60.*num.* 62. Caſtro Palao *in opere morali tom.*2.*tract.*13.*diſp.*4. *puncto* 6.*num.*14. Ioan.de Solorzano *de iure Indiarum tom.* 2.*lib.*3. *c.*14.*num.*18. vbi ſubdit, hoc decretum Concilij non comprehendere Scholaſtrias exiſtentes in loco, in quo erectum non eſt ſeminarium, vel vbi in eius inſtitutione alij præceptores ſunt deſignati. 53.

Non comprehendit Scholaſtrias exiſtentes in loco, in quo minimè erigendum eſt ſeminarium, vt teſtatur reſolutum Nicol.Garc.*in addit.ad d.num.*35. 54.

## SESSIO XXIV.

### Doctrina de Sacramento Matrimonij.

1 *Doctores de indiſſolubilitate matrimonij agentes.*

2 *Declaratur hæc auctoritas circa inſtitutionem matrimonij.*

3 *Matrimonium ante legem gratiæ in lege naturę, & veteri, non fuit propriè Sacramentum.*

4 *Matrimonium eſt verè, & propriè vnum ex ſeptē legis Euangelicæ Sacramentis à Chriſto Domino inſtitutum.*

5 *Polygamia, ſeu pluralitas coniugum ſimul eſt illicita, & irrita iure diuino.*

6 *Papa poteſt diſpenſare in aliquot gradibus ex prohibitis Leuit.* 18. *quia non omnes obligant hodie in lege Euangelica.*

7 *Poteſtas ſtatuendi impedimenta tam impedientia tantùm, quàm dirimentia, eſt in Eccleſia.*

8 *Matrimonij vinculum diſſolui non poteſt propter hæreſim, aut moleſtam cohabitationem, ſed tantum ob id fieri poteſt diuortium quoad thorum, & habitationem.*

9 *Matrimonium ratum non conſummatum per ſolemnem Religionis profeſſionem alterius coniugū dirimitur.*

10 *Matrimonium ratum ſola Eccleſiæ auctoritate per vota ſolemnia Religionis ſoluitur.*

11 *Matrimonium ratum non diſſoluitur per tria vota Societatis per biennium emiſſa.*

12 *Matrimonium ratum diſſoluitur per profeſſionem in Religione S.Ioannis Hieroſolymitani.*

13 *Matrimonij vinculum diſſolui non poteſt propter adulterium alterius coniugum.*

14 *Inno-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

14 *Innocens, qui cauſam adulterio non dedit, non poteſt altero coniuge viuente aliud matrimonium contrahere.*

15 *Coniuges poſſunt ob alias cauſas preter fornicationem ab altero quoad thorum, & cohabitationem ſeparari.*

16 *Clerici in ſacris Ordinibus conſtituti, vel Regulares caſtitatem ſolemniter profeſſi non poſſunt matrimonium contrahere, contractumque de facto inualidum eſt.*

17 *Melius ac beatius eſt manere in virginitate, aut cœlibatu, quàm iungi matrimonio.*

18 *Prohibitionem ſolemnitatis nuptiarum certis anni temporibus ſuperſtitionem eſſe dicentes, aut benedictionem, & alias cæremonias, quibus Eccleſia vtitur, damnantes, anathematizantur.*

19 *Cauſæ matrimoniales ſpectant ad iudices Eccleſiaſticos.*

MAtrimonij perpetuum α *indiſſolubilemque nexum* primus humani generis parens diuini Spiritus inſtinctu pronunciauit, cum dixit: β *Hoc* [a] *nunc os ex oſſibus meis*, & caro de carne mea: quamobrem [b] relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna.

Hoc autem vinculo duos tantummodo copulari, & coniungi, Chriſtus Dominus apertius docuit, cum poſtrema illa verba, tanquam à Deo prolata, referens dixit: [c] Itaque iam non ſunt duo, ſed vna caro, ſtatimque eiuſdem nexus firmitatem, ab Adamo tanto antè pronunciatam his verbis confirmauit: [d] Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Gratiam verò, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem vnitatem confirmaret, coniugeſque ſanctificaret, ipſe Chriſtus, venerabilium Sacramentorum inſtitutor, atque perfector, ſua nobis paſſione promeruit, quod Paulus Apoſtolus innuit, dicens: [e] Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: mox ſubiungens: Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem [f] dico in Chriſto, & in Eccleſia.

γ *Cùm igitur Matrimonium in lege* [g] *Euangelica* veteribus connubijs per Chriſtum gratiam præſtet, merito inter nouæ [h] legis Sacramenta annumerandum, ſancti Patres noſtri, Concilia, & vniuerſalis Eccleſiæ traditio ſemper docuerunt: aduerſus quam impij homines huius ſæculi inſanientes, non ſolùm perperam de hoc venerabili Sacramento ſenſerunt, ſed de more ſuo prætextu Euangelij libertatem carnis introducentes, multa ab Eccleſiæ Catholicæ ſenſu, & ab Apoſtolorum temporibus probata conſuetudine aliena, ſcripto, & verbo aſſeruerunt, non ſine magna Chriſti fidelium iactura: quorum temeritati ſancta, & vniuerſalis Synodus cupiens occurrere, inſigniores prędictorum ſchiſmaticorum hæreſes, & errores, ne plures ad ſe trahat pernicioſa eorum contagio, exterminandos duxit, hos in ipſos hęreticos, eorumque errores decernens anathematiſmos.

δ CANON I.

Si quis dixerit, Matrimonium non eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicæ Sacramentis [a] à Chriſto Domino inſtitutum, ſed ab hominibus in Eccleſia inuentum, neque gratiam conferre, anathema ſit.

ε CANON II.

Si quis dixerit, [b] licere Chriſtianis plures ſimul habere vxores, & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum, anathema ſit.

ζ CANON III.

Si quis dixerit, [c] eos tantum conſanguinitatis & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, poſſe impedire matrimonium contrahendum, & dirimere contractum, nec poſſe Eccleſiam in nonnullis illorum diſpenſare, aut conſtituere, vt plures impediant, & dirimant, anathema ſit.

η CANON IV.

Si quis dixerit, Eccleſiam non potuiſſe conſtituere impedimenta matrimonium dirimentia, vel in ijs conſtituendis erraſſe, anathema ſit.

θ CANON V.

Si quis dixerit, [d] propter hæreſim, aut moleſtam cohabitationem, aut affectatam abſentiam à coniuge diſſolui poſſe matrimonij vinculum, anathema ſit.

ι CANON VI.

Si quis dixerit, [e] matrimonium ratum, non conſummatum, per ſolemnem religionis profeſſionem alterius coniugum non dirimi, anathema ſit.

κ CANON VII.

Si quis dixerit, [f] Eccleſiam errare, cum docuit, & docet iuxta Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum matrimonij vinculum non poſſe diſſolui, & vtrumque, λ *vel etiam innocentem*, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero coniuge viuente aliud matrimonium contrahere: mœcharique eum, qui dimiſſa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimiſſo adultero, alij nupſerit, anathema ſit.

μ CANON VIII.

Si quis dixerit, Eccleſiam errare, cum ob multas cauſas ſeparationem inter coniuges, quoad thorum, ſeu quoad cohabitationem, ad certum incertumve tempus fieri poſſe decernit, anathema ſit.

ν CANON IX.

Si quis dixerit, [g] Clericos in ſacris Ordinibus conſtitutos, vel regulares, caſtitatem ſolemniter profeſſos, poſſe matrimonium contrahere, contractumque validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel

a Geneſ. 2. 3. Eſdræ 3. Epheſ. 5. 1. Corinth. 6. c. fraternitatis. 35. q. 10. c. debitum de bigam. c. 2. in prin. de coniug. lepr.
b Matth. 19.
c Ibidem. Marc. 10. 1. Corinth. 6. Epheſ. 5. cap. ſunt qui 27. q. 2. c. fin. 28. q. 2. c. de infidelibus de conſang. & affin. c. Martinus de cognat. ſpirit.
d Ibidem.
e c. nemo. in fin. 32. q. 4. Epheſ. 5. in fin. c. debitum de bigam.
f Ibidem.
g Epheſ. 5.
h Conc. Florentinũ ſub Eugenio 4. c. ad abolendam de hæret.
a Matth. 19. Marc. 10. Epheſ. 5. c. ad abolenda de hæret.
b Matth. 19. c. ſi quis. 32. q. 7. toto tit. de ſponſa duorum. ca. gaudemus. de diuort.
c Leuitic. 7. c. pyſtacium 30. quæſt. 3. Conc. Tolet. 2. c. 5. 35. q. 2. & 3. per tot. c. non debet. de conſang. & affin.
d cap. de illa cum ſeq. de diuort. c. de infidelibus. de conſang. & affin.
e Cap. commiſſum. de ſponſ.
f Matth. 19. Lucæ 16. 1. Corinth. 7. c. placuit. cũ multis ſeqq. 32. q. 7. cap. gaudemus. de diuort. Conc. Milenitan. c. 17. Conc. Aphricanum. c. 69.
g diſt. 27. c. presbyteris & per totam 27. q. 1. per totam extra qui cle. vel vouen. per totum Cõc. Carthag. 4. c. 104. Conc. Matiſcon. c. 4. cum ſim.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel voto: & oppoſitum nil aliud eſſe quàm damnare matrimonium, Poſſeque omnes contrahere matrimonium, qui non ſentiunt ſe caſtitatis, etiam ſi eam vouerint, habere donum, anathema ſit: cum Deus in rectè petentibus non deneget, nec [h] patiatur nos ſupra id quod poſſumus, tentari.

h 1. Cor. 10. i Matth. 10. 1. Cor. 7. in fin. c. nuptiæ 32. q. 2. c. qui ſint 33. q. 5. c. cõmiſſum, de ſponſal. k 1. Cor. 7. l Cap. multa rum 35. q. 6. c. 1. in fin de conſang. & affin. c. accedentibus, de exceſſ. Præl.

## § CANON X.

Si quis dixerit, ſtatum [i] coniugalem anteponendum eſſe ſtatui virginitatis, vel cœlibatus, & non eſſe melius, ac beatius manere in virginitate, aut cœlibatu, quàm iungi matrimonio, [k] anathema ſit.

## ◦ CANON XI.

Si quis dixerit, prohibitionem ſolemnitatis nuptiarum certis anni temporibus ſuperſtitionem eſſe tyrannicam, ab Ethnicorum ſuperſtitione profectam, aut benedictiones, & alias cærimonias, quibus Eccleſia in illis vtitur, damnauerit, anathema ſit.

## π CANON XII.

Si quis dixerit, [l] cauſas matrimoniales non ſpectare ad iudices Eccleſiaſticos, anathema ſit.

DE Sacramento Matrimonij latè, ſed non ex profeſſo, tractarunt Cardin. Bellarm. *in ſuis controuerſ. cathol.* vbi de matrim. Henriq. *in ſumm. lib. 11, de matrim.* Viuald. *in candel. aureo, tit. de matrim.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. matrimonium*, Ioan. Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ. p. 2. c. 19. de ſponſal. & matrim.* Verac. *in ſpeculo coniug.* Stephan. Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. Matrimonij impedimenta, & verb. Matrimoniales diſpenſationes*, Matienſ. *tit. 1. li. 5. nouæ recop.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. li. 31. de matrim. ſacramento*, Fernand *in examine Theolog. moralis, p. 3. c. 15. cum ſeqq.* Rebello *de obligat. iuſtitiæ, p. 2. lib. 3. de contractu matrim.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom. 2. diſp. 21. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſum. Theologiæ moralis, p. 1. trac. 4. c. 5. cum ſeqq.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. mor. tract. 10. de ſacram. Matrim.* Paul. Laymann *in Theologia morali tract. 10.* Torreblanca *de iure ſpirituali lib. 2. cap. 14. cum ſeqq.*

Ex profeſſo autem tractarunt, & integros tractatus edidere, videlicet de matrimonio, & ſponſalibus, Ioan. à Capiſtrano *tom. 9. tractatuum Doct. fol. 77.* Petrus de Ledeſma, Thomas Sanchez, Ioannes Gutierrez, Martinus Bonacina, Baſilius Pontius, & omnium nouiſſimè Gaſpar Hurtado.

*Matrimonij & ſponſaliorum quotidianis materijs*, Laurentius Naudeuerus.

*Matrimonio ab hæreticis contracto, & an dirimi poſſit à Papa*, Thom. Campeg. *tom. 9. tract. Doctor. fol. 113.*

*Matrimonijs clandeſtinis irritandis*, Iacobus Nauclantus, & Antonius Contius.

*Matrimonij impedimentis*, Baſilius Pontius.

*Matrimonij indiſſolubili vinculo*, Gregorius de Valentia.

*Matrimonij diſſolutione*, Iulius Sanazarius.

*Matrimonij nullitate*, Franciſcus Antonius Oliuerius.

*Matrimonialibus capitulis, ſeu de pactis nuptialibus*, Ioannes Petrus Fontanella.

*Matrimonij pactis, ſiue de ritu nuptiarum*, Franc. Molinus.

1. α *Indiſſolubilemq; nexum.*] Vide Rebell. *d. p. 2. lib. 2. quæſt. 15. ſect. 1.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom. 2. diſp. 26. dub. 1. concluſ. 3.* Gutier. *d. tract. de matrimon. cap. 53. à princip.* Bonacin. *d. quæſt. 2. puncto 11.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moral. tract. 10. c. 2.* Paul. Laymann *in Theologia morali tract. 10. p. 3. c. 6. à prin.* Gaſp. Hurtado *de matrim. diſp. 8. diffic. 1. cũ ſeqq.*

2. β *Hoc nunc os ex oſſibus meis*, &c.] Vide Perez *l. 1. in gloſſ. que es el paraiſo, pag. 20. tit. 1. lib. 5. ordin.* Viuald. *in candel. aureo p. 1.* vbi de matrim. *n. 7.* Petr. de Ledeſma *de matrim. quæſt. 42. art. 2.* Henriq. *in ſum. li. 11, de matrim. c. 1. §. 3.* Vazq. *de matrim. diſp. 1. c. 20.* Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp. 4. num. 2. & diſp. 13. num. 4.* Rebello *de obligation. iuſtitiæ, p. 2. lib. 2. quæſt. 3. à princip.* Gutier. *de matrim. cap. 39. per tot.* Bonacin. *in ſimili tract. quæſt. 2. puncto 2. num. 1.* Gaſpar Hurtado *eod. tract. diſp. 4. diffic. 1. num. 3.*

3. γ *Cùm igitur matrimonium in lege Euangelica*, &c.] Matrimonium ante legem gratiæ in lege naturæ, & veteri non fuiſſe propriè Sacramentum gratiam conferens, docent Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 1. de Sacram.* vbi de ſacram. Matrim. *c. 1. concl. 6.* Vazq. *diſp. 2. c. 3.* Rebell. *d. lib. 2. q. 3. à n. 12.* Henriq. *in ſum. lib. 11. c. 2. §. 1. & in commento lit. V.* Ægid. de ConincK *d. to. 2. diſp. 24. concl. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp. 7. num. 2.* Gutier. *in ſimili tract. cap. 42. à princip.* Paul. Laymann *d. tract. 10. p. 1. c. 2. num. 1.* Gaſpar. Hurtado *de ma-matrim. diſp. 3. diffic. 20. num. 72.*

Contra Roffenſ. Caſtr. Catherin. & alios, quos refert & ſequitur Petr. Sot. *de inſtit. ſacerd. lect. 2. de matrim.* exiſtimantes ante legem gratiæ matrimonium fuiſſe propriè Sacramentum, & gratiam contuliſſe. De intellectu verò *cap. gaudemus, de diuort.* ibi *cùm Sacramentum coniugij apud fideles, & infideles exiſtat*, agunt Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp. 8. à princ.* Baſil. Pont. *in ſimili tract lib. 1. c. 6. num. 6.* Antonin. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib. 2. c. 1. num. 8.* Ego ipſe *in collection. ad d. cap. gaudemus num. 3. cum ſeqq.*

δ CANON I.] Vide Tertull. *in exhort. ad caſtitatem c.* 4.
*5. verſ. vno matrim.* Iſidor. Hiſpalen. *de officiis eccleſ. lib. 2. c. 19.* Magiſt. *in 4. diſt. 33.* vbi Durand. *q. 1.* Thom. Argent. *art. 3.* Iodoc. Cocci. *in theſauro Catholico to. 2. lib. 9. art. 2.* Perez *l. 1. gloſ. que es el parhiſo pag. 20. tit. 1. li. 5. ordin.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ. 15. princ. n. 15.* Sayr. *de Sacrament. in genere lib. 1. c. 2. q. 2. art. 4. verſ. quòd ad matrim.* Valent. *tom. 4. diſp. 10. q. 1. puncto 5.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 1. de Sacrament.* vbi de ſacram. matrim. *c. 1. concl. 1. & 19.* Franc. Molin. *de ritu nupt. li. 2. differ. 18. n. 5.* Sanch. *de matrim. li. 2. diſp. 20.* Gutier. *eod. tract. c. 42.* Bonacin. *in ſimili tract. q. 2. puncto 1. n. 2.* Rebello *de oblig. inſtit. p. 2. li. 2. q. 3.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. li. 31. c. 1. à n. 2.* Ægid. de ConincK *de Sacram. to. 2. diſp. 24. dub. 2. à nu. 5.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p. 3. c. 18. n. 1. & 7.* Paul. Laymann *in Theolog. morali tract. 10. p. 1. c. 2. n. 1 in princ.* Gaſp. Hurtado *de matrim. diſp. 4. diffic.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. c. 1. num. 46. & c. 14. à num. 4.*

ε CANON II.] Vide Card. Bellarm. *li. 1. de matrim. c.* 5.
*11. propoſ. 2.* Valent. *to. 4. diſp. 10. q. 1. puncto 3. col. 3. verſ. quintò*, Henriq. *in ſum. li. 2. c. 6. §. 1.* Fernandez *in examine Theolog. moralis p. 3. c. 19. §. 1. nu. 8.* Sanch. *de matrim. li. 7. diſp. 80.* Gutier. *eod. tract. c. 96.* Bonac. *in ſimili tract. q. 3. puncto 10. nu. 3.* Rebell. *de obligat. inſtit. p. 2. li. 3. q fin. à nu. 5.* Ægid. de ConincK *de Sacram. to. 2. diſp. 26. dub. 2. n. 13.* Ludou. de Sotomaior *in Cantica c. 6. in verb. ſexaginta ſunt Reginæ, pag. mihi 1091.* Baſil. Pont. *de impediment. matrim. c. 13. & in tract. de matimonij ſacramento lib. 7. c. 49.* Paul. Laymann *in ſumm. Theologiæ moralis tract. 10. p. 3. cap. 6. à num. 7.* Gaſpar Hurtado *de matrim. diſp. 19. diffic. 1.* metipſum *in collect. ad cap. gaudemus, de diuor. num. 10. cum ſeqq.*

ζ CANON III.] Vide Nauarr. *conſ. 14. n. 8. de ſponſal.* 6.
*in nouis*, Couar. *de ſponſal. p. 2. c. 6. §. 10. n. 2.* Valent. *p. 4 diſp. 10. q. 5. puncto 3.* vbi de impedimento cognationis. *§. in alijs ante gradibus.* Caiet. *2. 2. q. 154. art. 9. circa ſolut. ad 3.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 52. n. 6. & li. 8. diſp. 6. n. 11. cum ſeqq.* Gutier. *eod. tract. c. 98. n. 19.* Molfeſ. *in ſumm. Theolog. moral. trac. 4. c. 10. num. 113.* Paul. Laymann *in Theolog. morali tract. 10. part. 4. c. 10.* Gaſp. Hurtado *de matrim. diſp. 17. diffic. 5.*

η CANON IV.] Vide Petr. Ledeſm. *in ſum. p. 1. de Sa-* 7.
*cram.* vbi *de ſacram. matrim. c. 10. concluſ. 1.* Rebello *de oblig. inſtit. p. 2. li. 3. q. 1. n. 1.* Ægid. de ConincK *de Sacram. tom. 2. diſp. 32. n. 10.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 19. n. 126.* Ciened. *pract. & canon. quæſt. lib. 1. quæſt. 39. n. 91.* Bonacin. *de ſacrament. matrim. quæſt. 3. puncto 1. n. 2.* Fernandez *in examine Theolog. moralis part. 3. c. 16. §. 1. num. 2.* Paul. Laymann *in Theologia morali tract. 10. part. 4. c. 1.* Gaſp. Hurtado *de matrimon. diſp. 12. diffic. 2.*

θ CANON V.] Vide Gregor. Lop. *l. 3. tit. 2. p. 4.* Perez 8.
*l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. pag. 10.* Bonacin. *de ſacrament. matrim. quæſt. 4. puncto 5. num. 25. verſ. prima, & verſ. ſexta*, Hurtado *de matrimon. diſp. 11. diffic. 5. num. 18.* Paul. Laymann *in Theologia morali tract. 10. part. 3. cap. 7. num. 17.*

CANON

9. ι CANON VI.] Vide D. Barboſ. *p.2. rub ff. ſoluto matrim.num.73.* Sanch. *de matrim.lib.2.diſput.18.num.3.* Gutier. *eod.tract.cap.54.à num.1.* Rebell. *de obligat.iuſtit.p.2.lib.3.queſt.4.num.1. & ſect.3.* Valer. Reginald *in praxi fori pœnitent.lib.31.num.36.* Ægid de ConincK *de Sacram.tom.2.diſput.26.à num.3.* Molfeſ. *in ſumm.Theolog.moralis tract 4.cap.6.num.31.* Monet. *de commutat.vltim.volunt cap.4.num.111.* Filliuc. *in queſt. moralib.tom.1.tract.10.nu.60.* Paul. Layman. *in Theolog. morali tract.10.p.3.c.6.num 3.* Gaſp. Gurtado *de matrimon, diſput.8. diffic.4.* Sel. *in ſelect.canon.cap.22.num.8.* vbi refert deciſum ſub die 18. Nouembris 1618. matrimonium reputari ratum, & non conſummatum, ad effectum vt vnus ex contrahentibus alio cõtradicente poſſit ingredi Religionem ſi poſt illud contractum coram parocho, & teſtibus copula nõ interceſſit, quamuis priùs non ſemel etiam cum promiſſione de contrahendo fuiſſent fornicati.

10. Sola Eccleſiæ auctoritate, quam per antiquiſſimam traditionem accepimus, introductum eſſe vt per vota ſolemnia Religionis ſoluatur matrimonium ratum, reſoluunt Henric. Gandauenſ. *quodlib.5.queſt.35.* Medina *li.5.de ſacrorum hominum continentia.c.86.* Ægid. de ConincK *d.tom.2.diſp.26.dub.3.concl.4.* Leſſi. *de iuſtit.lib.2.c.41.dub.8.num.69.* Paul. Layman. *d.cap.6.num.3.* Gaſp. Hurtado *dicta diſput.8.diffic.4.num.17.*

Contra Sot. *in 4. diſt.27. queſt.1.art.4.* Sanch. *de matrim. lib.2. diſp.19.* Baſil. Pont. *in ſimili tract.lib.9.c.5.* exiſtimantes diſſolui iure diuino.

11. Matrimonium ratum non diſſolui per tria vota Societatis per biennium emiſſa, cùm ſint ſimplicia, & non abſolutè perpetua ex parte admittentis illa, tradunt Henriq. *in ſum.lib.11.c.8.* Vaſq. *1.2.diſp.165.cap.10.* Sanch. *d.lib.2. diſput.18.* Gaſp. Hurtado *d. diſput.8. diffic.5.* contra Baſil. Pont. *d.lib.9.cap 6.*

12. Matrimonium ratũ diſſolui per profeſſionem in Religione S. Ioannis Heroſolymitani, non ita in alijs Militum Chriſti, Calatrauæ, Alcantaræ, S. Iacobi, & ſimilium non viuentium in clauſtro, reſoluunt Nau. *conſ.3.* aliàs *2.in nouis, de conuerſ.coniug.* Henriq. *d.lib.11.cap.8.§.6.* Azor. *inſtit.moral part.1. lib.13. cap.3. queſt.2.* D. Barboſ. *in rub.ff.ſoluto matrim.p.2.num.82.* latè Sanch. *de matrimon, lib.2.diſp.18.per tot.* Baſil. Pont. *d.lib.9.cap.7.* Gaſp. Hurtado *d. diſp.8.diffic.6.* Ego ipſe *de appellatiua verb. vtriuſque iuris ſignif.appell.233.num.9.*

13. κ CANON VII.] Vide Couarr. *de ſponſal.p.2.c.7.§.6.num.15.* Nauarr. *in man.cap.22.nu.21.* Fernandez *in examine Theolog.moralis p.3.cap.16.§.2 ſect 9.* Rebell. *de obligat. iuſtit. p.2.lib. queſt.15.ſect.2.* Molfeſ. *in ſumm Theolog. moralis tract.4. cap.14. à num. 14.* Baſil. Pont. *de impediment. matrimon. cap.21.in fine,* Paul. Layman. *in Theologia moral. tract 10. p.3 cap 7. ex num.7.* Gaſp. Hurtado *de matrim.diſput.11.diffic. .cum ſeqq.*

λ *Vel etiam innocentem*, &c.] Vide Gutier. *canon.lib.1. cap.25.num.4.* D. Barboſ. *d.p 2.rubr ff ſoluto matrim. num.15.* Sanch. *de matrimon.lib.10.diſp.2.num.2.* 14.

μ CANON VIII.] Vide Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib 31.num.313.verſ.porrò,* Molfeſ. *in ſumm.Theologiæ moralis tract 4.c.14.n.14.cum ſeqq.* Sanch. *de matrim.lib.10.diſp.15.num.1.* Gaſp. Hurtado *in ſimili tract.diſp.11.diffic.5.num.17.* 15.

ν CANON IX.] Vide Card. Bellarm *lib.2.de Monach.cap.22.cum ſeqq.* Iodoc. Cocc. *tom.2.theſaur.Catholic.lib.8.art.6.* Salzed. ad Bernard. *in pract.cap.83.lit.A in princ.* Henriq. *in ſum.lib.12. cap.5.§.2.lit.I. & §.9.in princip.* Petr. de Ledeſma *in ſum.par.1.de Sacrament.* vbi de ſacrament, matrim. *cap.13. concl.8.* Azor. *inſtit.moral.p.1.lib.13.cap.12. queſt.1.verſ.quamquam.* Molfeſ. *in ſumm.Theolog.moral tract.4.cap.9.num 35.& 37.* Sanch. *de matrim.lib.7.diſp.26.num.1.* Gutier. *eod. tract.cap.94 à num.5.* Fernard. *in examine Theolog.moralis p.3.c.16.§.1.ſect.3.verſ dico ſecundum, & ſect.8.* Farin. *in praxi crimin.p.5 q.138.n.95.* Hurtado *de Sacram.tom.2.tract. de Ordine differ.24.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.li.31.n.120.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom.2.diſp.31.n.66.* Paul. Layman. *in Theologia morali tract.10.p.4.cap.3.* Bonacin. *de matrim q.3.puncto 4.num.2.* Gaſp. Hurtado *in ſimili tract.diſp.15.& 16* Thom. Valaſc. *tom.1.alleg.6.nu.38.* Torrebianca *de iure ſpirit.lib.2 cap.15.nu.38.& à num.66.* 16.

ξ CANON X.] Vide Victor. *de Sacram.* vbi de matrimon. *nu.246.* Paul. Fuſc *de viſitat.lib.2.cap.18.nu.2.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis par.3 c.19.§.1.num.2.* Gutier. *de matrim. cap.4.n.6.* Steph. VVeyms *in conſtitutiones 24. ex antiquo Iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit.15.num.8.* 17.

ο CANON XI.] Vide Card. Bellarm. *in controuerſ. Cathol. tom.2. lib.1. de matrimon.cap.33.* Marienſ. *gloſſ.1.rubtit.1.num. 147.lib.5 nouæ recopilat* Paul. Fuſc *de viſitat.lib.2. cap.21. num.9.* Molfeſ. *in ſumm Theolog moralis tract.4.cap.8.num.73.* Cened. *ad Decretal.coll.22.num.1 in fine.* 18.

π CANON XII.] Vide Zerol. *in praxi p.1.verb.Matrimonium §.6.* Mart. *de iuriſdict. part.2. cap.8.à princ.* Molfeſ. *in ſum.Theolog.moral.tract.4.cap.5.num.26.in fine, & cap.16.num.12.* 19.

---

# DE REFORMATIONE.

## *De modo celebrandi Matrimonium ritè, & ſolemniter.*

### CAPVT PRIMVM.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Matrimonia, quæ fiunt inuitis, & inſcijs parentibus valida ſunt.*
3 *Parentes non poſſunt liberos exhæredare, nec eis dotem denegare quòd contrahunt matrimonium ipſis inuitis.*
4 *Statutum, ſeu lex municipalis prohibens filijs matrimonium contrahere ſine voluntate parentum non valet.*
5 *Parochus proprius dicitur ille in cuius parochia habitant contrahentes tempore matrimonij.*
6 *Parochus proprius ille dicitur in cuius parochia contrahentes domicilium habent, vel cui principaliter incumbit cura animarũ in loco domicilij.*
7 *Fæmina transferens ſe ad domum concubinarij intentione perpetuò cum illo manendi, non poteſt validè coram parocho ſuæ parochiæ contrahere matrimonium.*
8 *Parochus proprius ille dicitur in cuius parochia contrahentes domicilium habent, quamuis illud ſimulatè habitare inceperint.*
9 *Matrimonium contractum coram parocho loci vbi contrahentes recreationis cauſa reperiuntur, non valet.*
10 *Matrimonium contractum coram parocho loci vbi contrahens moratur tanquam Prætor, vel Medicus, valet.*
11 *Matrimonium cõtractum coram parocho loci exilij impoſiti donec aliud ſtatutum non eſſet, eſt validum.*
12 *Matrimonium contractum coram parocho loci ad quem ob parentum metum venerant, & in quo aliquan-*

aliquantulum permorati erant, valet.

13 Parochus proprius dicitur habitationis fœminæ quando ibi contrahitur, & parochus viri ſufficit quando contrahitur in parochia habitationis viri.

14 Parochus viri ad coniungendos aliquos matrimonio ſufficit in parochia mulieris, & è contra.

15 Parochi duo quoad matrimonium poſſunt reperiri.

16 Parochus ruralis non eſt proprius parochus quando rus recreationis cauſa habitatur.

17 Habitans in confinio duarum Eccleſiarum parochialium cenſetur parochianus illius, in qua domus aditum magis frequentatum habet.

18 Denunciationes ſunt faciendæ tribus continuis diebus feſtiuis.

19 Quæ ſibi non ſuccedant immediatè.

20 Parochus non debet inter vnam & alteram denunciationem multos dies feſtos interponere.

21 Denunciationes nouas præmittere debet qui poſt primas peractas intra quatuor menſes matrimonium non contraxit.

22 Denunciationes diebus ferialibus fieri non poſſunt etiam cum diſpenſatione Epiſcopi.

23 Denunciationes quando alio die quàm feſto fieri poſſint.

24 Denunciationes quando extra Eccleſiam, & Miſſarum ſolemnia fieri poſſint.

25 Denunciationes fieri debent à proprio contrahentiũ Parocho, vel ab alio de eius licentia.

26 Denunciationes ſunt faciendæ in vtraque ſponſi & ſponſæ parochia.

27 Vicarius generalis non poteſt impedire quòd parochi denunciationes faciant abſque ſua licentia.

28 Denunciationes non ſunt de ſubſtantia.

29 Parochus ſine facultate, aut legitima cauſa matrimonium celebrans prætermiſſis denunciationibus peccat grauiter.

30 Parochus timore mortis matrimonio aſſiſtens omiſſis denunciationibus non peccat.

31 Parochus, qui omiſſis denunciationibus ſine licentia Ordinarij aliquos deſponſauit, incurrit pœnam triennalis ſuſpenſionis.

32 Matrimonium clandeſtinum dicitur quando illicitè denunciationes omittuntur.

33 Parochus non debet ad celebrationem matrimonij deuenire, niſi poſt trium, vel duorum dierum ſpatium ab vltima denunciatione.

34 Denunciationum vi qui teneantur denunciare.

35 Matrimonium domi celebrari poteſt.

36 Parochus tenetur contrahentes interrogare mutuo de conſenſu.

37 Parochus omittens contrahentes interrogare de mutuo conſenſu grauiter peccat.

38 Conſenſus ad matrimonium requiſitus quibus ſignis exprimi poſſit.

39 Matrimonij ad valorem non requiritur quòd conſenſus actualis ſit ſimul tempore.

40 Matrimonium nullum ex defectu conſenſus vnius vt reualidetur ſufficit, quòd ille, cui deficit conſenſus verus, ſolum de nouo conſentiat.

41 Matrimonij ad validitatem non requiritur vt parochus vtatur aliquibus verbis.

42 Sed illorum omiſſio eſt peccatum mortale.

43 Matrimoniũ cùm probabiliter timetur malitioſè impediendũ, quomodo denunciationes omitti poſſint.

44 Parochus quando poſsit denunciationes omittere.

45 Pœna arbitraria puniendus eſt ille, qui falſa impedimenta denunciat, vt matrimonium impediat.

46 Matrimonium contractum non præmiſſis denunciationibus eſt validum, quamuis Ordinarius recuſet dare licentiam quòd fiant pòſt.

47 Ordinarius ex cauſa ſibi bene viſa poteſt diſpenſare, vt omittantur omnes denunciationes, vel aliqua illarum.

48 Diſpenſare in denunciationibus poteſt Ordinarius vnius ex contrahentibus quando ſunt diuerſarum diœceſum.

49 Epiſcopus poteſt alteri delegare facultatem diſpenſandi in denunciationibus.

50 Vicarius generalis Epiſcopi ex vi ſui officij poteſt diſpenſare, vt denunciationes poſtponantur, vel omnino omittantur.

51 Vicarius generalis Epiſcopi poteſt ſpecialiter, non tamen generaliter delegare facultatem diſpenſandi in denunciationibus.

52 Iuriſdictionem Epiſcopalem habentes nullique diœceſano ſubditi poſſunt denunciationes remittere.

53 Abbates, qui habent iuriſdictionem Epiſcopalem poſſunt denunciationes remittere.

54 Abbatias, aut alias dignitates in commendam habentes denunciationes ſine ſpeciali commiſſione Apoſt. remittere non poſſunt.

55 Vicarius S. Ioannis Hieroſol. denunciationes remittere poteſt.

56 Magiſter ſcholæ Salmanticen. reſpectu ſcholaſticorum denunciationes remittere poſſunt.

57 Archiepiſcopus denunciationes in alterius etiam diœceſani Epiſcopatu remittere non poteſt.

58 Ordinarij prudentiæ, & iudicio relinquitur an denunciationes omnes remittantur.

59 Ordinarius ex cauſis iuſtis poteſt in denunciationibus diſpenſare.

60 Ordinarius remittendo denunciationes ſine iuſta & rationabili cauſa peccat mort.

61 Ordinarius ad diſpenſandum in denunciationibus ſufficit ſi cognoſcat extra iudicium cauſam diſpenſandi.

62 Cauſæ iuſtæ ad diſpenſandũ in denunciationib⁹ quę.

63 Diſparitas conditionis, ætatis, diuitiarum, & qualitatis eſt cauſa diſpenſandi in denunciationibus vt omnino tollantur.

64 Articulus mortis in volente contrahere cum concubina, eſt iuſta cauſa diſpenſandi in denunciationibus vt poſtponantur.

65 Verecundia in diu habitis pro coniugibus eſt iuſta cauſa diſpenſandi in denunciationibus vt omnino omittantur.

66 Vicinitas temporis, quo nuptiæ ſolennes prohibentur, eſt iuſta cauſa diſpenſandi in denuntiationibus vt poſtponantur.

67 Matrimonium quando creditur iniuſtè impediendum, poteſt diſpenſari in denuntiationibus vt omittantur.

68 Virgo quando eſt ſub tutela iniqui tutoris, eſt iuſta cauſa diſpenſandi in denuntiationibus.

69 Vel ſi filij eſſent ſub poteſtate nouercali.

70 Magnates quando contracturi ſunt matrimonium, & non repentè, & occultè, poteſt diſpenſari in denuntiationibus vt omnino omittantur.

71 Ordina-

71 *Ordinarius tenetur diſpenſare ſub peccato mort. in denunciationibus exiſtente iuſta cauſa, & petentibus partibus.*

72 *Præſentia parochi in matrimonijs neceſſaria non tantum corporea, ſed etiam moralis requiritur cũ intelligentia, & aduertentia actus.*

73 *Parochus qui præſens corpore eſt, ſed animo nihil omnino aduertens non aſſiſtit validè matrimonio.*

74 *Parochus etiam vi detentus ſi intelligat conſenſum contrahentium validè aſſiſtit matrimonio.*

75 *Parochus renuens, & doloſè adductus ſi probè intelligat, & audiat contrahentium verba, validè aſſiſtit matrimonio niſi affectatus eſſet non intelligere.*

76 *Parochum vi adigere, aut dolo inducere vt matrimonio interſit eſt peccatum mort.*

77 *Præſentia parochi ſufficit ad matrimonium etiamſi ad alium finem vocatus, & caſu præſens ſit.*

78 *Parochus poteſt aſſiſtere matrimonio ſuorum parochianorum in alterius parochia ſine licentia parochi illius loci, in quo aſſiſtit.*

79 *Putatiuus parochus validè matrimonio aſſiſtit.*

80 *Titulum iniuſtum beneficij habens parochus validè matrimonio aſſiſtit.*

81 *Non promotus infra annum.*

82 *Collationem ſuam nullam habens, &c.*

83 *Parochus adminiſtratione interdictus, ſuſpenſus, irregularis, vel excommunicatus non toleratus, modò non ſit actualiter depoſitus, validè matrimonio aſſiſtit.*

84 *Schiſmaticus ſaltem coloratum titulum habens ſi non fuit vt talis declaratus, & parochia priuatus, validè matrimonio aſſiſtit.*

85 *Fornicator notoriè.*

86 *Exiſtens in peccato mort.*

87 *Parochus interdictus ſeu prohibitus ab Epiſcopo ſeu eius vicario ne aliquos matrimonio coniungat, validè aſſiſtit.*

88 *Parochus non Sacerdos validè matrimonio aſſiſtit.*

89 *Sacerdos deputatus à proprio parocho validè matrimonio aſſiſtit.*

90 *Sacerdos Regularis poteſt deputari à proprio parocho vt matrimonio aſsiſtat.*

91 *Clerico non Sacerdoti non poteſt parochus ſiue Ordinarius concedere licentiam aſsiſtendi matrimonio.*

92 *Parochus habet facultatem concedendi licentiam alteri Sacerdoti aſſiſtendi matrimonio ſuorum parochianorum, quamuis eſſet irregularis, ſuſpenſus, excommunicatus non toleratus.*

93 *Degradatus parochus poteſt validè alteri Sacerdoti licentiam aſsiſtendi matrimonio concedere.*

94 *Parochus poteſt facultatem cõcedere alteri Sacerdoti non ſolùm in propria parochia, ſed etiam extra illam.*

95 *Vicecurati à parochis proprietarijs cõſtituti poſſunt alteri Sacerdoti licentiam aſsiſtendi matrimonio concedere.*

96 *Parochus proprius ſi nolit matrimonio alioquin licito interuenire, poteſt ad id cogi per ſuperiorem.*

97 *Matrimonium contractum coram parocho alieno de licẽtia Ordinarij præter ipſius intẽtionem valet.*

98 *Iuriſdictionem Epiſcopalem habentes poſſunt licentiam intereſſendi matrimonio concedere.*

99 *Abbates Eccleſiarum nulli Epiſcopo ſubiectarum, poſſunt licentiam intereſſendi matrimonijs concedere.*

100 *Capitulum Sede vacante poteſt licentiam intereſſendi matrimonio impartiri.*

101 *Legatus à latere in prouincia ſuæ legationis poteſt licentiam intereſſendi matrimonio impartiri.*

102 *Cardinales in Eccleſiis ſuorum titulorum poſsunt matrimonijs intereſſe, & intereſſendi licentiam concedere.*

103 *Archiepiſcopus dum actu viſitat diœceſes ſuffraganeorum, poteſt in eis licentiam inteſſerendi matrimonijs concedere.*

104 *Archiepiſcopus poteſt cõcedere licentiam intereſſendi matrimonijs ſubditorum ſuffraganeorum ſuorum nolente ſuffraganeo aliquos maritaliter coniungi, & ad ipſum Archiepiſcopum ſuper ea re appellatur.*

105 *Vicarius generalis Epiſcopi ex proprio officio intereſſe poteſt matrimonijs, & alij Sacerdoti aſsiſtendi licentiam concedere.*

106 *Vicarius Epiſcopi, qui Sacerdos non eſt, poteſt præſentiam matrimonio contrahendo præſtare.*

107 *Iuriſdictione Epiſcopi ſuſpenſa per excommunicationem, aut ſuſpenſionem, poteſt eius vicarius validè intereſſe matrimonio.*

108 *Licentia ad intereſſendum matrimonio debet eſſe expreſſa, & non tacita.*

109 *Licentia ad aſsiſtendum matrimonio debet actum præcedere.*

110 *Licentia metu vel dolo obtenta ſufficit ad aſsiſtendum matrimonio.*

111 *Licentia contra prohibitionem Epiſcopi validè datur ad effectum vt matrimonium contractum coram Sacerdote, cui conceſſa fuit, validum ſit.*

112 *Licentia ad aſsiſtendum matrimonio non requiritur in ſcriptis, ſed ſufficit verbalis.*

113 *Licentia ſpecialis non requiritur, ſed ſufficit generalis ad aſſiſtendum matrimonio.*

114 *Licentia generalis adminiſtrandi omnia Sacramenta ſufficit ad aſſiſtendum matrimonio.*

115 *Sacerdos delegatus validè matrimonijs aſſiſtit dum à parocho concedente licentiam aſſiſtendi non reuocatur.*

116 *Licentia aſſiſtendi matrimonijs, quam parochus alteri Sacerdoti dat, expirat ſi interim parochus moriatur.*

117 *Matrimonium contractum coram parocho extraneo, qui habet licentiam à proprio parocho vnius ex contrahentibus, & ignorat ſe illam habere, eſt inualidum.*

118 *Matrimonium contractum coram Sacerdote extraneo, qui re vera non habuit à proprio parocho licentiam veram, eſt nullum.*

119 *Sacerdos credere nõ debet dicenti ſe licentiam habere à parocho vt poſsit coram ipſo contrahere.*

120 *Præſentia teſtium & parochi in matrimonio contrahendo debet eſſe ſumultanea, & non ſufficit ſucceſſiua.*

121 *Teſtes quicunque ratione compotes, quamuis impuberes, conſanguinei, domeſtici, fœminæ, aut infames, ſufficiunt in contrahendis matrimonijs.*

122 *Teſtes etiam dolo, & ad aliud vocati ſufficiunt in contrahendis matrimonijs.*

123 Teſtes etiam vi detenti, & coacti ſufficiunt dummodo intelligant conſenſus contrahentium.

124 Teſtes non deſiderantur rogati in matrimonijs contrahendis.

125 Contrahentes abſque parocho, & alijs teſtibus ſunt inhabiles ad ſic contrahendum.

126 Concilium potuit perſonas etſi laicas inhabilitare, & contractum matrimonij ex cauſa irritare.

127 Matrimonia clandeſtina, non verò ſponſalia irritantur.

128 Sponſalia clandeſtinè contrahentes non peccant.

129 Matrimonium contrahentes ſine parocho & teſtibus peccant mortaliter.

130 Matrimonium contractum abſque præſentia parochi, vel duorum, aut trium teſtium in vim ſponſaliorum non reſoluitur.

131 Sponſalia ſubſequuta copula coram parocho, & teſtibus, non tranſeunt in matrimonium.

132 Matrimonium nullum ex publica cauſa noua indiget præſentia parochi ad illud contrahendum.

133 Matrimonium contractum à filia propter metum mortis à matre illatum eſt inualidum.

134 Matrimonium celebratum ſub honeſta conditione de futuro, vt validè fiat neceſſario eſt adimplenda conditio coram parocho, & teſtibus.

135 Matrimonium coram parocho, & teſtibus contractum hac conditione, ſi mulier eſt legitima, ſubſequuta copula non eſt validum ſi poſtea conſtiterit mulierem eſſe illegitimam.

136 Matrimonium celebratum coram parocho, & teſtibus quando fuit nullum ob impedimentum occultum, non eſt neceſſarium ad reualidationem illius, quod iterum coram parocho, & alijs teſtibus celebretur.

137 Diſpenſatione obtenta non tenetur iterum coram parocho & teſtibus contrahere, qui iam ſemel coram eiſdem contraxere, inualidè tamen.

138 Matrimonium infidelium vt fiat Sacramentum non eſt neceſſariò facienda expreſſio, & ratificatio conſenſus coram parocho, & teſtibus.

139 Præſentia parochi & teſtium requiritur vt matrimonium celebratum per procuratorem ſit validum.

140 Matrimonium abſque parochi licentia, vel aliàs non ſeruata forma Concilij minimè poteſt celebrari data etiam vrgente neceſſitate.

141 Parochus, vel alius Sacerdos, qui cum minori teſtium numero quàm duorum matrimonio clandeſtino interfuerit, eſt grauiter arbitrio Ordinarij puniendus.

142 Pęna triennalis ſuſpenſionis ab officio impoſita parocho aſſiſtendi matrimonio clandeſtino non eſt ſublata per hoc decretum.

143 Parochus proprius, vel alius Sacerdos de eius licentia aſſiſtens matrimonio clandeſtino ob denunciationum omiſſionem, ſuſpendendus eſt triennio.

144 Parochus ob licentiam conceſſam alij Sacerdoti aſsiſtendi matrimonio clandeſtino incurrit tantùm triennalem ſuſpenſionem.

145 Suſpenſus ab officio, qui interfuit matrimonio clandeſtino, non eſt ſuſpenſus à beneficio.

146 Epiſcopus non poteſt diſpenſare ab huiuſmodi triennali ſuſpenſione.

147 Contrahentes abſque parocho, & alijs teſtibus vbi Trid. viget, punièdi ſunt pœna graui arbitrio Ord.

148 Contrahentes matrimonium ante Eccleſiæ benedictionem acceptam ne cohabitent hortatur Concil. in præſenti.

149 Matrimonium conſummare ante Eccleſiæ benedictionem ſublato ſcandalo non eſt peccatum mort.

150 Benedictionem nuptialem omnino omittere eſt tantùm peccatum veniale.

151 Benedictio coniugalis non poteſt niſi inter Miſſarum ſolemnia fieri.

152 Benedictiones nuptiales in ſecundis nuptijs non poſſunt recipere, qui in prioribus acceperunt.

153 Conſuetudini legitimę diœceſum circa ſecundas nuptias benedicendas ſtandum eſt.

154 Parochus vtriuſuis contrahentis ſufficit ad benedicendas nuptias.

155 Parochus proprius debet recipere eleemoſynam occaſione benedictionis, & non alius.

156 Epiſcopi & ſimiles iuriſdictionem ordinariam habentes, & eorum vicarij poſſunt licentiam concedere impartiendi benedictiones nuptiales.

157 Sacerdos tam ſecularis, quàm Regularis coniungens in matrimonium, vel benedicens ſubditos alterius parochiæ abſque licentia, &c. remanet ſuſpenſus ab officio.

158 Sacerdotes Regulares matrimonia miniſtrantes, ſeu ſolemnizantes non habita ſuper his parochialis Presbyteri licentia ſpeciali vltra ſuſpenſionem ipſo facto ſunt communicati.

159 Ignorantia qualibet ẽt craſſa excuſat à ſuſpẽſione.

160 Ipſo iure.

161 Suſpenſionis pœna huiuſmodi nedum ad officium, ſed etiam ad beneficium extendi poteſt.

162 Parochus tenetur habere librum in quo coniuges, teſtes, locum contractus, diem, menſem, & annum deſcribat.

163 Parochus obligatur ſub mortali ad habendum librum in quo coniuges, &c.

164 Matrimonium plenè probatur ex partita deſumpta ex libro parochi etiam mortuis teſtibus, & parocho ſcribente.

165 Fides deſumpta ex libro parochi vt probet neceſſariò eſt facienda cum formali tranſcriptione partitæ.

166 Matrimonium contrahentes cum peccato mort. incurrunt peccatum mortale.

167 Matrimonium detinere non licet abſolutè, & per longum tempus, donec contrahentes orationem Dominicam, &c. didicerint.

168 Conſuetudines antiquas laudabiles, quæ in contrahendis matrimonijs obſeruari ſolitæ ſunt, non tollit hoc decretum.

169 Decretum hoc vt robur ſuum accipiat, requiritur neceſſariò in parochijs publicari.

170 Matrimonium contrahere coram parocho, & teſtibus tenentur ij apud quos promulgatum eſt Concilium Trident. ſi ibi contrahant.

171 Non tamen ſi aliò migrent vbi non eſt acceptatum.

172 Matrimonium non eſt legitimum ſi contrahatur inter ſe conferentes ad locum in quo Concilium non eſt promulgatum ſub animo ſine parocho, & teſtibus contrahendi.

173 Matrimonium contrahere coram parocho, & teſti-

bus

*bus tenetur incola illius loci, in quo non eſt acceptatum Concilium ſi diuertat ad locum in quo eſt receptum.*

174 *Epiſcopus non poteſt matrimonia inualidare per ſua decreta ſynodalia, quæ clandeſtinè, & ſine parocho, & teſtibus contracta eſſent, ſi ibi non eſt promulgatum Concil. Trident.*

175 *Decretum hoc obligat poſt triginta dies ab eius promulgatione etiam ignorantes quoad annullationem matrimonij.*

TAmetſi dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia, libero contrahentium conſenſu facta, rata, & vera eſſe matrimonia, quandiu Eccleſia ea irrita non fecit, & proinde iure damnandi ſint illi, vt eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera, ac rata eſſe negant, α *quique falsò affirmant, matrimonia à filijs familias*, ſine conſenſu parentum contracta irrita eſſe, & parentes ea rata, vel irrita facere poſſe: nihilominus ſancta Dei Eccleſia ex iuſtiſſimis cauſis illa ſemper [a] deteſtata eſt, atque prohibuit, verum cum ſancta Synodus animaduertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam non prodeſſe, & grauia peccata perpendat, quæ ex eiſdem clandeſtinis coniugijs ortum habent, præſertim verò eorum, qui in ſtatu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt. Cui malo cum ab Eccleſia, quæ de occultis non iudicat, ſuccurri non poſſit, niſi efficacius aliquod remedium adhibeatur, [b] iccirco ſacri Lateranenſis Concilij, ſub Innocentio III. celebrati, veſtigijs inhærendo præcipit, vt in poſterum, antequam matrimonium contrahatur, ter β *à proprio contrahentium Parocho* γ *tribus continuis* diebus feſtiuis*, δ *in Eccleſia*, inter Miſſarum ſolemnia ε *publicè denuncietur*, inter quos matrimonium ſit contrahendum, ζ *quibus denunciationibus factis*, η *ſi nullum legitimum opponatur impedimentum*, ad celebrationem matrimonij, θ *in facie Eccleſiæ*, procedatur, vbi Parochus, ι *viro & muliere interrogatis*, κ *& eorum mutuo conſenſu intellecto*, vel dicat, λ *Ego vos in matrimonium coniungo* in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: vel alijs vtatur verbis, iuxta receptum vniuſcuiuſque prouinciæ ritum. μ *Quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio*, ν *matrimonium malicioſè* impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denunciationes, tunc vel vna tantum denunciatio fiat, vel ſaltem Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur, ξ *deinde ante illius conſummationem denunciationes* in Eccleſia fiant, vt ſi aliqua ſubſunt impedimenta, facilius detegantur, ο *niſi Ordinarius ipſe expedire* iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur, π *quod illius prudentiæ, & iudicio* ſancta Synodus relinquit. Qui aliter, quàm ρ *præſente Parocho*, σ *vel alio Sacerdote*, τ *de ipſius Parochi*, υ *ſeu Ordinarij* φ *licentia*, χ *& duobus, vel tribus teſtibus* matrimonium contrahere attentabunt, ψ *eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit*, ω *& huiuſmodi contractus irritos*, & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti decreto irritos facit & annullat. αα *Inſuper Parochum, vel alium Sacerdotem*, qui cum minore teſtium numero, & teſtes, qui ſine Parocho, vel Sacerdote huiuſmodi contractui interfuerint, ββ *necnon ipſos contrahentes* grauiter arbitrio Ordinarij puniri præcipit. γγ *Præterea eadem ſancta Synodus hortatur, vt coniuges ante benedictionem* ſacerdotalem, [c] in templo ſuſcipiendam, in eadem domo non cohabitent, δδ *ſtatuitque benedictionem* εε *à proprio Parocho* fieri, neque à quoquam, ζζ *niſi ab ipſo Parocho, vel ab Ordinario licentiam* ad prædictam benedictionem faciendam, alij Sacerdoti concedi poſſe, quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, quæ potius corruptela dicenda eſt, vel priuilegio, non obſtante. ηη *Quòd ſi quis Parochus*, vel alius Sacerdos, θθ *ſiue regularis*, ſiue ſæcularis ſit, etiam ſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contendat, alterius parochiæ ſponſos ſine illorum Parochi licentia matrimonio coniungere, aut benedicere [d] ιι *auſus fuerit*, ipſo iure κκ *tamdiu ſuſpenſus maneat*, λλ *quandiu ab Ordinario* eius Parochi qui matrimonio intereſſe debebat, ſeu à quo benedictio ſuſcipienda erat, abſoluatur. μμ *Habeat Parochus librum*, in quo coniugum, & teſtium nomina, diemque & locum contracti matrimonij deſcribat, quem diligenter apud ſe cuſtodiat. Poſtremo ſancta Synodus coniuges hortatur, vt, antequam contrahant, vel ſaltem triduo ante matrimonij conſummationem νν *ſua peccata diligenter confiteantur*, & ad ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum piè accedant. ξξ *Si quæ prouinciæ* alijs vltra prædictas, laudabilibus conſuetudinibus, & cæremonijs hac in re vtuntur, eas omnino retineri ſancta Synodus vehementer optat. Ne verò hæc tam ſalubria præcepta quenquam lateant, Ordinarijs omnibus præcipit, vt, cùm primum poterint, curent hoc decretum populo publicari, ac explicari οο *in ſingulis ſuarum diœceſum parochialibus* Eccleſijs, idque in primo anno quam ſæpiſſimè fiat, deinde verò quoties expedire viderint. Decernit inſuper, ππ *vt huiuſmodi decretum in vnaquaque parochia*, ſuum robur ρρ *poſt triginta dies* habere incipiat à die primæ publicationis, in eadem parochia factæ, numerandos.

[a] Cap. non omnis c. nonorantur & c. fin. 32. q. 2. c. aliter & c. noſtrates 30. q. 5. c. videtur. qui matrim. accuſ. poſſ. Concil. Tolet. 3. cap. 10.

[b] Conc. Lateranen. 2 in cap. 51. & in c. cum inhibitio de clandeſtin. deſponſ.

[c] Cap. 1. cum multis ſeqq. 5 & cap. nulli. 35. q. 2.

[d] Gratis benedictio detur Alex. III. conſtitut. tua part. 1. cap. 7. & Innoc III. in 1. Concil. Later. c. 66.

150. δδ *Statuitque benedictionem,* &c.] Benedictionem nuptialem omnino omittere eſſe tantùm peccatum veniale, quia eſt ſacramentale quoddam, quod non apparet magni momenti, neque validè congruens progreſſui matrimonij, tenent Sanch. dicto libro 3. diſputatione 82. numero 6. Gaſpar Hurtado de matrim. diſputatione 5. diffic. 23. numero 83.

Contra Ochagau. tract. 5. quæſt. 5. & alios exiſtimantes eſſe mortale.

151. Benedictionem coniugalem non poſſe niſi inter Miſſarum ſolemnia fieri, reſoluit Aldan. d. tit. 8. num. 31. vbi aſſerit deciſum in Piſauren. 13. Iulij 1630.

152. Contrahentes ſecundas nuptias, & in prioribus benedictionem accipientes non teneri, nec poſſe in ſecundo matrimonio recipere benedictiones, quamuis vnus ex coniugatis tantùm ſecundò nubat, & fortè primum eius matrimonium fuerit inualidum, reſoluunt Nauarr. in man. cap. 22. num. 83. Perez l. 1. verſ. eſt alia pœna tit. 1. lib. 5. ordin. Mozz. de contract. tit. de matrim. cap. de naturalibus matrimon. num. 10. Menoch. de arbitr. caſu 417. num. 2. Cened. ad Decretal. collect. 49. num. 1. Ægid. de ConincK d. diſput. 27. dub. 8. num. 72. Gutier. d. cap. 106. num. 14. cum ſeqq. Sanch. lib. 7. diſput. 82. num. 15. Rebel. d. part. 2. lib. 3. quæſt. 20. num. 2. Bonacin. d. q. 4. punct. 6. num. 4. Gaſpar Hurtado d. diffic. 23. num. 84. ex ea ratione, quia benedictiones huiuſmodi non reſpiciunt nuptias, ſed perſonas.

153. Conſuetudini legitimæ diœceſum circa ſecundas nuptias benedicendas ſtandum eſſe aſſerunt Poſſeuin. de officio Curati c. 10. num. 48. Gaſpar Hurtado d. diffic. 23. num. 84. in fine, & illam generaliter obtinere vt poſſit benedictio ſolemniter fieri ſi fœmina nondum fuiſſet benedicta, obſeruant Cou. de ſponſalibus part. 2. c. 8. §. 11. num. 2. Greg. l. 2. verb. no deuen ſer velados tit. 11. part. 4. Marc. Antonin. Genuenſ. in pract. Archiep. Neapol. c. 59. Mar. Alter. de cenſur. tom. 2. diſput. 11. de ſuſpenſ. cap. 4. verſ. tertiò dubitatur, Alyoſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol. 313. in fine 2. edit. Ego ipſe d. alleg. 32. num. 184. ſed Sanch. lib. 7. diſput. 82. num. 23. aliter ſentit.

Benedicendos eſſe ſponſum & ſponſam ſi contractis ſponſalibus per verba de futuro antequam coram Parocho, & teſtibus matrimonium contraxerint, inuicem ſe cognouerint, tenent Aldan. dict. tit. 8. num. 40. atteſtans ſic fuiſſe deciſum ſub die 2. Octobris 1593.

εε *A proprio Parocho.*] Sufficere Parochum vtriuſuis 154.
contrahentis, reſoluunt Cened. ad Decretal. collect. 81. numero 8. Sanch. libro 7. diſput. 82. numero 4. Armendar. d. l. 1. de matrim. numero 32. Gutier. de matrim. cap. 106. numero 8. & 9. Bonacin. dict. quæſtione 4. puncto 6. numero 3. Ego ipſe dict. alleg. 32. num. 185.

Contra Paul. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. cap. 3. num. 21. Caualcan. part. 2. deciſ. 12. à num. 21. Ceuall. d. quæſt. 6. 4. num. 148. exiſtimantes non eſſe integrum vtriuſuis contrahentis Parocho benedictiones huiuſmodi impartiri, ſed id eſſe Parochi mulieris.

Parochum proprium debere recipere eleemoſynam 155.
occaſione benedictionis, & non alium, tenui d. cap. 21. num. 99. vbi dixi ita fuiſſe deciſum à S. Congreg. Rit. in Acherontina 25. Ianuarij 1602.

ζζ *Niſi ab ipſo Parocho, vel Ordinario licentiam,* &c.] 156.
Epiſcopos, & ſimiles iuriſdictionem ordinariam habentes in ſuis diœceſibus, necnon & eorum vicarios generales poſſe licentiam concedere impartiendi benedictiones nuptiales ſuis ſubditis, reſoluit Gutier. de matrim. cap. 96. num. 7.

ηη *Quòd ſi quis Parochus,* &c.] Sacerdotem tam ſecula- 157.
rem, quàm Regularem coniungentem in matrimonium, vel benedicentem ſubditos alterius Parochiæ abſque licentia proprij Parochi, vel Ordinarij, remanere ſuſpenſum ab officio donec ob Ordinario Parochi obtineat abſolutionem, reſoluunt Henriq. in ſumm. lib. 13. cap. 38. §. 2. in fine litt. E. & cap. 39. §. 3. littera C. Fr. Emman. quæſt. regul. tom. 3. quæſt. 2. art. 1. Portel. in dub. regular. verb. matrimonium numero 1. Hieron. Roderic. in compendio quæſt. Regul. reſol. 93. num. 6. Soar. tom. 5. diſput. 31. ſect. 1. num. 18. Sanch. dict. libro 3. diſput. 52. num. 4. Bonacin. de cenſur. diſputatione 3. quæſtione 6. puncto 5. numero 19. Gaſpar Hurtado in ſimili tract. de cenſur. vbi de ſuſpenſ. diffic. 13. num. 40. verſ. nonò, & de matrimon. diſput. 5. difficult. 17. numero 57. & diffic. 23. in fine. Ego ipſe dict. allegat. 32. numero 186. cum ſeqq.

θθ *Siue Regularis.*] Sacerdotes Regulares matrimo- 158.
nia miniſtrantes, ſiue ſolemnizantes, non habita ſuper his Parochialis Presbyteri licentia ſpeciali vltra ſuſpenſionem, quam ipſo iure incurrunt per hoc decretum, ipſo facto excommunicatos eſſe, excommunicatione Sedi Apoſtol. reſeruata, de qua in Clem. 1. de priuileg. tenent Nauar. conſ. 1. num. 7. de pœnis in antiq. & conſ. 10. de conſtitut. in nouis, Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 25. num. 12. verſ. clandeſtinum, Vgolin. de officio, & poteſt. Epiſcopi cap. 15. §. 12. num. 8. Sanch. d. lib. 3. diſput. 48. num. 8. & 9. Molfeſ. d. tract. 4. cap. 8. num. 66. Mar. Alter. de cenſur. tom. 2. diſput. 11. cap. 4. verſ. ſed quæres, Ludouic. Miranda in man. Prælat. tom. 1. quæſt. 48. art. 2. Hieron. Roderic. in compendio quæſt. regul. reſol. 93. nu. 6. Ego ipſe d. alleg. 32. num. 192. & d. cap. 21. num. 105.

Contra Henriq. in ſumm. lib. 13. cap. 38. §. 2. in commento littera E. Soar. tom. 5. de cenſur. diſput. 12. ſect. 4. num. 13. Sayr. in ſimili tract. lib. 4. c. 15. num. 10. Bonacin. eod. tract. diſput. 3. quæſtione 6. puncto 5. numero 19. in fine, & de matrimon. quæſtione 4. puncto 6. numero 3. Baſil. Pont. de impediment. cap. 26. §. 2. verſ. ex quibus, condit. 10. & §. 6. in princ. exiſtimantes Religioſum benedicendo abſque præfata licentia præter ſuſpenſionem non incurrere excommunicationem latam in d. Clem. 1.

ιι *Auſus fuerit.*] Ergo quamlibet ignorantiam 159.
etiam craſſam excuſare à ſuſpenſione, dummodo non ſit ita craſſa vt ſit ingens temeritas, reſoluunt Sanch. d. lib. 3. diſput. 48. num. 7. Gutier. de matrimon. cap. 75. num. 16.

κκ *Tandiu ſuſpenſus maneat.*] Ergo ipſo iure, quia ſunt 160.
verba præſentis temporis, quæ latam ſententiam important, vt per Franc. Molin. d. differ. 11. nu. 150. quem refero d. cap. 21. num. 108.

Hanc ſuſpenſionis pœnam ne dum ad officium, ſed 161.
etiam ad beneficium extendi poſſe, reſoluunt Franc. Molin. d. differ. 11. num. 149. Hurtado de cenſur. tractat. de ſuſpenſ. difficult. 13. num. 40. verſ. nono.

λλ *Quandiu ab Ordinario,*] Ergo etiam ab eius vicario, vt per Sanch. d. lib. 3. diſputatione 52. num. 4. Mari.

Alter. de cenſur. tom. 2. diſputatione 11. de ſuſpenſ. cap. 5. in fine.

162. μμ Habeat Parochus librum, &c.] Parochum teneri habere librum in quo coniuges, teſtes, locum contractus, diem, menſem, & annum deſcribat, per hoc decretum aduertunt Fuſc. de viſitat. lib. 2. cap. 3. nu. 26. Nauarr. in man. cap. 62. num. 79. verſ. quinto, Azeued. lib. 8. num. 2. tit. 1 lib. 5. noua recop. Ceuall. d. quæſt. 604. num 138. Henriq. d. lib. 11. c. 7. §. 4. Thom. Valaſc. alleg. iuris tom. 1. alleg. 72. num. 106. Poſſeuin. de officio Curati c. 6. num. 44. & c. 12 num. 42. Homobon. de Bonis de humanæ vitæ ſtatibus p. 1. cap. 14. in fine, Nicol. Genoa de priuata ſcriptura lib. 5. q. 6. Molfeſ. in ſumm. Theolog. moral. tract. 4. c. 8. nu. 68. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 653. num. 63 & ſeq. Baſil. Pont. de impediment. matrimon. c. 26. §. 2. verſ. ex quibus, condit. 9. Ægid. de ConincK d. tom. 2. diſput. 27. num. 74. Rebell. d. part. 2. lib. 2. quæſt. 7. num. 6. Ego ipſe de officio, & poteſt. Parochi cap. 7. num. 6. vbi num. 9. poſui formulam obſeruandam à Parochis in deſcribendis matrimonijs in libris ad id deputatis.

163. Et ad hoc obligari Parochum ſub mortali propter finem neceſſarium vitandi lites, tenent Sanch. d. lib. 3. diſput. 15. num. 22. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 242. verſ. vltim. Gutier. de matrim. c. 60. num. 9. Nald. in ſumm. verb. Parochus num. 20. Baſil. Pont. loco proximè citato, Poſſeuin. d. cap. 12. num. 44. Ego ipſe dict. alleg. 32. num. 174. & dict. cap. 7. numero 8.

164. Vnde ex partita deſumpta ab hoc libro, etiam mortuis teſtibus, & Parocho ſcribente abſque alijs probationibus plenè probari matrimonium concludũt Caualcan. deciſ. 12. ſub nu. 22. verſ. & liber Parochi part. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 672. num. 18. cum ſeqq. Menoch. conſ. 199. nu. 3. Lancel. Gallia conſ. 15. num. 3. Sanch. d. lib. 3. diſput. 15. nu. 22. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. compar. 9. à num. 35. Mar. Antonin. var. reſolut. lib. 1. reſol. fin. caſu 33. verſ. nihilominus, Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. par. 4. deciſ. 238. num. 6. Giurba ad conſuetud. Meſſanenſes cap. 1. gloſſ. 1. p. 1. nu. 19. Rot. deciſ. 750. num. 1. part. 1. diuerſ. & deciſ. 340. part. 2. etiam diuerſ. D. Noguerol. alleg. 23. num. 104.

165. Vt fides deſumpta ex hoc libro in iudicio probet neceſſariò faciendam cum formali tranſcriptione partitæ de verbo ad verbum ſicut iacet, aduertunt Beltramin. in annot. ad Greg. XV. deciſ. 359. num. 9. Ferentil. in annot. ad Burattum deciſ. 11. num. 5. Rota in Toletana capellæ 18. Maij 1615. coram R. P. D. meo Pirouano, & in Æſina bonorum 17. Maij 1617. coram bonæ mem. Andrea.

166, νν Sua peccata diligenter confiteantur.] Contrahentes igitur matrimonium cum peccato mortali indignè recipere Sacramentum, ac proinde peccatum mortale incurrere, reſoluunt Fr. Emman. & Sanch. citati à Gutier. de matrimon. cap. 83. num. 13. & à Bonacin. in ſimili tract. quæſt. 4. puncto 6. num. 1. verſ. ſexto, quibus adde Fernand. in examine Theologiæ moralis part. 3. cap. 18. §. 1. num. 8.

Eos tamen non committere duo peccata mortalia, vnum quatenus recipiunt Sacramentum, alterum verò quatenus adminiſtrant, ſed ſolùm quatenus, recipiunt, tenent Sayr. de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 7. quæſt. 1. art. 5. Sanch. lib. 2. diſput. 6. num. 4. Bonacin. de Sacrament. diſput. 1. quæſt. 3. puncto 2. §. 2. nu. 10. Nec aliud incurrere peccatum quatenus videntur præceptum Concilij in præſenti confeſſionem præcipientis violare, quia conſilium, & non præceptum quoad hoc continet decretum in præſenti, tradunt Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. part. 2. cap. 9. num. 49. Baſil. Pont. de impediment. matrimon. cap. 26. §. 2. verſ. ex quibus, condit. 1. Ego ipſe d. alleg. 32. num. 172.

167. Non licere abſolutè, & per longum tempus, aut vbi ſponſi inſtarent, detinere matrimonium, donec contrahentes orationem ſaltem Angelicam, & Dominicam, Symbolumque fidei, præcepta Decalogi, & Eccleſiæ, ac ſeptem peccata capitalia didicerint, expedire tamen ſimiliter, & abſque violentia ad breue tempus impedire, tradunt Sanchez d. lib. 3. diſput. 15. ſub num. 19. Campan. in diuerſor. iuris Canonic. rubr. 11. cap. 14. num. 7. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 628. in 1. edit. aliàs reſolut. 576. in 2. edit. Ego ipſe d. allegat. 32. num. 173.

Contra Barthol. à Ledeſma de matrimon. dub. 11. Veg. lib. 3. ſumm. caſu 211. exiſtimantes impediri poſſe ob dictam cauſam ne matrimonium contrahatur, niſi contrahentes præ ſenio, aut ingenij rudis tarditate prorſus incapaces ſint.

ξξ Si quæ prouinciæ, &c.] Antiquas conſuetudines laudabiles, quæ in contrahendis matrimonijs obſeruari ſolitæ ſunt, decretum in præſenti non tollere, aſſerit Franc. Molin. dicto libro 2. differ. 11. numero 151. Laudabiles autem conſuetudines illas dici, quæ canonicis decretis non aduerſantur tradunt de hoc decreto loquentes Cened. ad Decret. collect. 58. num. 6. & Franc. Molin. dicta differ. 11. numero 151. & 156. ſubdit quandoque laudabilem dici conſuetudinem, quæ iuri communi aduerſatur, cùm ex temporum mutatione mutari quoque ſæpe & ſtatuta, & conſuetudines etiam iuri contrarias expediat, cap. fin. de conſang. & affin. 168.

οο In ſingulis ſuarum diœceſum Parochialibus, &c.] Ratione ſpeciali fit in hoc Decreto præceptum publicationis in ſingulis Parochialibus Eccleſijs, cùm aliàs ſufficiat cæteras leges & Principum conſtitutiones in Curia publicari, etiamſi reuocatoriæ fuerint aliarum legum, & conſtitutionum, vt aduertit Anguian. de legib. lib. 4. controuerſ. 1. num. 27. cum ſeqq.

ππ Vt huiuſmodi decretum in vnaquaque Parochia, &c.] 169.
Neceſſariò requiri in Parochijs publicari hoc decretum ad hoc vt robur ſuum accipiat, nec in publicationem in diœceſana Synodo factam æquipollere, deciſum refert Armend. in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrimon. numero 62. Et rationem reddit Baſil. Pont. de impedim. matrimon. cap. 26. §. 2. verſ. 4. dicens hoc non naſci ex eo quòd lex ad ſui obligationem exigat vt acceptetur à populo, ſed ex ſpeciali diſpoſitione Eccleſiæ in hoc caſu, quæ hanc legem obligare noluit, niſi poſt promulgationem in ſingulis Parochijs factam, trigintaque à publicatione diebus elapſis.

Ad matrimonium igitur contrahendum coram Parocho, & teſtibus obligari eos, apud quos promulgatum eſt Concilium Tridentin. & receptum, qua publicatione nondum facta nullam obligationem arctare, habitatores, nec ignorantes ligare, prout in quibuſdam Galliæ, & Poloniæ partibus, tradunt Petr. de Ledeſma in ſumm part. 1. de Sacram. vbi de ſacram. matrim. cap. 6. concl. 4. dub. 5. Ceuall. d. q. 603. num. 143. Nauarr. conſ. 8. num. 1. ſub tit. de clandeſt. deſponſ. Henriq. d. lib. 11. cap. 53. §. 8. Galet. in margarit. caſuum conſcient. verb. matrimonium pag. 163. col. 2. Sanchez d. lib. 3. diſput. 18. num. 1. Molfeſ. in ſumma Theolog. moral. tract. 4. cap. 9. num. 19. Rebello dict. lib. 2. quæſt. 7 ſect. 3. Gutier. de matrim. cap. 61. num. 12. Baſil. Pont. d. §. 2. verſ. quarto. 170.

Vnde illos, qui ſunt incolæ vnius loci, in quo promulgatum, & acceptatum eſt Concilium, ſi aliò migrent, vbi non eſt acceptatum, poſſe ibi validè contrahere, ſeruata, quoad fieri poſſit, antiqua lege eccleſiaſtica, ſiue illac tranſeant, ſiue domicilium ibidem collocauerint, aſſerunt Petr. de Ledeſma de matrim. quæſt. 45. art. 4. puncto 3. Henriq. d. lib. 11. cap. 8. §. 8. Sanch. d. lib. 3. diſput. 18. num. 28. Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 176. Baſil. Pont. dict. cap. 26. §. 2. verſ. hinc etiam fit eos, & de matrimon. lib. 5. cap. 9. Rebell. d. part. 2. libro 2. quæſtione 7. num. 15. Ægid. de ConincK d. diſput. 27. dub. 1. num. 14 Gutier. dict. cap. 61. num. 12. Bonacin. dict. quæſtione 2. puncto 8. num. 2. Molfeſ. d. tract. 4. cap. 9. num. 21. Filliuc. dicto tract. 10. cap. 6. num. 200. Homobon. de Bonis de examine eccleſ. tract. 11. cap. 7. quæſt. 17. reſolut. 3. verſ. ſecundo, Gaſpar Hurtado de matrim. diſputatione 5. difficult. 4. in princip. Aldan. in compendio canon. deciſ. libro 1. tit. 8. numero 40. vbi id verum credit ſi receſſus à loco habitationis fuiſſet factus ad euitanda impedimenta, puta inimicitias, & obſtacula parentum, ſecus ſi receſſus fuit factus per fraudem, quia aderat impedimentum, & refert ſic fuiſſe deciſum ſub die 7. Februarij 1602. cuius memini de officio & poteſt. Parochi, cap. 21. num. 92. 171.

Hinc etiam matrimonium non eſſe legitimum ſi cõtrahatur inter ſe conferentes ad locum in quo Concilium non eſt promulgatum ſub animo ſine Parocho & teſtibus contrahendi, reſoluit Aldan. d. tit. 8. num. 41. 172.

aſſerens

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aſſerens deciſum *in Colonien. 5. Septempris 1626. & in Antuerpien. 16. Decembris 1628.* quarum memini *d. cap. 21. numer. 93.*

Incolam illius loci, in quo non eſt acceptatum Concilium Trid. teneri matrimonium contrahere coram Parocho, & teſtibus, ſi diuertat ad locum, in quo eſt receptum, tenent Petr. de Ledeſma *d. q. 45. punct. 3. ad fin.* Sanchez *d. lib. 3. diſput. 18. nu. 26.* Valer Reginald. *d. lib. 31. nu. 176.* Ægid. de ConincK *d. tom. 2. diſp. 27. dub. 1. ad fin.* Molfeſ. *d. tract. 4. cap. 9. nu. 20.* Bonacin. *d. puncto 7. num. 5.* Ego ipſe *d. alleg. 32. num. 155. & d. cap. 21. num. 94.*

Epiſcopum non poſſe matrimonia inualidare per ſua decreta ſynodalia, quæ clandeſtinè, & ſine Parocho, & teſtibus contracta eſſent, ſi ibi non eſt promulgatum Concilium Trid. itaut matrimonia etiam poſt huiuſmodi decretorum publicationem aliter contracta, ſi nullum obſtet legitimum impedimentum, valida ac firma ſint, reſoluit Aldan. *d. tit. 8. num. 43.* aſſerens quòd ideo coniuges, qui aliàs inter ſe validè matrimonia contraxerunt, illiſque poſtea per Epiſcopum tanquam contra formam ſui decreti nullis declaratis ſeparati fuerunt, ac inſimul habitare deſierunt, omnino cogendi ſunt, vt in dictis matrimonijs contractis permaneant, atque vna ſimul tanquam veri coniuges cohabitent: ij verò qui primis matrimonijs aliàs validè, & publicè contractis & conſummatis ab Epiſcopo vigore dictorum decretorum nullis declaratis, ſecundò contraxerunt, ſimiliter ad priora redire, ac in illis permanere cogendi ſunt, & huiuſmodi ſecunda matrimonia poſt publicationem & conſummationem priorum contracta nullo modo, etiam prætextu cuiuſuis grauis, & eminentis ſcandali tolerari poſſunt, ac debent; & in fine teſtatur ita fuiſſe deciſum *in Ruſ. 18. Nouembris, & 2. Decembris* 1628.

*pp Poſt triginta dies*, &c.] Ab hoc tempore obligare quoad annullationem matrimonij etiam ignorantes, poſt Medin. Henriq. & Petr. de Ledeſma, reſoluunt Sanchez *dict. libro 3. diſputat. 17. numero 10. ad finem*, Gutier. *de matrimon. cap. 61. num. 11.*

Vnde ea matrimonia irrita in præſenti declarari quæ poſt triginta dies à die publicationis huius decreti in Parochia factæ clandeſtinè contrahuntur, refert deciſum Armendar. *dict. l. 1. de matrimon. numero 61.*

---

## *Cognatio ſpiritualis orta ex Baptiſmo, aut Confirmatione, inter quas perſonas contrahatur.*

## CAPVT II.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *De cognatione ſpirituali Pius V.*
3 *Patrini duo ad ſummum, vnus vir, vnaque fœmina adhibentur in Baptiſmo.*
4 *Cognatio contrahitur cum omnibus ſi plures duobus deſignati ſuſcipiant baptizatum de Baptiſmo.*
5 *Deſignare, & admittere in Baptiſmo plures quàm vnum, & vnam, eſt peccatum mort.*
6 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare vt duo viri, vel duæ fœminæ ſimul ſuſcipiant.*
7 *Patrinos adhibere non eſt de eſſentia ſacramenti Baptiſmi.*
8 *Patrini in Baptiſmo debent eſſe baptizati, & in Confirmatione confirmati.*
9 *Hæreticus ſuſcipiendo, vel baptizando cognationem contrahit.*
10 *Excommunicati, interdicti, & criminoſi non poſſunt eſſe patrini.*
11 *Mutus homo, & muta mulier prohibentur eſſe patrini.*
12 *Abbates, Monachi, & Religioſi ſaltem clauſtrales prohibentur eſſe patrini.*
13 *Pueri cuiuſcunque ætatis poſſunt eſſe ſuſceptores legitimi, & contrahunt cognationem ſuſcipiendo, modò habeant vſum rationis.*
14 *Patrini poſſunt eſſe minores baptizato.*
15 *Cognatio ſpiritualis oritur ex Baptiſmo non ſolemni priuatim facto.*
16 *Baptizans laicum in extremo neceſſitatis articulo contrahit cognationem ſpiritualem.*
17 *Cognationem nullam contrahit leuans in Eccleſia vbi ſeruatæ fuerunt neceſſitates verè domi baptizatum.*
18 *Matrimonium liberè, & licitè contrahi poteſt inter perſonas in hoc decreto nominatim expreſſas.*
19 *Cognatio ſpiritualis non contrahitur inter ipſoſmet patrinos.*
20 *Cognatio ſpiritualis à viro contracta non transfunditur in vxorem, vel è contra.*
21 *Vir, & vxor ſuſcipientes alienum puerum in Baptiſmo non peccant.*
22 *Patrinus poteſt matrimonium contrahere cum ea, cum qua ſimul alienum filium ſuſcepit.*
23 *Matrimonium contractum ſine diſpenſatione inter filium ſuſcipientis, & baptizatum valet.*
24 *Cognatio ſpiritualis non contrahitur inter infidelem baptizantem, & fidelem baptizatum.*
25 *Cognationem aliquam non contrahit fidelis baptizans, aut ſuſcipiens filium infidelium, cum parentibus infidelibus.*
26 *Procurator non ſibi, ſed mandanti contrahit cognationem ſpiritualem.*
27 *Cognatio ſpiritualis contrahitur inter ſuſcipientem in Baptiſmo, ac parentes carnales licèt illegitimos ſuſcepti.*
28 *Parochus debet habere librum in quo deſcribat omnes, qui in Eccleſia ſua baptizantur.*
29 *Baptiſmus, & ætas, probatur ex partita extra per Parochum à libro Baptiſmi.*
30 *Origo etiam probatur.*
31 *Compatres duo, vel commatres ſi in libro Baptiſmi ſint deſcripti, ratione incertitudinis prohibentur inter ſe contrahere.*
32 *Cognationem contrahunt plures quàm duo ſuſcipientes in Baptiſmo, quorū nullus fuit deſignatus.*
33 *Cognationem contrahunt omnes deſignati à parentibus, vel ab alijs curam infantis habentibus, modò tangat ſimul.*
34 *Cognatio contrahitur cum eo, quem vocauit Parochus caſu in Eccleſia ingrediente, non admittendo deſignatum à parentibus.*
35 *Contractus requiritur ad contrahendam cognationem ſpiritualem.*
36 *Cognatio ſpiritualis contrahitur in hoc caſu.*
37 *Cognationem ſpiritualem non contrahit mulier ex*

*eo, quòd*

*eo, quòd defert puerum baptizatum vſque ad ianuam Eccleſiæ.*

38 *Decreti huiuſmodi diſpoſitio militat in cognatione orta ex Confirmatione, ſicut militat in cognatione orta ex Baptiſmo,*

39 *Patrinus in Confirmatione debet eſſe alius ab eo, qui tenuit in Baptiſmo,*

40 *Vnus non poteſt in Confirmatione tenere vltra duos eadem die,*

41 *Catechiſmus ſublatus eſt per hoc decretum.*

DOcet experientia, propter multitudinem prohibitionum, multoties in caſibus prohibitis ignoranter contrahi matrimonia: in quibus vel non ſine magno peccato perſeueratur, vel ea non ſine magno ſcandalo dirimuntur. Volens itaque ſancta Synodus huic incommodo prouidere, & à cognationis ſpiritualis impedimento incipiens, ſtatuit, α *vt vnus tantùm* ſiue vir, ſiue mulier, iuxta ſacrorum [a] Canonum inſtituta, vel ad ſummus vnus, & vna baptizatum β *de Baptiſmo* ſuſcipiant, γ *inter quos, ac baptizatum ipſum,* & illius patrem, & matrem, necnon inter baptizantem, & baptizatum: δ *baptizatique patrem, ac matrem* tantùm [b] ſpiritualis cognatio contrahatur. Parochus, antequam ad baptiſmum conferendum accedat, ε *diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit, ſciſcitetur,* quem vel quos elegerint, vt baptizatum de ſacro fonte ſuſcipiant, & eum, vel eos tantùm ad illum ſuſcipiendum admittant, ζ *& in libro eorum nomina deſcribat,* doceatque eos quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excuſari valeant. η *Quòd ſi alij, vltra deſignatos,* baptizatum θ *tetigerint,* cognationem ſpiritualem nullo pacto contrahant: [c] conſtitutionibus, in contrarium facientibus, non obſtantibus. Si Parochi culpa, vel negligentia ſecus factum fuerit, arbitrio Ordinarij puniantur [d]. ι *Ea quoque cognatio, quæ ex Confirmatione* contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiuſque patres, & matrem, ac tenentem non egrediatur: κ *omnibus inter alias perſonas,* huius ſpiritualis cognationis impedimentis omnino ſublatis.

[a] Cap. non plures. de cõſecr. diſt. 4. & c. quamuis. de cogn. ſpirit. in 6.
[b] Cap. ſuper quibus. c. Eyſtacium. & c. fin. 30 q. 3. cap. 1. c. ſuper eo. & ferè per totũ. de cogn. ſpirit. c. 1. eod. tit. in 6.
[c] Cap. quamuis. de cogn. ſpirit. in 6.
[d] Conc. Magunt. cap. 55. c. 2. 30. q. 1. c. 1. de cogn. ſpirit. in 6.

1. VIde Galleg. *in ſpeciali tract. de cognatione ſpirituali,* Couarr. *de ſponſ. p. 2. c. 6. §. 4.* Nauarr. *in man. c. 22. nu. 37. & num. 140.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. lib. 2. cap. 85. num. 4.* Henriquez *in ſumm. lib. 12. cap. 11.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 1. cap. 226.* latè Iodoc. Cocc. *in theſauro cathol. tom. 2. lib. 5. art. 13.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p. 1. de Sacram.* vbi de ſacram. matrim. *cap. 17. & de ſacram. Baptiſmi, c. 13.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect.* 1224. Ludou. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. p. 2. caſu* 16. Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 54.* Gutier. *in ſimili tract. cap. 100.* Bonacin. *eod. tract. q. 3. puncto* 5. §. 2. Gaſp. Hurtado *eodem tract. diſp. 18.* Galet. *in margar. caſuum conſcient. verb. cognatio,* Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p. 2. cap. 9. num. 61. cum ſeqq.* Fernandez *in examine Theolog. moralis, p. 3. c. 2. §. 9. & 10.* Vgolin. *de offic. & poteſtate Epiſcopi, c. 15. §. 6. à num. 8. & cap. 25. §. 1.* Rebello *de obligat. iuſtit. p. 2. lib. 3. quæſt. 6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. nu. 148. cum ſeqq.* Ægid. de ConincK *de ſacrament. & cenſur. tom. 2. diſp. 32. numer. 22. cum multis ſeqq.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrim. num. 73. cum ſeqq.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract. 4. cap. 10. num. 120. cum ſeqq.* Vincent. Filliuc. *in q. moralib. tom. 1. tract. 10. nu. 188. cum ſeqq.* Aldan. *in compendio canon. deciſ. lib. 1. tit. 8. nu. 50. cum ſeqq.* Sel. *in ſelectis canonicis, cap. 76.* Ioan. Sanci. *in ſelect. diſp. 40. num. 10. cum ſeqq.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. c. 15. nu. 64. cum ſeqq.* metipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 30. nu. 32. cum ſeqq. & de officio & poteſt. Parochi, cap. 18. num. 21. cum ſeqq.*

2. De cognatione ſpirituali, & eius impedimentis emanauit conſtitutio Pij V. ſuper declaratione huius decreti ☞ incip. *Sanctiſſimus*, publicata *die 20. Auguſti* 1566. & alia eiuſdem Pontificis incip. *Cùm illius vicem, ſub dat. quarto Kal. Decembris* 1566.

3. α *Vt vnus tantùm,* &c.] Vnum tantùm iuxta priſca Canonum ſtatuta adhiberi patrinum in Baptiſmo, vel ad ſummum duos, ſcilicet vnum virum, vnamque fœminã, vt voluit Concil. *in præſenti,* tenet Poſſeuin. *de officio Curati, c. 6. nu. 33.* quem refero *d. alleg. 30. num. 40.* vbi *nu. 43.* reſolui præcitata verba huius cap. eſſe intelligenda de Baptiſmo tantùm patrino, ac proinde cùm ſit correctorium iuris antiqui *in cap. vlt. de cognat. ſpirituali in 6.* debere reſtringi, nec ampliari poſſe ad confirmationem, & ſic vltra terminos in quibus loquitur.

Contra Tolet. *in inſtruct. Sacerd. lib. 2. cap. 24. numer. 11.* Sanchez *lib. 7. diſput. 57. num. 9.* exiſtimantes Concilium in præſenti idem omnino voluiſſe quoad omnia ſtatuere in patrino confirmationis, & totum *d. cap. vlt.* per illud reſtringi.

4. Si tamen plures duobus deſignati ſuſcipiant baptizatum de Baptiſmo, cum omnibus cognationem contrahi, tradunt Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de cognat. ſpirit. deciſ. 4.* Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi, cap. 25. §. 1. nu. 5.* Ego ipſe *dict. alleg. 30. numer. 45.* refert deciſum Armendar. *d. l. 1. de matrim. num. 82.* Gaſp. Hurtado *d. diſp. 18. diffic. 4. num. 15.*

Deſignare & admittere in Baptiſmo plures quàm vnum, & vnam, eſſe peccatum mortale, vtpote contra prohibitionem antiquam, & huius decreti, reſoluunt Fr. Emman. *in ſum. tom. 1. c. 226. num. 1.* Vega *p. 1. c. 33. caſu 39.* Bonacin. *de matrim. q. 3. puncto 5. §. 2. num. 32.* Gaſpar Hurtado *in ſimili tract. diſp. 18. diffic. 4. num. 12. verſ. ex dictis,* & deciſum refert Armendar. *d. l. 1. de matrimon. num. 84.* Ego ipſe *d. alleg. 30. num. 44.* 5.

Contra Sanch. *d. lib. 7. diſp. 57. num. 6.* exiſtimantem prohibitionem adhibendi plures patrinos quàm duos, non obligare ſub lethali culpa.

Epiſcopum non poſſe diſpenſare vt duo viri, vel duæ fœminę ſimul ſuſcipiant, cùm ſuper conciliari diſpoſitione diſpenſandi facultatem non habeat, reſoluunt, deciſumque referunt Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Baptiſmus, §. 4.* Sanch. *d. lib. 7. diſp. 57. num. 7.* Rebell. *de obligat. iuſtit. p. 2. in appendice, lib. 4. num. 89.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. nu. 154.* Fernandez *d. c. 2. §. 9. num. 2.* Bonacina *d. §. 2. num. 33.* Ego ipſe *d. alleg. 30. num. 41.* Armendar. *d. l. 1. de matrim. num. 75.* vbi *num. 80.* teſtatur pariter reſolutum quòd vnus procurator, qui ſit viri, & alter qui ſit procurator mulieris, baptizatum de ſacro fonte ſuſcipere poſſunt, ſed non duo viri, nec duæ mulieres, vnuſquiſque tamen proprio nomine, vir loco mulieris, & mulier loco viri. 6.

De eſſentia Sacramenti nõ eſſe, huiuſmodi ſuſceptores adhibere aſſerunt Sot. *in 4. diſt. 7. q. vnica, art. 10. & vlt.* Sylueſt. *in ſum. verb. confirmatio, quæſt. vnic.* Ego ipſe *d. alleg. 30. nu. 33.* Peccare tamen omittentem, dicit Chamerot. *tract. 3. de confirmat. cap. 7. dub. 2. in princip.* 7.

Suſceptores in Baptiſmo debere eſſe baptizatos, & in Confirmatione iam confirmatos, aliàs ex tali ſuſceptione nullam contrahi cognationem per text. *in cap. in Baptiſmate, de conſecrat. diſtinct. 4.* reſoluunt Nauarr. *in man. c. 22. nu. 36. & conſil. 3. num. 1. de Baptiſmo in antiquis,* aliàs *conſ. 1. num. 1. de cognat. ſpirit. in nouis,* Henriq. *d. lib. 12. cap. 3. §. 4.* Sanchez *d. lib. 7. diſp. 60. num. 7.* Fernandez *d. §. 9. num. 4. & §. 10. num. 4.* Vgolin. *de offic. & poteſt. Epiſcopi, cap. 25. §. 1. num. 2.* Rebello *d. p. 2. lib. 3. q. 6. nu. 6. & 7.* Valer. Reginald. *d. lib. 31. num. 157.* Ægid. de ConincK *d. tom. 2. diſp. 32. num. 25.* Baſil. Pont. *de impedim. matrim. c. 24. §. 1. verſ. illud tamen.* Bonacin *de matrim. q. 3. puncto 5. §. 2. nu. 19.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 5. tract. 2. cap. 9. num. 2. verſ. altera,* Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib. 2. cap. 4. num. 3.* Ego ipſe *d. alleg. 30. num. 34.* 8.

Vnde infidelem baptizantem fœminam non contrahere

trahere cognationem ſpiritualem cùm incapax ad matrimonium ſit, reſoluunt Petr. Sot. *lect.* 11. *de matrim.* §. *eſt autem huius generationis*, Fr. Emman. *in ſum tom.* 1. *cap.* 226. *num.* 10. *concl.* 4. Vega etiam *in ſumm. tom.* 1 *cap.* 33. *caſu* 45. Nauarr. *in man cap.* 22. *num.* 36. *& conſ.* 1. *num.* 1. *de cognat. ſpirit. in nouis*, Galleg. *de cognat. ſpirit. cap.* 8. *num.* 4. Matienſ. *ad rub. tit.* 1. *gloſſ.* 1. *num.* 169. *lib.* 5. *Recop.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 8. *num.* 1 *&* 2. Ioan. Sanci. *in ſelect. diſput.* 40. *nu.* 14. vbi *num.* 15. ſubdit catechumenum eſſe etiam cognationis ſpiritualis incapacem, & *num.* 16. id ampliat etiamſi infidelis, & catechumenus poſtea baptizentur.

9. Hæreticum verò cùm baptizatus, & ſubiectus ſit Eccleſiæ, ſuſcipiendo, vel baptizando cognationem contrahere affirmant Sanch. *d. diſp.* 60. *nu.* 2. Bonacin. *d. n.* 22. Valer. Reginald. *d lib.* 31 *num.* 157. Poſſeuin. *d. cap.* 6. *num.* 27. Ego ipſe *d. alleg.* 30. *num.* 35.

10. Excommunicatos, interdictos, facinoroſos, & criminoſos ab infantis ſuſceptione arcēdos monet Paul. Layman *d. c.* 9. *nu.* 2. *verſ præterea*, vbi tamen addit hæc genera perſonarum validè patrini munus obire poſſe, ſed non licitè, refero Ego ipſe *d. cap.* 18. *num.* 30.

11. Mutum hominem & mutam mulierem prohiberi eſſe patrinos probat *cap. paruuli, de conſec. diſt.* 4. Anchar. *in rub. de cognat. ſpirit. lib.* 6. *num.* 4. Fernandez *d. par.* 3. *cap.* 11. §. 9. *num.* 4. *in fine*, & addit Baſil. Pont. *d.* §. 1. *verſ. excluſi*, in Concilio Parienſi *lib.* 1. *cap.* 54. pœnitentes publicos donec peracta pœnitentia reconcilientur, repulſos eſſe à ſuſceptione.

12. Abbates, Monachos, aut Religioſos ſaltem clauſtrales patrinos adhiberi in Baptiſmo, prohibet *cap. non licet Abbati, de conſecr. diſt.* 4. & ex eo colligunt Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *quæſt.* 58. *art.* 2. Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 60. *num.* 21. Poſſeuin. *d cap.* 6. *num.* 27. *verſ ſecundò*, Galet. *in margar. caſuum conſcient. verb. Religioſus, pag.* 225. Galganet. *de iure eccleſ. lib.* 3 *tit.* 85. *num* 25. *&* 26. Rebello *de obligat. iuſtit. p.* 2. *lib.* 3. *q.* 6. *num.* 10. Valer. Reginald. *d lib.* 31. *num.* 157. *verſ. quartò*, Ludou. Miranda *in manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 43. *art.* 1. *in concluſ. prope med.* Bonacina *d.* §. 2. *num.* 23. Baſil. Pont. *d.* §. 1. *verſ excluſi*. Paul. Layman *d. cap.* 9. *num.* 3. *in princip.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *diſput.* 4. *quæſt.* 2. Niſi huiuſmodi Religioſi ab Epiſcopalem dignitatem promoueantur, exemplo Gregorij, qui ex Religione promotus in Cardinalem factus eſt Mauritij Imperatoris compater, vt referunt Gregor. Lopez *l.* 65. *verb. maioral. tit.* 5. *part.* 1. Fr. Emmanuel *d. art.* 3. Sanchez *in præcepta Decologi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 24.

13. Pueros cuiuſcunque ætatis poſſe eſſe ſuſceptores legitimos, & contrahere cognationem ſuſcipiendo, modò habeant vſum rationis, tenent Henriquez *d. lib.* 12. *cap.* 11. §. 2. *ad fin.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub tit. de cognat. ſpirit. deciſ.* 1. Petr. de Ledeſma *in ſumm. par.* 1. *de Sacrament.* vbi de ſacrament. matrim. *cap.* 17. *concluſ.* 7. *dub.* 3. Poſſeuin. *d. cap.* 6. *num.* 29. Sanchez *d. lib.* 7. *diſput.* 61. *num.* 4. Bonacina *d.* §. 2. *num.* 17. Ego ipſe *d. alleg.* 30. *num.* 38.

14. Et nihil referre an ſuſceptores ſint minores baptizato, quia nullo iure ſtatuitur, aut requiritur vt ſint maiores, aſſerunt Sayr. *in florib. deciſ. ſub tit. de cognat. ſpirit. deciſ.* 3. Petr. de Ledeſma *d. concl.* 7. *dub.* 2. Vgolin. *d. cap.* 25. §. 1. *num.* 3. Ego ipſe *d. alleg.* 30. *num.* 39.

15. β *De Baptiſmo.*] Etiam non ſolemni, vt per Nauar. *in man. cap.* 22. *num.* 40. Guttier. *de matrim. cap.* 100. *nu.* 7. Ægid. de ConincK *d. diſp.* 32. *nu.* 39. *concluſ.* 5. Baſil. Pont. *d lib.* 7. *cap.* 40. præcipuè ſi id faciat vt munus ſuſceptoris obeat, vt declarat Ægid. de ConincK *d. loco.*

Contra Sot. *in* 4. *diſt.* 42. *quæſt.* 1. *art.* 2. Soar. *in* 3. *par. q.* 67. *art.* 8. *dub. vlt.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 1. *cap.* 226. *nu.* 2. *concluſ.* 2. Bonacina *d. puncto* 5. §. 2. *num.* 11. Sanchez *d. lib* 7. *diſp.* 62. *num.* 14. Gaſpar Hurtado *d. diſp.* 18. *diffic.* 6. exiſtimantes nullam cognationem contrahere illum, qui alium ſuſcipit in Baptiſmo non ſolemni.

16. Baptizantem etiam laicum in extremo neceſſitatis articulo cōtrahere cognationem perfectam ſpiritualem ſubſequens matrimonium dirimentem cum baptizato, eiuſque parentibus, reſoluunt Brunel. *de ſponſal. concl* 20. Galleg. *dict. tract. cap.* 11. *num.* 5. Couarr. *de ſponſal. part.* 2. *cap.* 6. §. 4. *numero* 4. Nauarr. *in man. cap.* 16. *num.* 34. *in fine, & cap.* 22. *num.* 40. *in fine, & conſ.* 53. *num.* 2. *ſub tit. de ſponſal in antiq.* aliàs *conſ.* 5. *num.* 2. *de cognat. ſpirit. in nouis*, Matienſ. *ad rub. tit.* 1. *gloſ.* 1. *num.* 150. *lib.* 5. *noua recop.* Sanchez *d. lib.* 7. *diſput.* 62. *num.* 10. Gaſpar Hurtado *d. diffic.* 6. *num.* 20.

Leuantem in Eccleſia, vbi ſeruatæ fuerunt ſolemnitates, verè domi baptizatum nullam cognationem ſpiritualem contrahere cum ipſo baptizato, vel cum ſuis parentibus, reſoluunt Nauarr. *d. cap.* 22. *nu.* 40. Bonacina *d.* §. 2 *num.* 9. Valer. Reginald *d. lib.* 31. *num.* 154. *verſ. ſecundum.* Armendar. *d. l.* 1. *de matrimon. num.* 81. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. Baptiſmus, different.* 2. *numero* 1. 17.

γ *Inter quos ac baptizatum ipſum*, &c.] Liberè, & licitè contrahi poſſe matrimonium inter perſonas in hoc decreto nominatim non expreſſas, refert deciſum Armendar. *d. l.* 1. *de matrim. num.* 78. 18.

Vnde cognationem ſpiritualem non contrahi inter ipſoſmet patrinos, tenent Ludou. Lopez *in inſtruct. conſcient. p.* 2. *cap.* 51. *de matrim. col.* 2. Galleg. *de cognat. ſpirit. cap.* 9. *num.* 8. Veg. *tom.* 1. *ſumm. cap.* 33. *caſu* 40. Galet *in margarita caſuum conſcien. verb. matrimonium pag.* 165 *col.* 1. Nugn. *part.* 3. *quæſt.* 67. *art.* 8. *ad fin.* Sanchez *d lib.* 7. *diſp.* 54. *num.* 12. Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *num.* 150. Bonacina *d.* §. 2. *num.* 4. Armendar. *d. l.* 1. *de matrim. num.* 84. Ego ipſe *d. alleg.* 30. *num.* 55. 19.

Hinc etiam cognationem ſpiritualem à viro contractam, eo quòd aliquem tenuerit in Baptiſmo, vel Confirmatione, non transfundi in vxorem, vel è contra, reſoluunt Tolet. *in inſtr. Sacerd. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 5. Matienſ. *in rubr. tit.* 1 *gloſſ.* 1. *num.* 168. *lib.* 5. *noua recopil.* Henriquez *d. lib.* 12. *cap.* 11. §. 2. Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *num.* 149. Ægid. de ConincK *d. tom.* 2. *diſp.* 32. *num.* 24. *verſ. inter fœminam*, Armendar. *d. l.* 1. *de matrim. num.* 84. poſt Petr. de Ledeſma, Fr. Emman. Soar. & alios; Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 54. *num.* 11. Ego ipſe *d. alleg.* 30. *num.* 56. 20.

Et ideò minimè peccare virum & vxorem ſuſcipientes alienum puerum in Baptiſmo, tradunt Nauarr. *in man. cap.* 22. *num.* 39. Armendar. *d num.* 34. Sanchez *d. lib.* 7. *diſput.* 57. *num.* 5. Bonacina *d* §. 2. *num.* 5. Gaſpar Hurtado *de matrim. diſp.* 18. *difficult* 4. *num.* 13. *verſ. ex dictis, in fine.* Ego ipſe *d. allegat.* 30. *num.* 57. 21.

Hinc ſimiliter poſſe patrinum matrimonium contrahere cum ea, cum qua ſimul alienum filium ſuſcepit, declarauit ſanctæ mem. Pius V. *in d. conſtit. incip. Cùm illius vicem*, vt poſt Fr. Emman. ac Nugn. atteſtantur Sanch. *d. lib.* 7. *diſput.* 54. *num.* 12. Bonacin. *d.* §. 2. *num.* 60. 22.

Et hinc etiam valere hodie matrimonium contractum, ſine diſpenſatione inter filium ſuſcipientis, & baptizatum, refert deciſum Armendar. *dict. l.* 1. *de matrim. num.* 75. 23.

Cognationem ſpiritualem non contrahi inter infidelem baptizantem, ſeu leuantem, & fidelem babtizatum, ſeu leuatum, reſoluunt Galleg. *d. tract. de cognat. ſpirit. cap.* 8. *num.* 15. Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 60. *à num.* 9. Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſt. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. vbi *num.* 5. ampliat procedere etiam in Catechumeno, & *num.* 6. extendit habere locum ſiue infidelis baptizet, ſiue leuet ſolus, ſiue cum Chriſtiano, & *numero* 7. aduertit quòd ſi contingat Iudæum, vel infidelem deinde ad fidem conuerti, nihilominus ex actu geſto id in infidelitate non incipiet habere locum cognatio ſpiritualis. 24.

Fidelem baptizantem, aut ſuſcipientem filium infidelium non contrahere cognationem aliquam cum parentibus infidelibus, aſſerunt Galleg. *d. cap.* 8. *num.* 11. Sanchez *d. lib.* 7. *diſput.* 60. *num.* 14. Anton. Ricciul. *dict. cap.* 4. *num.* 8. 25.

Contra gloſſ. *verb. ex lauacro in cap.* 1. 30. *quæſt.* 1. vbi Archid. *num.* 3. S. Antonin. Roſel. Angel. Caiet. Viuald & alios, quos referunt proximo numero citati, exiſtimantes infideles eſſe capaces cognationis ſpiritualis paſſiuæ.

Procuratorem non ſibi, ſed mandati contrahere cognationem ſpiritualem, reſoluunt deciſumque referunt Emman. Sà *verb. Matrimonium*, vbi de impediment. matrimon. *num.* 5. Verall. *deciſ.* 147. *part.* 3. Galet. *in margarita* 26.

rita

vita caſuum conſcient. verb. cognatio, Rebello d. lib. 3. quæſt. 6. numero 12. Mar. Antonin. var. reſolut. lib. 1. reſol. fin. numero 25. Ægid. de ConincK d. tom. 2. diſputat. 42. numero 40. Franc. Leo in theſauro fori eccleſ. p. 2. c. 9. numer. 65. cum ſeqq. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſ. reſol. 630. in 2. edit. Bonacin. dict. §. 2. num. 34. verſ. ſed mihi, Armendar, d. l. 1. de matrimon. numero 75. Vgolin. dict. cap. 25. §. 1. numero 4. Baſil. Pont. de ſacrament. matrimon. lib. 7. cap. 39. Gaſpar Hurtado in ſimili tractat. diſputat. 18. diffic. 5. Sel. in ſelectis canon. capitulo 76. numero 25. vbi atteſtatur deciſum in Tridentina 16. Martij 1630. Ego ipſe dict. allegat. 30. numer. 50.

Contra Galleg. d. tract. cap. 13. num. 14. Franc. Marc. deciſion. 830. num. 8. part. 2. Henriq. d. lib. 12. cap. 11. §. vlt. Couarr. de ſponſal. p. 2. cap. 6. §. 4. numer. 6. Veg. tom. 1. cap. 33. caſu 44. Fr. Emman. tom. 1. cap. 226. num. 9. Viuald. in candel. aureo part. 1. vbi de matrimon. num. 160. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 2. cap. 12. paulo poſt princ. Poſſeuin. d. c. 6. nu. 27. verſ. quarto, Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 156. Rebello d. lib. 3. q. 6. num. 12. Sanchez d. lib. 7. diſput. 59. num. 4. vbi alios Doctores refert, exiſtimantes hanc cognationem ſpiritualem non poſſe contrahi per actionem procuratoris.

27. δ Baptizatique patrem, ac matrem. ] Carnales ſcilicet, quamuis illegitimos, vt per Galleg. d. tract. cap. 7. num. 12. Sanchez d. lib. 7. diſput. 54. num. 16. Valer. Reginald. d. lib. 31. numero 150. verſ. cæterùm, metipſum dict. alleg. 30. numero 54.

ε Diligenter ab ijs ad quos ſpectabit ſcitetur, &c.] Ad parentes pertinere patrinos deſignare, vel illis non deſignantibus ad Parochos, aſſerunt Poſſeuin. d. cap. 6. nu. 33. Bonacin. d. §. 2. num. 27. Gaſpar Hurtado d. diſput. 18. diffic. 4. num. 13. in princip. Ego ipſe d. alleg. 30. num. 46.

28. ζ Et in libro eorum nomina deſcribat, &c.] Parochum debere habere librum in quo deſcribat omnes, qui in Eccleſia ſua baptizantur, cum nominibus parentum, ſi de legitimo matrimonio nati ſint, & patrinorum, qui eos de Baptiſmo ſuſceperunt, ac die, menſe, & anno, aſſerunt Paul. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. cap. 3. num. 24. Poſſeuin de officio Curati, cap. 6. num. 48. Ego ipſe de officio & poteſt. Parochi, cap. 7. num. 2. vbi pono formulam huius deſcriptionis.

29. Ex partita ab huiuſmodi libro Baptiſmi per Parochũ extracta probari quem baptizatum, & illius ætatem, tenent Caputaquen. deciſ. 714. num. 1. part. 1. Mand. ad reg. 18. Cancel. quæſt. 10. à num. 1. Verall. deciſ. 314. num. 1. lib. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præſ. 51. num. 53. Viui. deciſ. 184. num. 15. lib. 1. Anton. Monach. Florent. deciſ. 17. num. 2. & Bononien. deciſ. 19. num. 13. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 249. in 1. edit. aliàs reſol. 218. num. 5. in 2. edit. Seraph. deciſ. 1138. num. 2. Farin. fragm. crimin. p. 1. verb. ætas, nu. 141. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comp. 9. num. 41. Bellet. diſquiſ. cleric. part. 1. tit. de clerico teſte, §. 1. num. 10. Genoa de ſcriptura priuata lib. 5. tit. de libris Plebanorum q. 1. nu. 3. & 4. Rot. deciſ. 592. num. 2. p. 1. recent. & deciſ. 15. num. 2. p. 1. recent. & deciſ. 15. num. 2. part. 2. recent. & in Romana nullitatis obligationis 16. Ianuarij 1626. coram R. P. D. Duran, quos refero d. cap. 7. num. 4.

30. Et probari ex eo etiam originem, tenent Rebuff. de pacific. poſſeſſ. nu. 217. Maſcard. de probat. concluſ. 1147. nu. 21. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 9. §. 1. à num. 112. vbi nu. 113. hoc intelligit ceſſante fraude, Piaſec. in praxi Epiſcop. p. 1. cap. 1. num. 9. Genoa d. lib. 5. quæſt. 3.

31. Si in hoc libro Parochi ſint deſcripti duo compatres, vel commatres, non certificando quis eorum ſit verus compater, ratione incertitudinis prohiberi inter ſe abſque diſpenſatione matrimonium contrahere, aſſerit Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 30. nu. 9.

32. η Quòd ſi alij vltra deſignatos, &c.] Quando non obſtante ſtatuto antiquo, & Concilio in præſenti plures quàm duo, quorum nullus ſit deſignatus, tenent, aut ſuſcipiunt in Baptiſmo, aut ſi tantùm duo, ambo tamen aut ſunt mares, aut fœminæ, omnes contrahere cognationem ſpiritualem, reſoluunt Nauarr. in manual. cap. 22. num. 38. Iacob. de Graff. in aureis deciſ. p. 1. lib. 2. cap. 85. num. 4. Viuald. in candel. aureo p. 1. vbi de impediment. matrim. num. 5. verſ. cognatio ſpiritualis, Henriquez d. cap. 11. §. 3. Petr. de Ledeſma de matrim. quæſt. 56. art. 3. verſic. eſt aliud dubium annexum, & in ſumm. p. 1. de Sacrament. vbi de ſacrament. matrimon. cap. 17. concluſ. 6. dub. 2. Rebello de obligat. iuſtit. p. 2. libro 3. quæſt. 6. num. 5. & in appendice ad lib. 4. nu. 35. Valer. Reginald. d. lib. 31. nu. 152. verſic. ſecundum, Bonacina d. §. 2. num. 24. Gaſpar Hurtado d. diſput. 18. difficult. 4. num. 14. Ego ipſe d. alleg. 30. num. 48.

Contra Galleg. Veg. Fr. Emman. & Sayr. quos refert & ſequitur Sanchez d. lib. 7. diſput. 57. num. 12. Gutierez de matrim. cap. 100. num. 7. Ægid. de ConincK d. tom. 2. quæſt. 32. nu. 29. exiſtimantes in hoc caſu nullum eorum contrahere cognationem ſpiritualem, ſiue ſimul, ſiue ſucceſſiuè teneant, aut ſuſcipiant.

Quando plures deſignati à parentibus, vel ab alijs curam infantis habentibus tangunt, omnes cõtrahere cognationem, modò tangat ſimul; ſi verò tangat ſucceſſiuè, ſolum primum, qui baptizatum ſuſcipit, vel ad ſummum duos, ſi fuerint maſculus, & fœmina, contrahere cognationem, tenent Sanchez d. lib. 7. diſput. 57. num. 14. Valer. Reginald. dict. libro 31. numero 152. Ægid. de ConincK dict. quæſt. 32. num. 39. Gaſpar Hurtado dict. difficult. 4. verſic. ſecundo, Sel. dict. cap. 76. numero 25. vbi ait deciſum in Aquen. 10. Maij 1631. Bonacina d. §. 2. num. 25. vbi numero 26. dicit quòd quando plures deſignati ſunt à parentibus, ſed Parochus admiſit vnum, & vnam tantùm, cognatio contrahitur tantummodo ab ijs, qui fuerunt à Parocho admiſſi, & numero 27. tenet cognationem contrahi à deſignatis à parentibus, non verò à cæteris, qui fuerunt admiſſi à Parocho, quando parentes deſignarunt tantummodo duos, ſed Parochus plures admiſit, & numero 28. reſoluit cognationem contrahi à deſignatis à parentibus, quamuis ſuſcipiant puerum contra Parochi voluntatem, & numero 30. aſſerit eum, qui tangit baptizatum, cùm non ſit deſignatus à parentibus, vel ſaltem à Parocho, quando Parochus poteſt deſignare, non contrahere cognationem, ſi adſint alij deſignati à Parocho, vel à parentibus. 33.

Si Parochus non admittat deſignatum à parentibus baptizandi, & alium caſu in Eccleſia ingredientem vocauerit vt baptizatum puerum ſuſciperet, ac tangeret, cum eo ſpiritualem contrahi cognationem, reſoluit Ludouic. Beia reſponſ. caſuum conſcient. p. 2. caſu 4. verſ. alterum, vbi à principio illius caſus multis probat Parochum in hoc euentu peccare mortaliter. 34.

θ Tetigerint.] Quòd requiratur contactus, itaut eo deficiente compaternitas non contrahatur, qui enim tantummodo aſſiſtit baptizato, vel confirmato, ipſumque non tangit, vel tangit tantùm extremitate digiti, non contrahit cognationem, eo quòd verè non dicatur tenere, vel ſuſcipere, tradunt Verall. deciſion. 164. part. 1. Henriquez d. libro 12. cap. 11. §. 5. Sanchez d. libro 7. diſputat. 56. numero 5. Valer. Reginald. dict. libro 31. numero 151. Bonacina dict. §. 2. numero 14. Marc. Antonin. var. reſolut. libro 1. reſolut. fin. caſu 33. Ego ipſe dict. allegat. 30. num. 47. refert deciſum Armendar. d. l. 1. de matrim. num. 83. 35.

Compatrem deſignatum, qui in Baptiſmo infantis alterutrum præſtitit, id eſt, ſiue ipſum infantem Sacerdoti porrexit, vt in ſacrum fontem immergeret, ſiue poſt immerſionem eum protinus è manu Sacerdotis ſuſcepit, tametſi in actu Baptiſmi illum non tetigerit, cognationem ſpiritualem contrahere, reſoluit Aldan. in compendio canon. reſolut. lib. 1. tit. 8. num. 52. vbi teſtatur ſic reſolutum ſub die 27. Septembris 1601. ex ea ratione, quia eadem militat ratio in porrigente, & ſuſcipiente, dummodo puer tangatur ſiue ante, ſiue poſt, ſiue in immerſione, nam videtur vnicus actus per continuationem, accedente præſertim conſuetudine. 36.

Cognationem ſpiritualem non contrahere mulierem ex eo quòd defert puerum baptizandum vſque ad ianuam Eccleſiæ, vbi illum tradit futuro compatri, à quo puer introfertur, ac de Baptiſmo ſuſcipitur, abſque eo quòd dicta mulier vllum actum in actu Baptiſmi præſter, refert deciſum Aldan. d. tit. 8. num. 53. 37.

ι Ea

38. *ε Ea quoque cognatio, quæ ex Confirmatione*, &c.] Diſpoſitionem huius decreti militare in cognatione orta ex Confirmatione, ſicut militat in cognatione orta ex Baptiſmo, excepto tamen quòd in Confirmatione adhibendus ſit vnus tantùm patrinus, ex *d. cap. fin. de cognat. ſpirit.* reſoluunt Sanchez *d. lib. 7. diſp. 57. nu. 9.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 1. cap. 3. num. 4. in fine, pag. 73.* Rebello *d. lib. 3. quæſt. 6. num 6. ad fin.* Bonacina *d. §. 2. num. 31.* Fernandez *in examine Theolog. moralis, p. 3. cap. 3. §. 6.*

39. Patrinum in Confirmatione debere eſſe alium ab eo, qui tenuit in Baptiſmo, aduertit Chamerot. *de Sacrament.* vbi de Confirmat. *cap. 7. dub. 2. verſ. debet,* quem refero *d. alleg. 30. num. 51.*

40. Quamuis vnus non poſſit in Confirmatione tenere vltra duos eadem die, vt in Pontificali, tamen quando verè conſtat volentem tenere eſſe aliquem virum probum, maximè Curatum, aut ſenem, in quo iudicio Epiſcopi ceſſat præſumpta malitia, & voluntas contrahendi cum filia ſpirituali, vel eius matre, propter imparem conditionem, non peccare Epiſcopum ſi permittat tenere vltra duos, reſoluit Marc. Anton. Genuenſ. *in manuali Paſtorum, cap. 54. num. 6.* quem refero *d. alleg. 30. num. 52.*

*κ Omnibus inter alias perſonas*, &c.] Per hæc verba cenſeri ſublatum Catechiſmum, ſeu cognationem quandam ſpiritualem natam ex catechizatione, affirmant Sanchez *d. lib. 7. diſput. 10. nu. 10. cum ſequentib.* Petr. de Ledeſma *d. c. 17. concluſ. 1. dub. 1. & concluſ. 6. dub. 4.* Valer. Reginald. *d. lib. 31. num. 190.* Rebello *d. p. 2. lib. 3. quæſt. 18. num. 20. cum ſeqq.* Gutierez *de matrimon. cap. 84. per tot.* Bonacina *d. §. 2. nu. 3.* Molſeſ. *in ſumm. Theolog. moral. tract. 4. cap. 10. nu. 121.* latè Io. Valer. Reginald. *de different. inter vtrumque forum, verb. Baptiſmus, differ. 2. num. 2. cum ſeqq.* 41.

---

## *De impedimento publicæ honeſtatis.*

## CAPVT III.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Pius V. peculiarem declarationem edidit ſuper hoc decretum.*
3 *Intelligitur tantum de honeſtate orta ex ſponſalibus.*
4 *Impedimentum publicæ honeſtatis oritur ex omnibus ſponſalibus quacunque ratione irritis, quandiu ipſa publica ſunt, & nullitas occulta.*
5 *Impedimentum publicæ honeſtatis non naſcitur ex ſponſalibus nullis.*
6 *Nec oritur ex ſponſalibus oretenus factis abſque conſenſu interiori.*
7 *Nec ex ſponſalibus validis, mutuo tamen conſenſu diſſolutis.*
8 *Nec ex ſponſalibus conditionatis ante aduentum conditionis.*
9 *Nec ex ſponſalibus contractis à parentibus nomine filiorum ſine eorum conſenſu.*
10 *Impedimentum publicæ honeſtatis oritur tãtùm ex ſponſalibus cùm determinata perſona, & ex abſolutis ſiue à principio, ſiue poſtea completa conditione, & tantùm ex validis.*
11 *Impedimentum publicę honeſtatis oritur ex ſponſalibus per verba de præſenti, & nulliter contractis omiſſa forma Concilij.*
12 *Impedimentũ publicæ honeſtatis conſurgens ex ſpõſalibus validis hodie nõ excedit primum gradum.*
13 *Iuſtitia orta ex matrimonio rato dirimit matrimonium vſque ad quartum gradum.*
14 *Impedimentum oritur ex quocunque matrimonio rato, etiam irrito ex quacunque cauſa, dummodo non ſit irritum ex defectu conſenſus.*
15 *Impedimentum publicæ honeſtatis quando ſimul concurrit cum impedimento affinitatis, vtrumque in diſpenſatione eſt explicandum.*
16 *Aliàs diſpenſatio eſt ſubreptitia.*

IVſtitiæ publicæ honeſtatis impedimentum, *α vbi ſponſalia* quacunque ratione valida non erunt, ſancta Synodus prorſus tollit: vbi autem valida fuerint, *β primum gradum non excedant*: quoniam in vlterioribus gradibus iam non poteſt huiuſmodi prohibitio abſque diſpendio obſeruari.

1. VIde Henriq. *in ſum. lib. 12. cap. 10. §. 2.* Fr. Emman. etiam *in ſumm. tom. 1. cap. 234. num. 4.* Veg. *in ſum. tom. 2. cap. 34. caſu 16.* Petr. de Ledeſma *de matrim. quæſt. 55. art. 4. dub. 1. & in ſum. p. 1. de Sacrament.* vbi de ſacrament. matrimon. *cap. 15. concluſ. 9. cum ſeqq. & cap. 16. per tot.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſput. 68. num. 10. cum ſeqq.* Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p. 2. cap. 9. num. 89. cum ſeqq.* Farin. *in praxi crimin. part. 5. quæſt. 149. num. 160. cum ſeqq.* Rebello *de obligat. iuſtit. p. 2. lib. 3. q. 14. & lib. 4. in fine, in appendice num. 97. cum ſeqq.* Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ, lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrimon. num. 85. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. cap. 18. num. 126. cum ſeqq.* Ægid. de ConincK *de Sacram. & cenſur. tom. 2. diſp. 32. num. 58. cum ſeqq.* Fernandez *in examine Theolog. moralis, p. 3. c. 16. §. 2. ſect. 10.* Gutier. *de matrim. cap. 103.* Bonacin. *in ſimili tract. q. 3. puncto 11. num. 9. cum ſeqq.* Baſil. Pont. *in eodem tract. lib. 7. cap. 36.* Gaſp. Hurtado *in eod. tract. diſp. 21.* Molſeſ. *in ſum. Theolog. moral. tract. 4. cap. 10. num. 92. cum ſeqq.* Sanctarel. *var. reſol. lib. 1. q. 56.* Torreblanca *de iure ſpirit. lib. 2. c. 15. num. 94. cum ſeqq.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 51. num. 174. cum ſeqq.*

2. Super hoc decretum emanauit Motu proprio peculiaris declaratio ſanctæ mem. Pij V. incip. *Ad Romanum, de anno* 1568. vbi ita habetur. *Auctoritate Apoſt. tenore præſentium declaramus, & definimus, decretum Concilij huiuſmodi omnino intelligendum eſſe, & procedere in ſponſalibus de futuro dumtaxat, non autem in matrimonio, ſic, vt præfertur, contracto, ſed in eo durare adhuc impedimentum omnibus illis caſibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat*, referunt Nauarr. *in man. capitulo 22. numero 57.* Henriq. *dict. capitulo decimo, §. 2.* Valent. *tom. 4. diſputat. 10. quæſtione quinta, puncto 3.* Sanch. *dict. libro 7. diſputat. 70. numero 5.* Rebell. *d. parte 2. libro 4. in appendice, num. 98.* Farin. *dict. quæſtione 149. numero 161.* Valer. Reginald. *d. libro 31. num. 128.* Ægid. de ConincK *d. tom. 2. diſput. 50. num. 70. concluſ. 3.* Ego ipſe *d. allegat. 51. num. 182.*

*α Vbi ſponſalia*, &c.] Intelligi tantùm de honeſtate orta ex ſponſalibus, declarauit Pius V. *in d. Motu proprio, incip. ad Romanum*, ex eoque colligunt Valent. *dict. puncto 3. §. honeſtas*, Petr. de Ledeſma *de matrimon. quæſtione 55. articulo 1. prope fin.* Fr. Emman. *dict. tom. 1. capitulo 234.* Henriq. *d. lib. 12. capitulo 10. §. 2.* Sanch. *d. libro 7. diſputat. 68. numero 10. cum ſeqq.* Bonacin. *de matrim. quæſt. 3. puncto 11. num. 10.* 3.

Impedimentum publicæ honeſtatis oriri ex omnibus ſponſalibus quacumque ratione irritis quandiu ipſa publica ſunt, & nullitas occulta, tenent Nau. *in man. c. 22. num. 57.* 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

num.57. Ægid de ConincK dict. diſputat.32. num.69. Valer. Reginald. dict. libro 31. num.127. Ego ipſe d. allegat.51. num. 187.

5. Ex ſponſalibus metu, aut errore perſonæ, vel à deſtituto ſufficienti ratione contractis, ideoque nullis, nullum naſci publicæ honeſtatis impedimentum, aſſerunt Rebello d. quæſt.14. num.5. Valer. Reginald. d. lib.31. num.127. Ægid. de ConincK d. q.32. num.61. Gutier. d. cap.103. num. 18. Ego ipſe d. alleg.51. num.184.

6. Impedimentum hoc publicæ honeſtatis non oriri ex ſponſalibus oretenus factis abſque conſenſu interiori, tenent Nauarr. d. cap.22. num.57. Petr. de Ledeſma d. q.55. art.4. verſ. nihilominus, Bonacin. d. puncto 11. num.3. Gaſpar Hurtado de matrim. diſp.21. diffic.1. num.3. Ego ipſe d. alleg. 51. num. 183.

Contra Henriq. d. lib.12. cap.10. §.. Sanch. d. lib.7. diſp. 68. num.. Baſil. Pont. de ſacram. matrim. lib.7. cap.36. exiſtimantes oriri in hoc caſu quando defectus conſenſus non conſtat exteriùs.

7. Ex ſponſalibus validis, mutuo tamen conſenſu diſſolutis, non oriri hoc impedimentum publicæ honeſtatis, referunt deciſum Gutier. d. cap.103. num.11. Rebello d. p. 2. lib.3. q.14. num.2. & in declarat. Cardinal. ſect.5. nu.99. Armendar. d. l.1. de matrim. num.86. & 72. Gaſp. Hurtado d. diſp.21. diffic.1. num.5. Ego ipſe d. alleg.55. num.188.

Contra Sanch. d. lib.7. diſp.68. num.21. Bonacin. d. puncto 11. nu.7. exiſtimantes impedimentum publicæ honeſtatis contractum ex ſponſalibus validis & certis, non ceſſare quando ſponſalia diſſoluuntur mutuo contrahentium conſenſu.

8. Ex ſponſalibus conditionatis ante aduentum conditionis non oriri huiuſmodi publicæ honeſtatis impedimentum ob defectum conſenſus, qui ſuſpenditur vſque ad illius euentum, tenent Petr. de Ledeſma d. cap.15. concluſ.9. dub.2. in fine, Sanch. d. lib.7. diſput.69. nu.3. & 21. Valer. Reginald. d. lib.31. nu.129. Ægid. de Coninck d. diſput.62. num.61. Gutier. cap.103. num.19. & 20. Bonacin. d. puncto 11. num.5. Ego ipſe d. alleg.51. num.185.

9. Ex ſponſalibus contractis à parentibus nomine filiorum ſine eorum conſenſu non oriri impedimentum publicæ honeſtatis, reſoluunt Sanch. d. lib.7. diſput.68. num. 18. & 19. Valer. Reginald. d. lib.31. num.129. verſ. aduerte quintò, Ego ipſe d. alleg.51. num.186.

10. Et colligendo ſuprà dicta Gaſpar Hurtado d. diffic. 11. in fine, concludit impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis, quod ex ſponſalibus oritur, tantùm oriri ex ſponſalibus cum determinata perſona, & ex abſolutis, ſiue à principio, ſiue poſtea completa conditione, & tantùm ex validis, & non ex nullis, ſiue ex defectu conſenſus, ſiue ob aliquod impedimentum, quamuis occultum, ſiue quia ſunt diſſoluta, ſiue mutuo conſenſu, ſiue quia alter reſiliuit.

11. Impedimentum publicæ honeſtatis oriri ex ſponſalibus per verba de præſenti, & nulliter contractis, omiſſa forma Concilij Trident. ſuprà hac ſeſſ. cap. 1. refert deciſum Armendar. d. l.1. de matrimonijs, num.87.

Ex ſponſalibus per verba, *promitto te ducere in vxorem, ſi factis denunciationibus non apparebit aliquod impedimentum*, minimè oriri impedimentum publicæ honeſtatis refert deciſum Armendar. d. l.1. de matrimon. num.90.

12. ß *Primum gradum non excedant.*] Impedimentum publicę honeſtatis conſurgens ex ſponſalibus validis hodie non excedere primum gradum per hoc decretum, notant Petr. de Ledeſma d. quæſt.45. art.4. dub.1. Veg. in ſumm. tom.2. cap.34. caſu 16. Fr. Emman. etiam in ſumm. tom.1. cap. 234. num.4. Ægid. de ConincK d. diſput.32. dub.5. num.70. & plures citati à Sanctarel. var. reſol. lib.1. quæſt.56. num.4. Aldan. in compendio Canon. reſol. lib.1. tit.8. num.53. vbi refert in vna Caietana 27. Iulij 1629. fuiſſe conceſſam diſpenſationem celebrandi matrimonium, non obſtante impedimento iuſtitię publicę honeſtatis in primo gradu, attenta copula ſubſequuta, propter quam mulier infamata remanebat, & ſtante quòd ad copulam deuentum non fuerit ſub ſpe faciliorem redeundi gratiam diſpenſationis, & in forma pauperum vt petebatur, & iniunctis pœnitentijs ſalutaribus.

Ex matrimonio rato, non conſummato minimè oriri affinitatem, ſed iuſtitiam publicę honeſtatis dirimentem matrimonium, declarauit Pius V. in d. Motu proprio, incip. ad Romanum, & refert Gaſpar Hurtado de matrimon. diſput. 21. diffic.2. in princip.

Iuſtitiam ortam ex matrimonio rato dirimere matrimonium vſque ad quartum gradum, ſicut iure antiquo, referunt deciſum Franc. Leo in theſauro fori Eccleſ. part.2. cap.9. num.92. Piaſec. in praxi Epiſcop. part.2. cap.4. num.34. Armendar. d. l.1. de matrimon. num.89. Rebell. d. part.2. lib. 4. in appendice num.106. Gutier de matrimon. cap.103. num.24. Sanctar. d. quæſt.56. nu.5. Gaſpar Hurtado d. diſput.21. diffic.2. num.7. Ego ipſe d. alleg.51. num.175. Et refert Aldan. d. tit.8. nu.55. diſpenſationem conceſſam fuiſſe in Cauen. 17. Nouembris 1629. pro matrimonio mulieris cum fratre mariti defuncti ſtante matrimonio rato, & non conſummato, & quòd mulier poſt mortem viri cognita fuit, & pręgnans reddita ab huiuſmodi fratre cum periculo necis, & infamiæ. 13.

Contra Ouand. in 4. diſtinct.41. quæſtione vnica in fine, Ludouic. Lop. inſtr. conſcient. part.2. vbi de matrimon. capitulo 50. Tolet. in inſtr. Sacerd. lib.7. cap.10. in fine, exiſtimantes hoc impedimentum proueniens ex matrimonio rato eſſe per Concilium Tridentin. reſtrictum ad primum gradum, ſicut impedimentum quod oritur ex ſponſalibus.

Impedimentum hoc oriri ex quocunque matrimonio rato, etiam irrito ex quacunque cauſa, dummodo non ſit irritum ex defectu conſenſus, docent Sanch. d. lib.7. diſput.70. num.5. Rebello d. part.2. lib.3. quæſt.14. num.2. & lib.4. ſect.5. in declar. nu.101. Sanctarel. d. q.56. à n.6. Gaſpar Hurtado d. diffic.2. num.7. Bonacin. d. puncto 11. num.11. vbi num.12. reſoluit ex matrimonio rato amentium, vel puerorum non conſurgere impedimentum hoc, refero Ego ipſe per d. alleg.51. num.177. & ſeq. Et addit Gaſpar Hurtado d. diffic.2. in fine, ex matrimonio rato conditionato conditione de futuro ſuſpendente conſenſum non oriri hoc impedimentum ante impletionem cõditionis. 14.

Quando impedimentum publicę honeſtatis ſimul cõcurrit cum impedimento affinitatis, in diſpenſatione (quam ſolus Papa præſtare poteſt) vtrumque impedimentum explicitè, vel ſaltem implicitè in petitione explicandum eſſe tenent Couarr. de ſponſal. part.2. cap.6. §.7. Henriq. d. cap.10. §.3. Bonacin. d. puncto 12. nu.22. Ego ipſe d. alleg.51. num.176. 15.

In hac enim diſpenſatione eſſe omnia impedimenta referenda, alioquin diſpenſationem eſſe ſubreptitiam, & inualidam, aſſerunt Petr. de Ledeſma in ſumm. part.1. vbi de Sacram. matrim. cap.27. concl.6. diffic.1. Mandoſ. de ſignatura gratiæ, in tit. diſpenſationes matrimoniales, in fine verſ. reliquum eſt, Menoch. de arbitr. caſu 203. nu.12. plures alij, quos refert & ſequitur Sanctarel. d. lib.1. q.65. à princ. 16.

*De affinitate ex fornicatione contracta, quæ tantummodo vſque ad ſecundum gradum dirimit matrimonium poſtea contractum.*

## CAPVT IV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Affinitas ex copula fornicaria iure naturę ſequitur.*
3 *Affinitas ex copula fornicaria contrahitur inter infideles.*

4 Infidelis

4 *Infidelis cognoſcens fornicariè mulierem ad fidem conuerſus, non poteſt ducere in vxorem conſanguineam dictæ mulieris.*

5 *Impedimentum inductum propter affinitatem ex fornicatione contracta reſtringitur ad 1. & 2. gradum.*

6 *Affinitatis impedimentum ſuperueniens poſt contractum matrimonium eſt ſublatum.*

7 *Affinitas ex copula licita orta dirimit matrimoniũ vſque ad quartum gradum.*

8 *Affinitatis impedimentum vſque ad quartum gradum oritur ex matrimonio rato.*

9 *Affinitas oritur ex omni copula illicita.*

10 *Conſtitutio Pij V.*

11 *Impedimentum tertij gradus affinitatis ex fornicatione contractum, ſublatum eſt.*

12 *Fornicationis ſimplicis peccato commaculatur ille, qui accedit ad conſanguineam in tertio, vel quarto gradu eius cum qua prius fuit fornicatus.*

13 *Epiſcopus non habet facultatem diſpenſandi in gradibus affinitatis, ſeu conſanguinitatis à iure prohibitis.*

PRæterea [a] ſancta Synodus, eiſdem, & alijs grauiſſimis de cauſis adducta, impedimentum, quod propter affinitatem, α *ex fornicatione* contractam inducitur, & matrimonium poſtea factum dirimit, ad eos tantùm qui in primo, & ſecundo gradu coniunguntur reſtringit, β *in vlterioribus verò gradibus* ſtatuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium poſtea contractum non dirimere.

[a] Cap. quædam cũ multis ſeq. 32. q. 7. & toto tit. de eo qui cogn. conſan. vxo. ſuæ.

1. VIde Doctores, quos plena manu refert Cened. *ad Decretal. collect.* 19. *num.* 4. quibus addo Veg. *tom.* 1. *ſumm. cap.* 34. *caſu* 53. Fr. Emman. *etiam in ſumm. tom.* 1. *cap.* 228. *nu.* 4. *& quæſt. regul. tom.* 1. *q.* 63. *art.* 1. Petr. de Ledeſma *part.* 1. *de Sacrament.* vbi de Sacrament. matrimon. *cap.* 15. *& in tract. de matrim. quæſt.* 55. *art.* 3. *dub. vltim.* Sayr. *in claui Regia lib.* 8. *c.* 4. *num.* 6. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 4. *tit.* 15. *l.* 1. *de matrimon. num.* 69. *& à num.* 92. Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *q.* 149. *num.* 116 Valer. Reginald *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *num.* 147. Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 67. *num.* 4. *cum ſeqq.* Fernandez *in examine Theolog. moralis part.* 2. *cap.* 16. §. 2. *ſect.* 11. *à num.* 4. Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom.* 2. *diſput.* 32. *nu.* 56. Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 103. *& cap.* 13. *num.* 85. Vincent. Filliuc. *in quæſt. moralibus tom.* 1. *tract.* 10. *num.* 175. *cum ſeqq.* Gutier. *de matrim. c.* 99. *num.* 12. *cum ſeqq.* Bonacin. *in ſimili tract. quæſt.* 3. *puncto* 12. Gaſpar Hurtado *eodem tract. diſput.* 20. *diffic.* 2. Baſil. Pont. *de impediment. matrimon. cap.* 38. §. 1. *verſ. deinde*, Sanctarel. *var. reſol. lib.* 1. *quæſt.* 57. *à princip.* Nouar. *in ſingul. Canon. concl.* 22. Ambroſin. Peruſ. *deciſ.* 18. *num.* 2. Cabal. *reſolut. crimin. caſu* 200. *num.* 45. *& ſeq.* Ioan. Sanci. *in ſelect. diſput.* 40. *num.* 22. *cum ſeqq.* D. Noguerol. *alleg.* 24. *num.* 111. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 51. *num.* 165. Torreblanca *de iure ſpirit. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 84. *cum ſeqq.*

2. Affinitatem ex copula fornicaria iure naturæ ſequi affirmant Rebellus *de obligation. iuſtitiæ part.* 2. *lib.* 3. *quæſt.* 15. *num.* 9. Ægid. de ConincK *d. diſputat.* 32. *num.* 49. Gaſpar Hurtado *d. diſput.* 20. *difficult.* 2. *num.* 7. quia etiam per dictam copulam fornicariam vir & fœmina fiunt vna caro, & vnus ſanguis, non minus quàm per coniugalem, & reſpondent ad *l. non facile.* §. *ſciendum ff. de gradibus affin.*

Contra Nauarr. *conſ.* 7. *de ſponſalibus in antiq.* aliàs *conſ.* 12. *num.* 2. *&* 3. *de conſang. & affin. in nouis*, Henriquez *in ſumm. lib.* 12. *cap.* 10. §. 1. Sanchez *d. lib.* 7. *diſput.* 65. *num.* 9. Ioan. Sanci. *d. diſput.* 40. *numero* 22. exiſtimantes affinitatem ortam ex copula fornicaria non eſſe vinculum naturale.

3. Vnde affinitatem ex copula fornicaria contrahi inter infideles atteſtantur Ioan. Andr. *in cap.* 1. *num.* 3. *de conuerſ. infidel.* vbi Butr. *ſub num.* 2. Cardin. *num.* 1. *oppoſit.* 1. dum inquiunt per Baptiſmum tolli peccatum adulterij, ſed remanere affinitatem ortam ex eo, ſequuntur Cardin. Bellarmin. *de Sacram. matrim. controuerſ.* 4. *cap.* 30. *verſ. denique affinitas*, Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſt. lib.* 2. *cap.* 5. *à num.* 6.

4. Et hinc infidelem cognoſcentem fornicariè mulierem, ad Fidem conuerſum non poſſe ducere in vxorem conſanguineam dictæ mulieris, contra Sanch. *d. diſput.* 65. *num.* 10. *verſ. at verius eſt*, concludunt Veg. *in ſumm. tom.* 2. *cap.* 34. *caſu* 129. Anton. Ricciul. *dict. cap.* 5. *num.* 14. vbi *num.* 15. aſſerit quòd ſi fidelis rem habeat cum infideli fœmina, & illa habeat ſororem infidelem, contrahit affinitatem cum illa ſorore infideli, quam ad fidem conuerſam ducere nequit, etiamſi ſit nata longè poſtquam primam ſororem cognouit.

5. Impedimentum inductum propter affinitatem ex fornicatione contractam reſtringens Concil. Tridentin. *in præſenti* ad primum, & ſecundum gradum, cenſeri etiam ad eoſdem reſtrinxiſſe impedimentum exigendi debitum ab vxore, quod inducitur ex affinitate proueniente ex illicita copula à viro cum conſanguinea vxoris ſuæ poſt contractum matrimonium habita, refert deciſum Aldan. *in compendio Canon. deciſ. lib.* 1. *tit.* 8. *numer.* 35.

6. Impedimentum ſuperueniens affinitatis poſt contractum matrimonium eſſe ſublatum hoc decreto, refert deciſum Nicol. Garc. *de benefic. part.* 8. *cap.* 3. *num.* 76. quia ſi impedimentum dirimens ſublatum eſt, quod maius eſt; ergo & iſtud, quod ſolùm impedit ne is, per quem contracta eſt affinitas, ſine peccato poſſit exigere debitum, quod minus eſt.

7. Affinitatem ex copula licita ortam cùm non ſit reſtricta per hoc decretum, dirimere matrimonium vſque ad quartum gradum, ſicut erat ſtatutum *in cap. non debet, de conſang. & affinit.* reſoluunt Nauarr. *in man. cap.* 23. *num.* 43. Viuald. *in candel. aureo part.* 1. *de Sacrament.* vbi de Sacrament. matrimon. *num.* 295. Philiarch. *de officio Sacerd. tom.* 1. *part.* 2. *libro* 2. *cap.* 22. *verſ. conſanguinitatis*, Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis, in princ. num.* 90. *ff. de liber. agnoſc.* Perez *l.* 5. *col.* 3. *tit.* 15. *libro* 5. *ordin.* Azeued. *d. l.* 7. *numer.* 9. *tit.* 20. *libro* 8. *nouæ recop.* Henriq. *in ſumm. libro* 12. *cap.* 10. §. 1. *littera H.* Emman. Sà *in aphoriſm. verb. matrimonium*, vbi de impediment. matrim. *num.* 13. Valent. *tom.* 4. *diſput.* 10. *quæſt.* 5. *puncto* 3. vbi de impedimento affinitatis, Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 1. *cap.* 228. *num.* 4. Sanch. *dict. lib.* 7. *diſput.* 67. *num.* 5. Rebell. *de obligat. iuſtit. part.* 2. *lib.* 3. *quæſt.* 15. *num.* 6. Gutier. *de matrim. cap.* 99. *num.* 14. Bonacin. *in ſimili tract. quæſt.* 3. *puncto* 12. *num.* 6. Ego ipſe *d. alleg.* 51. *num.* 164. me citato *in illo loco* Sanctarel. *var. reſol. quæſtione* 67. *numero* 2.

8. Affinitatis impedimentum vſque ad quartum gradum oriri ex matrimonio rato, non conſummato, ſicut in conſanguinitate, ex d. Motu proprij Pij V. incip. *Ad Romanum*, colligit Aldan. *in compendio canon. deciſ. libro* 1. *tit.* 8. *numer.* 40. vbi refert ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 17. *Auguſti* 1617.

9. α *Ex fornicatione.* ] Et ſic ex omni copula illicita, tenent Petr. de Ledeſma *d. cap.* 15. *concl.* 6. Sanch. *dict. lib.* 7. *diſputatione* 67. *num.* 7. Valer. Reginald. *dict. lib.* 31. *numero* 147.

10. β *In vlterioribus verò gradibus*, &c. ] Vide d. Motum proprium Pij V. incip. *Ad Romanum*, ibi, *Declaramus, & auctoritate Apoſt. decernimus, nullum hodie impedimentum remanere quominus in vlterioribus gradibus huiuſmodi liberè, & licitè matrimonium contrahi poſſint*; referunt Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *q.* 149. *num.* 116. Sanch. *d. lib.* 7. *diſput.* 67. *num.* 4. Gutier. *d. cap.* 49. *num.* 13.

11. Vnde ſublatum eſſe impedimentum tertij gradus affinitatis

affinitatis ex fornicatione contractum, ideo non obſtante eo poſſe contrahi ſine diſpenſatione Apoſt. licèt huiuſmodi affinitas contracta fuiſſet ante cõfirmationem Concilij Trident. refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. titulo 15. lib. 1. de matrimon. numero 92.*

12. Et ideo non peccare peccato inceſtus, ſed ſolùm ſimplicis fornicationis illum, qui accedit ad conſanguineam in tertio, vel quarto gradu eius, cum qua priùs fuit fornicatus, reſoluunt Salzed ad Bernard. *in pract. cap. 84. in fine.* Emman. Sà *in aphor. verb. luxuria num. 2.* Gutier. *canonic. lib. 1. cap. 23. num. 3.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 1. cap. 209. num. 2. concluſ. 2.* quos refert & ſequitur Sanctarel. *dicto q. 67. num. 3.*

Ac Epiſcopum auctoritate ordinaria non habere facultatem in gradibus affinitatis, ſeu conſanguinitatis à iure prohibitis contrahentes matrimonia diſpenſandi, refert deciſum Armendar. *d. l. 1. de matrim. num. 99.* 13.

---

## *De diſpenſationibus in gradibus prohibitis.*

## CAPVT V.

1 *Doctores de materia huius text. agentes.*
2 *Intelligitur de contrahentibus cum quocunque impedimento dirimenti.*
3 *Ignorantia craſſa excuſat, dummodo non ſit ingens temeritas.*
4 *Epiſcopus non poteſt ordinariè in impedimentis dirimentibus diſpenſare.*
5 *Diſpenſatio ſuper impedimento conſanguinitatis, & affinitatis non facta mentione de copula habita inter impetrantes, eſt ſubreptitia.*
6 *Diſpenſatio redditur nulla ex copula præcedente diſpenſationem, ſi de ea non fuerit facta mentio in ſupplicatione.*
7 *Diſpenſatio ſuper impedimento cognationis, vel etiã publicæ honeſtatis, non facta mentione de copula habita eſt ſubreptitia.*
8 *Matrimonium ſi ea intentione contrahatur ab habentibus impedimentum dirimens vt facilius Papa diſpenſet, tunc facienda eſt mentio tum de matrimonio contracto, tum de animo, quo initum eſt.*
9 *Impedimenta plura non connexa quando ſunt eiuſdem ſpeciei, & rationis, ſunt omnino exprimenda, vt diſpenſatio ſit valida.*
10 *Cauſæ ad diſpenſandum in impedimentis matrimonij quæ.*
11 *Dos minus competens.*
12 *Fœmina an dicatur pauper & carere dote, quę nihil quidem habet proprium, habet tamen parentes, alioſve conſanguineos diuites.*
13 *Propter anguſtiam.*
14 *Propter inimicitias.*
15 *Propter lites.*
16 *Propter continuas inuaſiones piratarum.*
17 *Propter diffamationem.*
18 *Propter maiorem ætatem.*
19 *Conſeruatio diuitiarum in eadem cognatione eſt iuſta cauſa diſpenſandi in impedimentis matrimonij.*
20 *Excellentia meritorum in Eccleſiam.*
21 *Proles habita ex conſanguinea, quando bona fide ſuſcepta.*
22 *Diſpenſationes matrimoniales gratis ſunt concedendæ.*
23 *Habet locum in compoſitionibus.*
24 *Notarius in diſpenſationibus Apoſt. quartam partem vnius ducati accipere poteſt.*
25 *Ordinarius poteſt cogere teſtes vt ad ſe veniant, ad illos examinandos in exequutione diſpenſationis matrimonialis.*
26 *Diſpenſationes matrimoniales directas Epiſcopo, & eius vicario generali, ſi Sedes vacare contingat, non poſſunt per vicarium Capitularem expediri.*
27 *Diſpenſatio non conceditur in ſecundo gradu conſanguinitatis, niſi inter magnos Principes.*

[a] Cap. fin. §. pe. de clandeſt. deſpon. cle. vnica de conſang. & affinit.
[b] Cap. fin. de immu. Eccl. c. quia fruſtrà. de vſu.

α SI quis intra[a] *gradus prohibitos* ſcienter matrimonium contrahere præſumpſerit, ſeparetur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careat, idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantùm contrahere, ſed etiam conſummare auſus fuerit. β *Quòd ſi ignoranter id fecerit*, ſi quidem ſolemnitates requiſitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eiſdem ſubijciatur pœnis. Non enim dignus eſt, qui Eccleſiæ benignitatem facilè experiatur, [b] cuius ſalubria præcepta temerè contempſit. Si verò, ſolemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod poſtea ſubeſſe cognoſcatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, γ *tunc facilius cum eo, & gratis diſpenſari poterit.* In contrahendis matrimonijs vel nulla omnino detur diſpenſatio, vel raro, δ *idque ex cauſa*, ε *& gratis concedatur. In ſecundo gradu numquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes*, & ob publicam cauſam.

1. VIde Fernandez *in examine Theologiæ moralis part. 3. cap. 16. §. 2. à num. 5.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrimon. num. 100. cum ſeqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. nu. 139. cum ſeqq. & num. 198. & num. 203.* Rebello *de obligat. iuſtit. part. 2. lib. 3. quæſt. 5. à num. 19.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſput. 33. à num. 42.* Vgolin. *de officio, & poteſt. Epiſcopi cap. 60.* Vincent. Filliuc. *in quæſt. moralibus tract. 10. quæſt. 10.* Sanch. *de matrimon. lib. 8.* Gaſpar Hurtado *eod. tract. diſput. 26.*

2. α *Si quis intra gradus prohibitos*, &c.] Intelligendum eſſe de contrahentibus cum quocunque impedimento dirimente, aſſerunt Philiarch. *de offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 13. in princip.* Petr. de Ledeſma *de matrimon. quæſt. 56. artic. vltim. dub. 2. diffic. 1. concluſ. 1.* Tolet. *in inſtruct. ſacerd. lib. 7. cap. 22. num. 3.* Sanch. *de matrimon. lib. 3. diſput. 42. num. 7. & lib. 8. diſput. 25. num. 24.* Sanctarel. *var. reſol. lib. 1. q. 54. num. 3.*

β *Quòd ſi ignoranter id fecerit*, &c.] Ignorantiam craſſam excuſare, dummodo non ſit ingens temeritas, reſoluit Sanch. *de matrim. lib. 2. diſp. 40. num. 4. in med.* 3.

γ *Tunc faciliùs cum eo & gratis diſpenſari poterit.*] A ſolo ſcilicet Romano Pontifice intelligit idem Sanch. *d. lib. 8. diſput. 6. num. 19.* Epiſcopum enim non poſſe ordinariè in impedimentis dirimentibus diſpenſare, reſoluunt Sanch. *lib. 2. diſput. 40.* Garc. *de benef. part. 11. cap. 5. num. 344.* Vaſq. 1. 2. *cap. 2.* Ægid. de ConincK *d. diſput. 33. dub. 3.* Baſil. Pont. *de matrimon. lib. 8. cap. 13.* Gaſpar Hurtado *eod. tract. diſput. 26. diffic. 2.* & alij plures per me citati *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 2. alleg.* 4.

Diſpen-

5. Diſpenſationem ſuper impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione de copula habita inter impetrantes, eſſe ſubreptitiam, & inualidam, tuentur Mich. Galleg. de cognat. ſpirituali, cap. 24. à num. 1. Sarmient. lib. 1. ſelect. cap. 9. num. 3. Nauarr. in man. cap. 22. num. 86. Gambar. de officio, & poteſt. Legati, lib. 7. tit. de diſpenſ. legator. circa matrimonia, num. 409. Ludouic. Lop. in inſtruct. conſcient. tom. 1. cap. 296. Gutier. canon. lib. 1. cap. 15. num. 16. Fr. Emman del orden del Iuizo, cap. 10. num. 4. Zerol. in praxi Epiſcop. part. 1. verb. diſpenſatio, §. 4. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 31. num. 200. verſ. ſimulque. Paul. Comitol. reſponſ. moral. lib. 1. q. 104. Quarant. in ſumma Bullarij, verb. matrimoniales diſpenſationes, num. 13. Sanch. de matrimon. lib. 3. diſp. 14. num. 3. & lib. 8. diſput. 25. Gutier. eod. tract. cap. 124. num. 12. cum ſeqq. Gaſpar Hurtado in ſimili tract. diſput. 26. diffic. 5. Rebell. d. part. 2. lib. 3. quæſt. 5. num. 24. Marc. Anton. Genuenſ. in pract. Archiepiſ. Neapol. cap. 25. num. 4. Galet. in margar. caſuum conſcient. verb. diſpenſatio, pag. 78. col. 1. & verb. inceſtus, vltim. latè Nicol. Garc. de benefic. part. 8. cap. 3. num. 31. cum ſeqq. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 687. in 1. edit. aliàs reſol. 583. in 2. edit. & in deciſ. Curiæ Archiepiſ. Neapol. deciſ. 28. à princip. part. 4. Sanctarel. var. reſol. lib. 1. quæſt. 52. per totam.

Contra Nauarr. conſil 1. quæſt. 19. ſub tit. de conſtitut. & conſil. fin. de cognat. ſpiritual. & conſil. 8. & 9. de conſanguinit. & affinit. in nouis, Salzed. ad Bernard. in practic. cap. 129. addit. 1. in fine, verſ. vnde merito, in vltim. edit. Emman. Sà in aphoriſm. verb. diſpenſatio, num. 10. Vega tom. 2. ſumm. cap. 34. caſu 97. verſ. nota porque viene, Fr. Emman. ſibi contrarium in ſumma tom. 1. cap. 236. num. 51. Henriquez d. lib. 12. cap. 2. §. 4. & 7. Lxl. Zech. de republ. Eccleſiaſt. capitulo 28. de Parocho, pagina 337. Petr. de Ledeſma de matrimon. quæſtione 56. articulo 5. & in ſumma part. 1. de Sacrament. vbi de Sacrament. matrimon. cap. 27. diffic. 3. concluſ. 1. Ceuall. commun. contra commun. 737. Baſil. Pont. de Sacrament. matrimon. libro 8. capitulo 17. §. 6. exiſtimantes taciturnitatem copulæ habitæ ante conceſſionem, ſeu commiſſionem Papæ non irritare diſpenſationem conſanguinitatis, aut affinitatis.

6. Et ideo diſpenſationem reddi nullã ex copula præcedente diſpenſationem, ſi de ea non fuerit facta mentio in ſupplicatione, copulam verò ſuperuenientem poſt diſpenſationem ab Ordinario factam non impedire matrimonij validitatem, refert deciſum Garc. d. part. 8. cap. 3. num. 70. in fine.

7. Diſpenſationem ſuper impedimento cognationis ſpiritualis, vel etiam publicæ honeſtatis, non facta mentione de copula inter impetrantes habita, eſſe ſubreptitiam & nullam, per text. in cap. 2. de eo, qui cognouit conſ. vxoris ſuæ, reſoluunt Galleg. d. tract. de cognat. ſpiritual. cap. 24. Matienſ. in rub. tit. 1. gloſſ. 1. num. 137. lib. 5. nouæ recop. Gutier. canon. lib. 1. cap. 23. num. 15. Menoch. de arbitr. caſu 502. à nu. 1. Garc. d. part. 8. cap. 3. num. 64. & 66.

8. Si matrimonium ea intentione contrahatur ab habentibus impedimentum dirimens vt faciliùs Papa diſpenſet, in tali caſu eſſe faciendam in impetratione diſpenſationis mentionem tum de matrimonio contracto, tum de animo, quo initum eſt, tradunt Couarr. de ſponſal. part. 2. capitulo 6. §. 10. numero 14. Philiarch. d. capitulo 13. in princip. Anton. Cuch. inſtitut. maior libro 5. titulo 13. numero 8. Gutier. lib. 2. canon. capitulo 15. numero pen. Petr. de Ledeſma de matrimon. quæſt. 56. articulo 8. dub. 2. diffic. 1. concluſ. 1 Sanch. d. lib. 8. diſput. 25. num. 22. Garc. d. part. 8. cap. 3. num. 41. Sanctarel. d. quæſt. 54. num. 1. & 2. Nauarr. in cap. ſi quando, de reſcript. except. 5. numero 5. vbi ſic ait, Non ſolum oportet mentionem facere contracti malè matrimonij ſcienter, ſed etiam fraudis, qua grauiter peccando ſunt vſi, vt benignior in eos eſſet Rom. Pontifex, alioquin enim huiuſmodi diſpenſationes ipſo iure inutiles erunt, apud Deum quidem, qui omnia nouit, & in foro conſcientiæ ſimpliciter; apud homines autem tantum, ſi & quantum ea fraus probari poteſt; & in manual. capitulo 22. num. 86. his verbis, licèt olim faciliùs diſpenſabatur in impedimentis eorum qui iam etiam ſcienter contraxerunt, & conſummauerunt matrimonium, hodie tamen iure Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 5. de Reformat. matrimon. faciliùs diſpenſatur, & conſummatio illiciti matrimonij, quæ olim inclinabat Papam ad diſpenſandum, hodie retrahit. ſic etiam Tolet. lib. 7. cap. 22. num. 3. vbi ita ait, Illi qui ſcienter contrahunt, & habent copulam, vt faciliùs impetrent diſpenſationem à Papa, debent narrare Pontifici ſe illa intentione habuiſſe copulam, & contraxiſſe vt faciliùs cum eis diſpenſaretur, quo non narrato diſpenſatio nulla eſt.

Impedimenta plura non connexa quando ſunt eiuſ- 9.
dem ſpeciei, & rationis, vt quando quis eſt conſanguineus alteri ex duplici parte, eſſe neceſſariò exprimenda, vt diſpenſatio ſit valida, tenent Sanch. d. lib. 8. diſput. 24. Ægid. de ConincK d. diſp. 33. dub. 6. Baſil. Pont. de matrim. lib. 8. cap. 17. §. 5. Gaſpar Hurtado in ſimili tract. diſput. 26. diffi. 6. num. 18. contra Henriq. Petr. de Ledeſma. Vegam, Fr. Emman. & alios.

§ Idque ex cauſa, &c.] Cauſas, quæ hodie in praxi 10.
verſantur in Romana Curia, pro quibus diſpenſationes in impedimentis matrimonij conceduntur, referunt Galleg. de cognat. ſpirit. cap. 22. Henriq. in ſumm. lib. 12. cap. 3. §. 9. Fr. Emman. in ſumm. tom. 1. cap. 237. Petr. de Ledeſma etiam in ſumm. part. 1. de Sacrament. vbi de Sacrament. matrimon. cap. 17. concl. 5. cum ſeqq. Sanch. dict. lib. 8. diſput. 19. Valer. Reginald. in praxi fori pænit. lib. 31. num. 196. cum ſeqq. Farin. in praxi crimin. part. 5. q. 149. num. 149. Ægid. de ConincK de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſput. 33. num. 45. cum ſeqq. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 15. l. 1. de matrim. n. 110. cum ſeqq. Campan. in diuerſ. iuris Canon. rub. 6. cap. 3. num. 41. Gaſpar Hurtado d. diſput. 26. diffic. 3.

Prima cauſa eſt, Quòd cùm Oratrix dotem habeat minus 11.
competentem iuxta ſtatus ſui conditionem, cum qua virum ſibi non conſanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere poſſit, inuenire queat, & dictus Orator intendat illam cum dicta minus competenti dote in vxorem ducere, &c. quam referunt Iacob. de Graff. in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 81. in fine, Fr. Emman. dicta cap. 237. concl. 1. num. 2. Galleg. d. cap. 22. num. 8. Gutier. canon. lib. 2. cap. 15. num. 107. Petr. de Ledeſma de matrimon. quæſt. 56. art. fin. & in ſumm. part. 1. de Sacrament. vbi de Sacrament. matrimon. c. 27. concl. 5. Henriq. d. lib. 12. cap. 3. §. 9. verſ. tertia, Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. part. 4. collect. 709. & in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 260. in 1. edit. aliàs reſolut. 227. num. 8. in 2. edit. Ægid. de ConincK d. tom. 2. diſp. 33. num. 47. Campan. d. num. 41. Gaſpar. Hurtado dicto diffic. 3. num. 11. verſ. tertia, Valer. Reginald. d. lib. 31. num. 194. vbi num. 196. ſubdit cenſendam iuſtam cauſam diſpenſandi, cùm in defectu ipſo dotis inuenitur ratio pietatis.

Vtrùm fœmina in ordine ad hunc effectum poſſit di- 12.
ci pauper, & carcere dote, quæ nihil quidem habet proprium, habet tamen parentes, alioſve conſanguineos diuites? vide Couarr. de ſponſalibus part. 2. cap. 6. §. 9. & 10. Sanch. d. lib. 8. diſput. 19. num. 19. & 20. Ægid. de ConincK d. diſput. 33. num. 48. vbi reſoluit non dici pauperem ſi illos poſſit cogere vt ſtatim dent dotem? dici tamen quando de facto cõſtaret nullum non conſanguineum, qui ſit paris conditionis cum ea fœmina, velle eam habere vxorem, eo quòd communiter ſibi perſuadeant parentes non daturos ſufficientem dotem.

Secunda, Quòd cùm dicta Oratrix in dicto loco propter illius 13.
anguſtiam virum ſibi non conſanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere poſſit, inuenire nequeat, &c. referunt Galleg. d. cap. 22. num. 10. Henriq. d. §. 9. Vega in ſumm. tom. 2. cap. 34. caſu 167. Fr. Emman. d. cap. 237. num. 2. verſ. la quarta, Iacob. de Graff. de arbitrarijs confeſſ. cap. 43. Sanch. d. lib. 8. diſput. 19. num. 12. Aloyſ. Ricc. d. reſol. 227. num. 8. Ægid. de ConincK d. diſput. 33. n. 46. Valer. Reginald. d. lib. 31. n. 196. verſ. ad tertiam. vbi reſoluit requiri tantùm, vt intra oppidum proprium fœmina non inueniatur æqualis, cui nubat, refertque ita deciſum fuiſſe, Gaſpar Hurtado d. diffic. 3. n. 11. verſ. ſecunda, Sanch. d. diſput. 19. nu. 13. dicens num. 15. non eſſe adſtringendam ad nubendum alicui vetulo, aut durioris, intolerabiliorisve ingenij.

Tertia, Quòd cùm inter dictorum Oratorum parentes, con- 14.
ſanguineos, vel affines graues inimicitiæ ortæ iam ſint, & ad præſens vigeant, aliunde tamen quam ex cauſa matrimonij inter Oratores contrahendi prouenientes, & ante illius tractatum exortæ, & certum ſit quòd ſi Oratores prædicti inuicem

*matrimonialiter copularentur, inimicitia huiuſmodi omnino componerentur; pro illis igitur componendis, ac pro bono pacis Oratores prædicti cupiunt*, &c. referunt Sanch. *d. lib. 8. diſput.* 19. *num.* 8. Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *num.* 196. *verſ. ad ſecundam*, Gaſpar Hurtado *d. diffic.* 3. *num.* 11. *verſ. prima.*

15. Quarta, *Quòd cùm inter dictos Oratores, ſeu eorum parentes lites ſuper rebus magni momenti ortæ iam ſint, & ad præſens vigeant, lites huiuſmodi omnino cogantur*, &c. referunt Fr. Emman. *d. cap.* 237. *num.* 2. *verſ. la ſegunda por ſe acabar vn gran pleito*, Ægid. de ConincK *d. diſput.* 33. *num.* 45. Sanchez *dict. lib.* 8. *diſput.* 19. *num.* 8. vbi *num.* 9. aſſerit quòd ad hanc cauſam reducitur euitatio ſcandalorum inter cognatos, & *num.* 11. dicit ſimiliter eſſe iuſtam diſpenſandi cauſam quando diſpenſatio eſt quaſi remedium neceſſarium ad obuiandum alicui magno delicto.

16. Quinta, *Quòd cùm dictus locus ad littus maris ſitus continuis inuaſionibus piratarum, & fidei Orthodoxæ hoſtium expoſitus ſit, propterea externi homines non ita libenter, vt cum dicti loci habitatricibus contrahant, accedere velint, cupiunt*, &c. refert Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. matrimoniales diſpenſationes.*

17. Sexta, *Cùm autem Pater ſancte niſi matrimonium inter Oratores contrahatur, dicta Oratrix innupta, & diffamata remaneret, grauiaque exinde ſcandala poſſint vero ſimiliter exoriri, ideo*, &c. refert Sanchez *dict. libro* 8. *diſputatione* 19. *num.* 9.

18. Septima, *Quòd dicta Oratrix vigeſimumquartum annum excedens hactenus virum paris cõditionis, cui nubere poſſet, non inuenit*, &c. refert Quarant. *d. verb. matrimoniales diſpenſationes.*

19. Octaua. Conſeruatio diuitiarum in eadem cognatione ne cauſa dotis detrahantur ad aliam cognationis familiam, quando eæ ampliſſimæ ſunt, referunt Galleg. *d. cap.* 22. *num.* 11. *cum ſequentibus*, Vega *tom.* 2. *ſumma cap.* 34. *caſu* 167. Fr. Emman. *d. cap.* 237. *concluſ.* 1. *in fine*, Ægid. de ConincK *dicto diſput.* 33. *num.* 49. Valer. Reginald. *dicto lib.* 31. *num.* 197.

20. Nona. Excellentia meritorum in Eccleſiam, ſiue diſpenſationem petentis, ſiue eius, cui petitur, referunt Galleg. *d. cap.* 22. *num.* 17. Sanch. *d. diſput.* 19. *num.* 32. Ægid. de ConincK *d. diſput.* 33 *num.* 49. *verſ.* 5. Gaſpar Hurtado *dicto difficult.* 3. *num.* 12.

21. Decima. Proles habita ex conſanguinea quando bona fide ſuſcepta eſt, referunt Petr. de Ledeſma *de matrimon. quæſt.* 56. *artic. vltim. ad fin.* Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 107. Sanchez *d. diſput.* 19. *num.* 33. Ægid. de ConincK *d. diſput.* 33. *num.* 49. *verſ.* 7.

ε *Et gratis concedantur.*] Diſpenſationes matrimoniales gratis concedendas eſſe, & non licere Epiſcopo, vel eius Vicario pro eis quicquam accipere nec ratione taxæ etiam ex immemoriali conſuetudine, nec ratione ſigilli, vel alicuius alterius rei, refert deciſum Garc. *de beneſic. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 77. *ad* 6. aduertens decretum illud, quod ſolet poni in litteris diſpenſationum matrimonialium, vt nihil muneris, ſeu præmij ſponte accipi poſſit pro illarum executione, ita intelligendum eſſe vt neque Ordinarius ipſe, neque eius Vicarius quicquam pro mercede laboris, quem ea in re ſuſciperent, capere poſſent, notarij vero pro examine teſtium quartam aurei, ſeu ducati partem licitè accipere poſſunt. 22.

Habere locum in compoſitionibus, non in mercede, quæ pro Bullarum expeditione ſoluitur, refert deciſum Garc. *d. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 100. 23.

Statutum concedens Epiſcopis vt certum quid poſſint accipere in cauſis commiſſarijs, non habere locum in diſpenſationibus matrimonialibus, etiamſi factum ſit in Synodo Prouinciali, notarium autem quartam partem vnius ducati accipere poſſe, refert deciſum Garc. *d. part.* 8. *cap.* 1. *num.* 104. 24.

Epiſcopum poſſe, ſed non cogi, concedere litteras dimiſſorias Ordinario inferiori pro examinandis teſtibus in exequutione diſpenſationis matrimonialis, poſſe autem cogere teſtes vt ad ſe veniant, argument. *cap. ſtatutum*, §. *inſuper, de reſcript. in* 6. refert deciſum Garc. *dicto part* 8. *cap.* 1. *num.* 116. 25.

Diſpenſationes matrimoniales directas Epiſcopo, & eius Vicario generali, ſi Sedes vacare contingat, non poſſe per Vicarium capitularem expediri, contra Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *diſp.* 27. *num.* 29. *cum ſequentibus* tenet Aldan. *d. tit.* 8. *num.* 56. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 24. *Maij* 1621. 26.

ζ *In ſecundo gradu numquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes.*] Vide Henriq. *dicto libro* 12. *capitulo* 3. §. 6. *in commento littera* X. Sanchez *dict. libro* 8. *diſputatione* 19. *numero* 5. Gutier. *de matrimon. capitulo* 128. *numero* 14. Zerol. *in praxi Epiſcop. parte* 1. *verb. diſpenſatio*, §. 2. vbi refert ſe vidiſſe diſpenſare inter Barones, & titulatos Regni Neapolitani, Ægid. de ConincK *dict. diſputatione* 33. *numero* 44. vbi dicit hunc Tridentini locum intelligendum eſſe de gradu conſanguinitatis, vel affinitatis ortæ ex legitimo matrimonio, quia in affinitate orta ex fornicatione, præſertim occulta, longè faciliùs diſpenſatur. 27.

---

## *Matrimonium inter raptorem & raptam, an & quando irritum.*

## CAPVT VI.

1 *Doctores de materia huius text. agentes.*
2 *Raptus non factus cauſa contrahendi matrimoniũ cum rapta, ſed cauſa libidinis, minimè dirimit matrimonium.*
3 *Raptus, quo fœmina inuitis parentibus, ipſa tamen conſentiente rapitur, dirimit matrimonium.*
4 *Raptus quo fœmina corrupta, meretrix, vel inhoneſta rapitur, dirimit matrimonium.*
5 *Raptus, quo fœmina rapit virum, non dirimit matrimonium.*
6 *Raptus propriæ ſponſæ ipſa inuita non dirimit matrimonium.*
7 *Raptus nõ dirimit matrimonium ſi ſolis importunis precibus, aut pretio conducta fœmina extrahatur.*
8 *Rapt⁹ vt dicatur, requiritur traductio de loco ad locũ*
9 *Sponſalia celebrata inter raptorem & raptam inualida ſunt, dum rapta eſt in poteſtate raptoris.*
10 *Raptor ſi nubat fit infamis.*
11 *Raptor contrahens matrimonium cum rapta eſt omnino liberandus.*
12 *Raptores & fautores raptus dirimentis matrimonium excommunicatur ipſo iure.*
13 *Pœna infamiæ, & incapacitatis ad dignitates, ac obligationem dotandi raptam, & priuationem gradus clericalis, quando raptor, aut fautor eſt clericus, non incurritur ante ſententiam iudicis.*
14 *Raptor ſiue matrimonium contrahat, ſiue non, tenetur ad decenter dotandam raptã arbitrio iudicis.*

α Cap. fin. de rapt. vide Conc. Chalced. c. 26. c. eos & c. de puellis 36.

DEcernit ſancta Synodus, inter raptorem, & raptam, α *quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit*, β *nullum poſſe conſiſtere matrimonium.* [a] Quòd ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto, & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in vxorem habeat, γ

*& nihilo-*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*& nibilominus raptor ipſe* , δ *ac omnes illi conſilium* , auxilium & fauorem præbentes , ε *ſint ipſo iure excommunicati* , ζ *ac perpetuò infames* , omniumque dignitatum incapaces , & ſi Clerici fuerint , de proprio gradu decidant . η *Teneantur præterea raptor* mulierem raptam, ſiue eam vxorem duxerit, ſiue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare .

q.1. Concil. Chalcedon. c.27. Concil. VVormatien. cap.27. Exod.22.c.1. de adult.

1\. VIde Nauarr. *conſ.32. de ſponſal. in antiq.* aliàs *conſ.2. de raptor. in nouis , & conſ.3. num.7. de conſang. & affin. in antiq.* aliàs *conſ.4. de raptor. in nouis*, Perez *l.2. verb. fuere deſpoſada tit 15. lib.8. ordin.* Matienſ. *in rub tit.1. gloſſ.1. num. 142. verſ. hodie verò lib 5. noua recop.* Peguer. *deciſ.42. à princ.* Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſ.1. num.* 101. Anton. Theſaur. *deciſ.217. num.6.* Henriq. *in ſumm lib.12. cap.14. §.4. & 5.* Baiard. ad Clar. §. *raptus à num.35.* Cancer. *var. reſol. lib. 3. cap.11. num. 2. cum ſeqq.* Fr. Emman. *in ſumm. tom.1. c.232.* Petr. de Ledeſma *etiam in ſumm. part.1. de Sacrament.* vbi de Sacrament. matrimon. *cap.26.* Farin. *in praxi crimin. q. 145. num.121. & ſeq.* Ioſeph Seſſe *Aragoniæ deciſ.96.* Zerol. *in praxi Epiſcop part.2. verb Raptus*, Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis tract.4 cap.11. num.28 cum ſeqq.* Fernandez *in examine Theolog. moralis part 3. cap.16. §.3. nu.1.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.4. collect 911. & in deciſ Curiæ Archiepiſ. Neapol. deciſ.342. p.4.* Cardin. Tuſch *tom 6. verb. raptus concluſ 5. & 6.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.8. §.3. num.2.* Sanchez *de matrim. lib.7. diſput.13.* Leſſi. *de iuſtit. li.4. cap.3 dub. 9. num.68. cum ſeqq.* Baſil. Pont. *de impediment. matrimon c.39.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.1. compar. 10. num.31. cum multis ſeqq.* Rebello *de obligat. iuſtitiæ part.2. lib.3. q.11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.22. num.28. cum ſeqq. & lib. 31. à num.164.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom.2. diſput.31. à num 46.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.4. tit.15. l.1. de matrimon. pag.* 89. Gutier. *de matrimon. cap 86.* Bonacin. *eodem tract. q.4. puncto 18. & de excomm. in partic. extra Bullam diſp.2. q.2. puncto 9.* Gaſpar Hurtado *in ſimili tract. diſput.23. diffic.3.* metipſum *in collect. ad cap. vltim. de raptoribus* .

2\. Circa hoc decretum de multis dubitant Doctores. Primò an raptus non factus cauſa contrahendi matrimonium cum rapta , ſed cauſa libidinis, dirimat matrimonium? Negant Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.81. littera A. verſ. clericus, in nouiſſ. edit.* Fr. Emman. *in ſumm tom.1. cap.212. num.7.* Vega *tom.2. ſumm. cap.34. caſu 157. notab.1.* Sanchez *lib.7. diſput.13 num.4.* Leſſi. *d. cap.3. dub 9. num.70.* Molfeſ. *d. tract.4. cap.11. num.30.* Valer. Reginald. *dicto lib. 31. num 165. verſ. primum,* Gutier. *d. cap.86. num.8.* Gaſpar Hurtado *d. diſput.23. diffic.3. verſ quarto.* quia Tridentinum hoc impedimento, & reliquis pœnis tantùm intendit punire eum , qui lædit libertatem ad matrimonium , vt ſic puniendo impediat dictam læſionem: qui autem fœminam rapuit non ad contrahendum matrimonium, violauit libertatem ad illud, neque ad illud coegit .

Contra Emman Sa *in aphoriſm. verb. matrimonium num. 9.* Ochag. *tract 3 quæſt.44.* Bonacin. *d. quæſt.4 puncto 18. num. 3.* exiſtimantes non ſolùm illum eſſe raptorem qui abduxit fœminam cauſa contrahendi , ſed etiam qui abduxit tantùm cauſa explendæ libidinis, & conſequenter ſubiacere pœnis conſtitutis in hoc decreto .

3\. Secundò an raptus , quo fœmina inuitis parentibus, ipſa tamen conſentiente , rapitur , dirimat matrimonium? Affirmant Salzed. *d. cap.81. verſ. clericus,* Henriq *dicto cap.14. §.4.* Veg. *d. caſu 157. notab.1.* Cardin. Tuſch. *d. tom.6. verb. raptus concl.5. num.4.* Zerol. *in praxi Epiſcopali part.2. verb. raptus* §.1. Fr. Emman *d. cap.232. num 1.* Petr. de Ledeſma *d. cap 26. concluſ.2. dub.1.* Rebello *d. quæſt.11. num.6.* Gutier. *dict. cap.86. num.17.* Bonacina *d. puncto 18. num.5.*

Contra Sanchez *lib.7. diſput.13. num.13.* Leſſi. *d. cap.3. dub.9. num.70.* Valer. Reginald. *d. lib.22. nu.31. & d. lib.31. num.165. verſ. quinto,* Ægid. de ConincK *d. diſput.31. nu.48.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.342. num.5. p.4.* Gaſpar Hurtado *d. diſp. 23. diffic.3 verſ. ſecundo,* exiſtimantes raptum, quo fœmina inuitis parentibus, ipſa tamen conſentiente, rapitur, dirimere matrimonium .

4\. Tertiò an raptus, quo fœmina corrupta , meretrix, vel inhoneſta rapitur , dirimat matrimonium? affirmant Sanchez *dict. lib.7. diſput.13. num.14.* Valer. Reginald. *dict. lib.31. num.165. verſ. ſextum eſt,* Bonacin. *d. puncto 8. num.7.*

Quartò an raptus , quo fœmina rapit virum, dirimat 5.
matrimonium? Negant Farin. *in praxi crimin. p.5. q.145. num.40.* Sanch. *d. diſp.13. num 16.* Rebello *d. quæſt 11. num. 6.* Baſil. Pont. *de impedim. matrim. cap.39. verſ. circa,* Molfeſ. *d. tract.4. cap.11. num.29.* Petr. de Ledeſma *d c.26. concl.2. dub.5.* Valer. Reginald. *d. lib.31. num.165 verſic. ſeptimum eſt,* Bonacina *dict. puncto 18. num.7.* Aloyſ. Ricc. *dict. deciſ. 342. num.5. part.4.* Gaſpar Hurtado *d. diſp.23. diffic.3. num. 12. in princ.* quia hoc decretum loquens de raptore , vtpote odioſum , & pœnale, non eſt extendendum ad raptricem .

Contra Henriq. *d. c.14. §.4. verſ. ſi fortè fœmina robuſta,* Fr. Emman. *d. c.232. num.4. verſ. lo quinto .* Veg. *tom.2. ſum. cap.34. caſu 157. notab.5.* Gutier. *de matrim. cap.88. num.6.* exiſtimantes raptum, quo fœmina rapit virum, dirimere matrimonium .

Quintò, an raptus propriæ ſponſæ ipſa inuita dirimat 6.
matrimonium? Negant Henriq. *d. cap.14. §.4.* Fr. Emman. *d. cap.232. num.4.* Farin. *d. quæſt.145. num.86. verſ.87.* Ioſeph. Seſſe *Aragon. deciſ.96. num.4.* Rebello *d. q.11. num.5.* Leſſi. *d. num.70. verſ. tertium,* Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. eccleſ. q 691.* Molfeſ. *d. cap.11. num.33.* Ego ipſe *in collect. ad cap. pen. num.4. de raptorib.*

Contra Sanchez *d. lib.7. diſp.13. nu.15.* & Gaſpar Hurtado *d. diſp.23. diffic.3. verſ. tertiò* , exiſtimantes comprehendi ſub hoc decreto raptum quo ſponſus rapit propriam ſponſam .

Sextò an raptus dirimat matrimonium ſi ſolis impor- 7.
tunis precibus, aut pretio conducta fœmina extrahatur? Negant Gutier. *d. cap.86. num.15.* Bonacin. *d. puncto 8. num. 5. in fine, & num.6. in fine,* Sanchez *d. lib.7. diſput.13. nu.11.* declarantes , dummodo illæ preces tales non eſſent vt violentiæ æquiparentur .

α *Quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit.* ] Requiri 8.
traductionem de loco ad locum, vt raptus dicatur, affirmant Nauarr. *conſ 1 num. vnico ſub tit. de raptorib.* Fr. Emman. *d. c.232. num.2.* Sanch *d. lib.7. diſput.13. num.7.* Ægid. de ConincK *d. tom.2. diſp.31 num.48. verſ. vt autem,* Bonacin. *d. puncto 8. num 6.* vbi *num.8.* poſt Gutier Molin. Card. Tuſch Sanch. & alios, quos citat, aſſerit quòd raptus non committitur ab eo, qui virginem repertam in domo patris, vel in alia domo, non educit de ea domo, ſed illam ibi opprimit , aut trahit de vno cubiculo in aliud , vt ibi illam commodiùs violet , idemque dicendum aſſerit ſi virginem in agro repertam inde trahat per aliquos paſſus vt abutatur , ſecus ſi inde deducat in aliquam domum extra illum agrum, aut in alium locum .

β *Nullum poſſe conſiſtere matrimonium.* ] Inualida etiam 9.
eſſe ſponſalia celebrata inter raptorem, & raptam, dum rapta eſt in poteſtate raptoris, etiamſi liberè conſentiat, tenent Fr. Emman. *d. cap.232. num.3.* Vega *dict. caſu 157. notab.3.* Sanchez *dict. diſput.13. num.17.* Gutier. *de matrim. cap.86. numero 24.* Bonacin. *dict. puncto 18. numero 10. verſ. tertia* .

γ *Et nihilominus raptor ipſe*, , &c. ] Raptorem ſi nubat 10.
fieri infamem , reſoluunt Sanch. *dict. lib.7. diſp.13. num 1. verſ. ab hac autem infamiæ pœna,* Leſſi. *d. cap.3. num.69.* Farin. *d. q.145. num.14. & num.102.*

Contra Henriq. *d. cap.14. §.4 verſ ſi ducat,* Fr. Emman. *d. cap.232. num.4. verſ. lo ſexto,* Petr. de Ledeſma *d. cap.16. dub. fin.* exiſtimantes minimè fieri infamem, quia aliàs rapta cogeretur nubere infami .

Raptorem contrahentem matrimonium cum rapta 11.
eſſe omnino liberandum , affirmant Marſil. *conſ.63.* Cæpol. *conſ.57.* Boſſi. *in pract. crim. tit. de raptorib. mul. numero 17.* Anton. Gom. *l.80. Tauri numer.7. cum ſeqq.* Baiard. ad Clar. §. *raptus, num.36.* Decian. *in tract. crim. lib.8. cap.13. numero 48. ad fin.* Cancer. *var. lib.3. cap.11. num.* 19. & 20.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Contra Andr. Antiq. Neapolitanarum conſtit. gloſſatorem *in conſtit. Capitalem*, qui ſuo conſilio Hiſpaniarum olim Regem raptorem, qui raptam duxerat, ad mortem condemnaſſe refert, ſequitur Marth. de Afflict. *in conſtit. ſi quis rapere quæſt.* 6. Carrer. *in pract. crimin.* §. *circa tertium numero* 14. Afflict. *ſuper conſtit. part.* 1. *rub.* 19. *numero* 15. latè Franc. Molin. *de ritu nupt. libro* 1. *comp.* 10. *numero* 40. *cum multis ſeqq.* exiſtimantes raptorem pœna mortis puniendum, quamuis raptam in vxorem ducat.

δ *Ac omnes illi conſilium*, &c.] Vide Sanchez *d. lib.* 7. *diſp.* 13. *num.* 3. *&* 4. Bonacin. *d. puncto* 18. *num.* 9. *verſ. prima*, Farin. *d. quæſt.* 145. *num.* 21. *&* 37. vbi reſoluit quòd raptiui opem ferentes, ſcienter tamen & doloſè, capitali ſupplicio ſubijciuntur, licèt quoad alias pœnas, & præſertim amiſſionem bonorum tantummodo, qui in actu rapinæ auxilium præſtiterunt, non autem alij, illas incurrant.

12. ε *Sint ipſo iure excommunicati*, &c.] Vide Farinac. *d. quæſt.* 145. *num.* 21. Sanch. *d. lib.* 7. *diſput.* 13. *in princip.* vbi dicit huiuſmodi excommunicationem non eſſe de reſeruatis Pontifici, Bonacina *d. puncto* 18. *numero* 9. *in fine*, qui idem aſſerit, Gaſpar Hurtado *d. diſputatione* 23. *diffic.* 3. *numero* 15. vbi addit ſtatim abſque alia declaratione excommunicatos manere, etiamſi poſtea ducant raptam, Valer. Reginald *d. lib.* 32. *num.* 31. *verſ. de excommunicatione*, vbi dicit illam eſſe latæ ſententiæ, & nemini reſeruatam. Machado *en el perfeto Confeſſor, lib.* 1. *part.* 3. *tract.* 4. *docum.* 4. *num.* 3.

ζ *Ac perpetuò infames*, &c.] Pœnam infamiæ, & incapacitatis ad dignitates, ac obligationem dotandi raptam, ſiue eam ducant, ſiue non, & priuationem gradus clericalis, quando raptor, aut fautor eſt clericus, non incurri ante ſententiam iudicis, tenent Nauarr. *in extrauag. Gregorij* XIII. *de datis pro iuſtitia, vel gratia, notab.* 31. *num.* 44. Molin. *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 96. *verſ. quoad attinet ad pœnam*, Sanch. *d. diſp.* 13. *num.* 1. *poſt princip.* Ægid. de ConincK *d. tom.* 2. *diſp.* 31. *dub.* 4. *num.* 48. Gaſp. Hurtado *d. diſp.* 23. *diffic.* 3. *num.* 15. *propè fin.* 13.

η *Teneatur præterea raptor*, &c.] Raptorem ſiue matrimonium contrahat, ſiue non, teneri ad decenter dotandam raptam arbitrio iudicis, aſſerunt Henriq. *dict. cap.* 14. §. 5. Farin. *dict. quæſtione* 145. *numero* 57. Bonacin. *dict. puncto* 18. *numero* 10. *verſ. ſecunda*, Sanchez *dict. diſputatione* 13. *numero* 3. *&* 4. vbi *numero* 1. *verſ. teneri raptorem*, reſoluit quòd in ſententia iudicis conſtituentis hanc dotem, attendenda maximè eſt raptoris, & raptæ qualitas perſonarum, Valer. Reginald. *d. num.* 31. *verſ. de dotatione*, vbi ait quòd requiritur ſententia iudicis, vt eam teneatur dotare. 14.

---

## *Quomodo vagi homines admittantur ad matrimonium.*

### CAPVT VII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*

2 *Vagabundi qui dicantur.*

3 *Peregrinorum matrimoniũ non eſt nullum ob omiſſionem illorum, quæ deſcripta ſunt in hoc decreto.*

4 *Parochus, qui vagos non præmiſſa debita diligentia, & licentia Ordinarij, matrimonio coniunxerit, peccat mortaliter, matrimonium tamen valet.*

α MVlti ſunt, [2] *qui vagantur, & incertas* habent ſedes, &, vt improbi ſunt ingenij, prima vxore relicta, aliam & plerumque plures, illa viuente, diuerſis in locis ducunt, cui morbo cupiens ſancta Synodus occurrere, omnes ad quos ſpectat, paternè monet, ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facilè recipiant β *magiſtratus etiam ſæculares hortatur*, vt eos ſeuerè coërceant. Parochis autem præcipit, ne illorum matrimonijs interſint, γ *niſi priùs diligentem inquiſitionem* fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.

1. VIde Perez *l.* 1. *in princ. tit.* 14. *libro* 8. *ordin.* Henriq. *in ſum. lib.* 11. *cap.* 3. §. 3. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *c.* 219. *num.* 3. Petr. de Ledeſma *etiam in ſum. p.* 1. *de Sacram.* vbi de ſacram. matrim. *c.* 7. *concl.* 4. *dub.* 3. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. matrimonium verſ.* 6. *& p.* 2. *verb. Parochus, pag. mihi* 81. Sanch. *de matrimon. lib* 3. *diſp.* 25. *num.* 8. *cum multis ſeqq.* Gutier. *in ſimili tract. c.* 65. Bonacin. *eod. tract. q.* 2. *puncto* 8. *nu.* 6. Baſil. Pont. *etiam eodem tract. lib.* 5. *cap.* 14. Cened. *pract. & canon. quæſt. lib.* 1. *q.* 39. *num.* 66. *cum ſeqq.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſuris tom.* 2. *diſput.* 27. *num.* 20. Rebello *de obligat. iuſtit. p.* 2. *lib.* 2. *q.* 8. *nu.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. li.* 31. *n.* 239. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 32. *à n.* 72. *& de officio & poteſt. Parochi cap.* 21. *à n.* 89.

2. α *Multi ſunt qui vagantur, & incertas*, &c.] Vagabandos illos propriè dici, qui nullum certum domicilium habent, vel qui priſtinum domicilium omnino deſerentes amiſerunt, & iter agunt, aut nauigant animo acquirendi nouum, tenet Henriq. *d.* §. 3. Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom.* 1. *q.* 8. *num.* 6. *& tom.* 2. *q.* 27. *num.* 20. Cened. *d. q.* 30. *num.* 69. *&* 70. Sanch. *d. diſp.* 25. *à num.* 1. vbi *num.* 8. *verſ. intellige*, dicit hoc decretum loqui de ijs, qui vagantur, & incertas habent ſedes, D. Barboſa *in l. heres abſens* §. *proinde in art. de foro delicti nu.* 14. *& ſeq. ff. de iudic.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 39. §. 3. *num.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 1. *num.* 64. Gutier. *d. cap.* 65. *num.* 9. Ego ipſe *d. alleg.* 32 *num.* 75.

Et procedere, quamuis vnus contrahentium ſit notus, & incola, ac propriam habeat ſedem, ſubditusque ſit Parochi, affirmant Cened. *d. q.* 30. *num.* 68. *verſ. circa hanc*, Gutier. *d. c.* 65. *num.* 8. Baſil. Pont *de impedim. matrim. c.* 26. §. 5. *verſ. alienigena*, Sel. *in ſelectis canon. c.* 45. *num.* 10. vbi ſubdit quòd vagus ducens vxorem in aliquo loco vbi eſt verè domicilium mulieris, poteſt contrahere in alio loco vbi voluerit, cùm omnes poſſint eſſe Parochi vagi, quamuis adſit Parochus mulieris, quia tunc eſt etiam verè Parochus vagi alius in alio loco vbi reperitur vagus, & refert deciſum *ſub die* 28. *Auguſti* 1621.

Et habere locum etiam in illis, qui alibi habentes domicilium habitant ac contrahunt in loco vbi ignoti ſunt, reſoluit Ægid. de ConincK *d. diſput.* 27. *numer.* 20. *verſ. nota ſecundò*, vbi *in verſ. nota tertiò*, dicit hoc decretum eſſe intelligendum de ijs, qui communiter dicuntur vagi, non autem de ijs, qui domicilium transferunt, notique ſunt in illis locis, de quo etiam Gutier. *dicta cap.* 65. *num.* 9. Sel. *d. cap.* 45. *num.* 11. vbi atteſtatur deciſum *ſub die* 21. *Martij* 1602. Vnde Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. part.* 4. *reſolut.* 324. reſoluit bannitum quoad hunc effectum non dici vagabundum, refero Ego ipſe *dicta cap.* 21. *num.* 89. *in fine*.

Et denique procedere in ijs, qui ne coram proprio Parocho contrahant aliò ſecedunt non habitaturi, nec manſuri, reſoluunt Sanch. *d. diſp.* 23. *n.* 13. *&* 14. *& diſp.* 25. *nu.* 11 *in fine*, Gutier. *d. c.* 65. *nu.* 11. Bonacin. *d. puncto* 8. *nu.* 4. Ego ipſe *d. alleg.* 32. *num* 77. *& d. c.* 21. *num.* 89. *in fine*.

β *Magiſtratus etiam ſeculares hortatur*, &c.] Refert etiam ad vagabundos, qui prima vxore relicta plerumque plures illa viuente ducunt, exiſtimant Sel. 45. *num.* 12. vbi teſtatur, ſic deciſum *ſub die* 11. *Ianuarij*, 1620. & affirmat

quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quòd ſi laici præuenirent in captura huiuſmodi capientium plures vxores, officium S. Inquiſitionis ſolet recipere de manu dictorum laicorum iſtos reos, & interrogati quid ſentiant de fide, ſi catholicè circa hoc reſpondeant, remittuntur puniendi ab eiſdem laicis.

3. γ *Niſi priùs diligentem inquiſitionem,* &c.] Peregrinorum matrimonium nō eſſe nullum ob omiſſionem illorum, quæ deſcripta ſunt in hoc decreto, refert deciſum Sel. *d. cap.45.num.14.*

4. Parochum, qui vagos non præmiſſa debita diligentia, & licentia Ordinarij, matrimonio coniunxerit, peccare mortaliter; matrimonium tamen valere, reſoluunt Veracruz *in appendice ad quæſtione quomodo qui vagantur admittendi ſint ad matrim, verſ. quamuis ſic fiat,* Henriq. *dict. cap.3.§.3.* Sanch. *dict. diſput.25.num.16.& 17.* Gened. *d.q.31. num 68. in princip.* Gutier. *d.cap.65.num.15.& c.67.num.3.* Baſil. Pont. *d.§.5.in fine,& d.tract. de matrim.lib.5.c.14.nu.8.* Molfeſ. *in ſum.Theolog.moral.tract.4.c.6.nu.5.* Chapeauille *de adminiſtr.matrimon.in neceſſitate,q.14.* Filliuc. *in quæſt.moralib. tract.10.cap.6.q.5.num.212.* Homobon. de Bonis *de exam.eccleſ.tract.11.c.10.q.23.reſol.1. & 2.* Ego ipſe *d.alleg. 32.num.74.& d.c.21.num.89.*

---

*Concubinarij quomodo ab Ordinarijs puniendi.*

## CAPVT VIII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Adulterij in crimine poteſt procedi ex officio.*
3 *Monitio trina diſtinctis temporibus facienda eſt concubinarijs.*
4 *Epiſcopus poteſt in prima monitione pœna pecuniaria concubinarium punire.*
5 *Concubinatus crimen eſt mixti fori.*
6 *Brachium ſeculare ſi iudex ſecularis neget non poteſt ad id cogi ſub pœna excommunicationis.*

GRaue peccatum eſt, homines ſolutos concubinas habere, grauiſſimum verò, & in huius magni Sacramenti ſingularem contemptum admiſſum, [a] vxoratos quoque in hoc damnationis ſtatu viuere, ac audere eas quandoque domi, etiam cum vxoribus, alere, & retinere. quare, vt huic tanto malo ſancta Synodus opportunis remedijs prouideat: ſtatuit huiuſmodi concubinatos, tam ſolutos, quàm vxoratos, cuiuſcumque ſtatus, dignitatis, & conditionis exiſtant, ſi poſtquam ab Ordinario, α *etiam ex officio.* β *ter admoniti* ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, ſeque ab earum conſuetudine non ſeiunxerint, [b] excommunicatione feriendos eſſe: à qua non abſoluantur, donec reipſa admonitioni factæ paruerint. γ *Quòd ſi in concubinatu per annum* cenſuris neglectis, permanſerint: contra eos ab Ordinario ſeuerè pro qualitate criminis procedatur. δ *Mulieres,* [c] *ſiue coniugatæ,* ſiue ſolutæ, quæ cum adulteris, ſeu concubinarijs publicè viuunt, ſi ter admonitæ non paruerint, ε *ab Ordinarijs locorum,* nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel diœceſim, ſi id eiſdem Ordinarijs videbitur, ζ *inuocato, ſi opus fuerit, brachio ſæculari* eijciantur, η *alijs, pœnis contra adulteros,* concubinarios inflictis, in ſuo robore permanentibus.

a Infrà ſeſſ. 25.cap.14.de reform. Cōc. Roman ſub Nic.I. in fin. Conc. Later. ſub Leon.X. ſeſſ.9. de reform. curiæ. & aliorum. verſ. concubinarij.
b Cōc. Tolet. I. c.17. c. is, qui 24. diſt.
c Conc. Arelatenſ. c.3. c. fraternitatis. 34. diſt. c. ſi concubinæ. de ſent. excōm. c. 2. in fin. de cohabit. cler. & mulier.

1. VIde Salzed. ad Bernard. *in pract. c.82. litt. A. verſ. laicus verò,* Baiard. ad Clar. *§. fin. q.37. num.13.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.1. lib.2. c.76. num.3.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.1. verb. Concubinarij, §.2.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. cap.17. num.53.* Petr. de Ledeſma *in ſum. part.2. tract.27. cap.18. concluſ.2.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.377. in 1. edit.* aliàs *reſol.319. in 2. edit.* Valenzuel. *conſ. 131. num.20. tom.2.* Anguian. *de legibus lib.3. contr.30. num. 9. cum ſeqq. & num.24. & controu.31. num.31.* Farin. *in praxi crimin. q.138. num.76. cum ſeq.* latè Cald. Pereira *de manu Regia p.2. c.34. & cap.56. nu.13. cum ſeqq.* Ioſeph. Vela *de poteſt. Epiſcopor. circa punienda & inquirenda crimina p.1. nu.59. cum ſeq.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, li.5. tit.3. l. vnic. de adulter. n.9. & 10.* Thom. Valaſc. *alleg. iuris, tom.1. alleg.34. à n.8.* Sayr. *in claui Regia, li.8. c.2. n.9. cũ ſeq.* Vgolin. *de offic. Epiſcop. c.8. §.3. n.1.* Ordin. Regia Luſit. *li.2. tit.1. §.13.*

2. α *Etiam ex officio.*] In crimine adulterij poſſe procedi ex officio, tenet Farinac. *in praxi crimin. p.5. q.141. nu.40.*

3. β *Ter admoniti.*] Ergo cùm crimine hoc concubinatus in laicis ſolùm ad correctionem deferatur ad iudicium Eccleſiæ, & quoad illud tantùm ſit mixti fori, debent præcedere tres monitiones, ex quibus vera contumacia eliciatur non reſipiſcentis à peccato, quæ monitiones debent eſſe diſtinctæ, & ſeparatæ, Auendan. *de exequend. mandat. part.1. cap.22. numer.14.* Gabr. Pereira *de Manu Regia part.2. cap.34. num.12. verſ. in ſecunda autem parte.*

Trinam monitionem tunc neceſſariam eſſe inter concubinarios, quando in eos vult ferri ſententia excommunicationis, ſi verò pœnis pecuniarijs, vel alijs mulctari eos velit iudex, non requiri iſtam ſolemnitatem, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.5. tit.3. l. vnica, de adulter. num.10.* ſacræ Cong. deciſionem refert Gabr. Pereira *d. p.2. cap.34. num.11. in fine, verſ. quare, pag.95.* ibi, Ad quartum reſpondetur trinam monitionem tunc tantùm eſſe neceſſariam, cùm ad excommunicationem contra concubinarios proceditur: quod ſi alijs pœnis à iure communi, vel à Synodo ſtatutis Epiſcopus afficere velit huiuſmodi delinquentes, vtique trinam monitionem minimè requiri, Hieronymus Card. Matthæ. & latè me citato in hoc loco reſoluit Ioſeph. Vela *de poteſtate Epiſcoporum circa punienda, & inquirenda crimina part 1. numer.64.* vbi citat Nauarr. *conſil.8. numero 1. de offic. Ordin.* & Zerol. *in praxi Epiſcop. part.2. verb. concubinarij,* aſſerentes iudicem Eccleſiaſticum poſſe procedere contra concubinarios, & concubinas alijs vijs, & alijs pœnis quàm quæ ſtatuuntur in hoc decreto.

Vnde poſſe Epiſcopum in prima admonitione pœna pecuniaria concubinarium punire, reſoluit Thom. Valaſc. *dict. allegat.34. numer.11.* vbi *numero 12.* refert ita fuiſſe iudicatum Portugaliæ in ſupremo Regij Palatij Senatu, cùm hoc altercaretur inter Officialem Epiſcopi Portugalen. & iudicem Regię Coronæ Senatus eiuſdem ciuitatis. Idem tenet Gabr. Pereira *d.p.2. cap.34. numero 16.* dum ait concubinarium poſſe puniri pœna pecuniaria ante trinam monitionem, quia Concilium ſolùm poſuit illum ordinem quoad excommunicationem ferendam pro contumacia in illo crimine, & per hoc non abſtulit alias pœnas contra adulteros, & concubinarios inflictas. Ita nouiſſimè reſoluit Ioſeph. Vela *d. part.1. num. 64.* vbi atteſtatur ſic etiam fuiſſe iudicatum eo iudice in Hiſpalenſi, & Granatenſi Senatu.

Contra Aloyſ. Ricc. *d. reſol.319. num.3. verſ. ijs accedit,* exiſtimantem Epiſcopum non poſſe ad impoſitionem pœnæ pecuniariæ procedere, niſi ſeruata forma procedendi contra concubinarios indicta in hoc decreto.

γ *Quòd ſi in concubinatu per annum,* &c.] Procedere in illis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illis,qui per annum cum diuerſis concubinis rem carnaliter habuerunt, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſ. Neapolit. deciſ.55. p.4.* vbi citat Nouar. *ſing. 53. p.4.* Gabr. Pereira *d. part.2. cap.34. num.16.* dum ait concubinariam poſt trinam monitionem excommunicari poſſe, etiamſi concubinatus ſit cum diuerſis, quia intentio præcipientis non eſt tantùm vt caueat à tali fœmina, ſed vt caueat à tali delicto, in quo ille contumax eſt, & incorrigibilis perſeuerat, & *numero 21.* dicit ſic declaraſſe Eminentiſſimos Cardinales. & *d.num.16. in med.* aduertit monitiones, de quibus in hoc decreto, debere eſſe diſtinctas cum temporis interuallo,quæ redigantur in ſcriptis, ex quibus conſtet eas præceſſiſſe, & ſubdit Concilium non admittere generales monitiones in diebus feſtiuis, ſed ſpeciales.

δ *Mulieres ſiue coniugatæ, ſiue ſolutæ,* &c.] De pœnis mulieribus concubinis à locorum Ordinarijs infligendis, vide Decian. *tract.crim. lib.6. cap.21. num.38.* Farin. *in praxi crim.quæſt.138.num.77.* Salzed. *vbi ſuprà, verſ.nec etiam mulieres coniugatæ,* Ioſeph. Vela *d.p.1. num.62.* Gabr. Pereira *d.p.2.c.34.num.1.& ſeqq.* Sayr. *in claui Regia,lib.8. c.2.nu.14.* Bobadil. *in ſua politica, lib.2.cap.17.num.53.verſ.y por vn decreto del ſancto Concilio.*

5. ε *Ab Ordinarijs locorum,* &c.] Concubinatus crimen eſſe mixti fori, affirmant Ordin. Regia Luſit. *lib.2. tit.9.in princ.* vbi parens meus Greg.Lop. *l.58. verb.eſtos, tit.6.p.1.* Auendan. *ad c.26.pretor.nu.2.p.2.* Azeued. *l.4.nu.4.tit.1.lib.4.nouæ recop.* Suar.de Pace *in pract. tom.2. prel.2.num.31.in fine.* Farin. *in praxi crim.q 8.nu.131.* Azor. *inſtit.mor.p.2.lib.3.c.53.q.2.verſ.dubia,* Bobadil. *d.c 17.num.53.* Thom.Valaſc. *d.tom.1.alleg.34.n.4.* Valenz. *d.conſ.131.n.5.* Ioſeph.Vela *d.p.1.nu.61.* Fr.Mich. Agia *de exhibend.auxil.pag.65.* nouiſſimè Mendez de Caſtro *in praxi Luſit.p.2. lib.2.c.4.num.20.*

Vtrùm autem hoc crimen concubinatus ſemel punitum per viam correctionis ab Eccleſiaſtico præuentionem inducat, vt à ſeculari nequeat deinde puniri, vel è conuerſo? itaut eo caſu quo quis ab Eccleſia monetur, poſſit excipere ſe à ſeculari iam captum & condemnatum fuiſſe? vide Gabr. Pereira *d.p.2. cap.34. num.22.* vbi reſoluit quòd licèt in alijs caſibus mixti fori non condignè punitus in vno iudicio poſſit in alio iterum puniri, quia crimen in vtroque foro ad punitionem defertur, nihilominus quia concubinatus crimen in vtroque iudicio differt ab alijs ſpecialiter quoad cognitionem, cùm in ſeculari procedatur ad illius punitionem, ne ſcilicet crimina maneant impunita, & ne quis audeat licentiosè viuere; in Eccleſiaſticis verò Tribunalibus ad correctionem proceditur,ratione ſpiritualis finis,vt à peccato exeat concubinarius; ideo punitus à ſeculari, poterit iterum puniri ab Eccleſiaſtico iudice, & vniuerſa.

ζ *Conuocato, ſi opus fuerit, brachio ſeculari.*] Si iudex ſecularis neget, an poſſit ad id cogi ſub pœna excommunicationis? Affirmant Menoch. *de arbitr.caſu 452.* Bellacomb. *tom.1.commun.opinion.lib.3.tit...nu.118. pag.367.* Ludouic.Rodolphin. *de brachio ſeculari num.45.* Farin. *in praxi crimin.q.197.num.8.& q.138.num.79.* Fr. Emman *quæſt. regul.tom.1.quæſt.8 art.14.* Mart. *de iuriſd.p.1. cap.52. num.1.* 6.
niſi aliàs conſtaret de manifeſta iniuſtitia, ſeu nullitate ſententię, vel proceſſus iudicis Eccleſiaſtici,quo caſu ſecularis (etiamſi delictum eſſet merè Eccleſiaſticũ) poſſet ſaltem auxilium ſuum iuſte denegare. Ita Caualcan. *de Brachio Regio p.4.nu.260. verſ.ſed ſi notoriè,* Parlad. *rerum quotid.lib.2.cap.fin.p.2.§.2.num.7.* Bobadil. *in ſua politica lib.2.cap.17.num.172.verſ.Pero eſto entiendo io,& num.176.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imp. concl.115. in princ. num. 6. cum ſeqq.* Mich. Aggia *de exhibendis auxil. fundam. 27.concl 8. in 1.2. & 7. caſu.* Iacob. Cancer. *var.reſol.lib.2. cap.15.à nu.33.* cum alijs citatis à Ioſeph. Vela *d.tract.p.2. num. 46.* Et niſi à ſententia iudicis Eccleſiaſtici auxilium requirentis fuerit appellatum, vel ſupplicatum, aut de nullitate dictum, aliove quocumque modo eius proceſſus per partem legitimè impugnatus,nam & tunc ſecularis ſaltem denegare auxilium poterit: ita Nau. *in cap.cùm contingat,de reſcript. remed.1.num.7.aliàs 8.verſ.quartò reſpondeo,* Bobadil. *d.cap.17. num.176. poſt princ.* Aggia *d. concl.8. in 3.4.& 8. caſu.* Cancer. *d.cap.15. num.14. & lib.3. cap.19. num.45. cum ſeqq.* Salgado *de protect. Regia p. 1. cap.1. prel. 3.num.93.& 94.* vbi id dicit procedere eo caſu, quo apertè conſtaret cauſam eſſe appellabilem, vel alio modo retractabilem,latè Ioſeph.Vela *d.loco à num.47.*vbi *num.54.* cum multis,quos refert,aut quòd ſi alioqui friuola & fruſtatoria ſit appellatio, poterit ea ſpreta Eccleſiaſticus cenſuris compellere ſecularem, vt ſibi auxilium impartiatur, & atteſtatur ita nuper eo iudice cenſuiſſe Granatenſem Curiam.

η *Alijs pœnis contra adulteros,* &c.] Alias pœnas à Iure communi, vel ſtatutis ſynodalibus contra concubinarios inflictas non tolli per hoc decretum, nec alium modum procedendi contra eoſdem, niſi velit Ordinarius eos excommunicare, quia tunc formam huius decreti eſſe obſeruandam refert deciſum Armendar. *d.l. vnica,de adulter.num.9.*

---

*Cogentes ad matrimonia contrahenda quales, & quomodo puniantur.*

## CAPVT IX.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Excommunicatio in hoc decreto comminata eos ſolùm afficit, qui temporale dominium, & iuriſdictionem in foro externo habent.*
3 *Parochus non incurrit hanc excommunicationem.*
4 *Neque Rex, Regina, Imperator, aut Imperatrix.*
5 *Neque Epiſcopus.*
6 *Neque pater.*
7 *Pęna anathematis eſt pęna excõmunicationis maioris*
8 *Intelligitur de coactione iniuſta.*
9 *Matrimonia contrahere impedientes in hac excommunicatione non includuntur.*

ITa plerumque temporalium dominorum, ac magiſtratuum mentis oculos terreni affectus, atque cupiditates excæcant, vt viros, & mulieres, ſub eorum iuriſdictione degentes, maximè diuites, vel ſpem magnæ hæreditatis habentes, minis, & pœnis adigant cum ijs matrimonium inuitos contrahere, quos ipſi domini, vel magiſtratus illi præſcripſerint. [a] Quare, cum maximè nefarium ſit matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias naſci, à quibus iura expectantur: α *præcipit ſancta Synodus omnibus, cuiuſcumque gradus,* dignitatis & conditionis exiſtant, β *ſub anathematis pœna,* [b] *quam ipſo facto incurrant,* ne quouis modo directè, vel indirectè ſubditos ſuos, vel quoſcumque alios γ *cogant,* quo minus liberè matrimonia contrahant.

a Cap. cum locum, c. requiſiuit & c. Gemma de ſpor.
b Concil. Pariſienſ. 1. c.6. c nullius 36. q.2.

1. VIde Henriq. *in ſumm.lib.11.cap.6.§.6.lit.G.* Gutier. *canon.lib.1.cap.20.num.32.* latè Sanch. *de matrimon.lib.2. diſp.27.& lib.4. diſput.22. à num.8.* Molin. *de iuſtit.tractat.2. diſp.176.verſ.ad ſecundam partem,* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnitent.lib.20.num.19.* Baſil.Pont. *de impediment.matrimon.cap.29.§.12.verſ.ex dictis,* Molfeſ. *in ſum.Theolog.moral. tract.4.cap.7.num.13.cum ſeqq.* Rebello *de obligation. iuſtitię. lib.3. quęſt.9. num.1.* Bonacin. *de matrimon. quęſt.3. puncto 8. num.34.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*num.34. & de excommunicat. in particular. extra Bullam, diſput.2. quæſt.2. puncto 6.* Gutier. *de matrimon. capitulo 79. à num.8.* Gaſp. Hurtado *eodem tract. diſput.6. difficultate 7. cum ſeqq.* Machado *en el perfeto Confeſſor lib.1.p.3.tract.4. docum.4. num.4.*

2. α *Præcipit ſancta Synodus omnibus cuiuſcũque gradus,* &c.] Excommunicationem in hoc decreto comminatam eos ſolùm afficere, qui temporale dominium, & iuriſdictionem in foro externo habent, quia Concilium de his tantummodo loquitur, reſoluunt Molin. *dict. diſput. 176. verſ. ad ſecundam partem*, Fr. Emman. *in ſumm. p.1. cap.232. num.7.* Sanch. *d. lib.4. diſput.22. num.9.* Bonacina *de excommun. in particulari extra Bullam diſp.2.q.2. puncto 6. num.5.*

Contra Soar. *de cenſur. diſp.23. ſect.7. num.6. verſ. quarta*, Filliuc. *tract.14. cap.6. quæſt.4. num.86.* exiſtimantes iſtam excommunicationem vniuerſalem eſſe, & omnes comprehendere.

3. Vnde parochum non incurrere hanc excommunicationem, quia iuriſdictione caret in foro externo reſoluunt Bonacina *d. diſput.2. q.2. puncto 6. num.5. verſ. tertio,* Gaſpar Hurtado *d. diſp.6. diffic.8. in fine*.

4. Item neque Regem, Reginam, Imperatorem, & Imperatricem, quia iſtæ perſonæ videntur ſpeciali nota dignæ, tum quia Papa dum intendit hos ligare, ſolet eos exprimere, reſoluunt Sanch. *d. diſp.22. num.10.* Bonacina *d. puncto 6. num.7.* Gaſpar Hurtado *d. diffic.8. in fine*.

5. Neque Epiſcopum, qui non eſt dominus temporalis, cogentem aliquem ad matrimonium, in iſtam excommunicationem incidere, reſoluunt Bonacina *d. puncto 6. numero 6.* Gaſpar Hurtado *citato loco*, contra plures.

6. Neque patrem cogentem iniuſtè filium, vel filiam ad matrimonium huic cenſuræ ſubijci affirmant Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom.2. diſput.28. dub.5.* Bonacina *dict. puncto 6. num.5. verſ. ſecundo*, poſt Henriq. & Sanch. Gaſpar Hurtado *d. diffic.8. num.29.*

Contra Ludou. Lop. *in inſtruct. p.1. cap.44. verſic. ſi aliquis*, Albornoz *de arte contractuum, lib.4. titul 1.* Mart. *de iuriſd. part.4. caſu 71, numer.23*, exiſtimantes hoc decretum intelligi de parentibus, & alijs quibuſcumque impedientibus matrimonium.

β *Sub anathematis pœna quam ipſo facto incurrant.*] Hanc pœnam anathematis eſſe pœnam excommunicationis maioris, aſſerunt Nauarr. *in man. capitulo 27. numero 150.* Ludouic. Lopez *loco proximè citato*, Henriq. *dict. capitulo 6. §.6* Sanch. *d. lib.4. diſp.22. num.8.* Gaſp. Hurtado *diſp.6. diffic.7. num.27.* 7.

Contra Verac. *in append. ad Specul. p.1. art.6.* exiſtimantem non eſſe pœnam excommunicationis maioris, ſed maledictionis ſolemnis.

γ *Cogant.*] Idem eſſe ac per vim & iniuriam inducere, quia intelligitur de coactione iniuſta, & mortaliter peccaminoſa, tenent Soar. *de cenſur. diſput.23. ſect.7. nu.6. verſ. quarta.* Filliuc. *tract.14. cap.6. quæſt.4. num.86.* Gaſpar Hurtado *d. difficult.7. verſ. ſecundo*, Bonacin. *d. diſp.2. quæſt.2. puncto 6. num.2.* vbi ſubdit ideo excommunicationem incurrere, qui graue malum alicui minatur, niſi matrimonium contrahat, & qui renuit alicui debitum magni momenti ſoluere, eo quòd nolit matrimonium contrahere, quia dicuntur ſaltem indirectè cogere ad matrimonium. 8.

In hac tamen excommunicatione non includi illos, qui impediunt matrimonium contrahere, quia hic non eſt ſermo de prohibentibus, ſed de cogentibus, reſoluunt Henriquez *d. lib.11. cap.6. §.5. in commento,* Nauarr. *in man. capitulo 27. num.150.* Menoch. *conſ.64. numero 61.* Molin. *dict. diſp.170. verſ. ad ſecundam partem* Baſil. Pont. *d. §.12. verſ. ex dictis*, Ægid. de ConincK *d. to.2. diſp.28. dub.5. num.48.* Bonacin. *de matrim. quæſt.3. puncto 8. num.34. verſ. ſecundo, & quæſt.4. puncto 17. num.26. verſ. neque obſtat primò, & de excommun. in partic. extra Bullam, diſp.2.q.2. puncto 6. nu.3.* Gaſpar Hurtado *d. diffic.7. num.26. verſ. ſecundò, in fine*. 9.

## *De temporibus, quibus benedictiones nuptiales non ſunt faciendæ.*

## CAPVT X.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Tempus Aduentus, & Quadrageſimæ quando incipiat.*
3 *Matrimonium non dirimitur ſi celebretur temporibus prohibitis, peccant tamen celebrantes.*
4 *& arbitraria pena puniuntur.*
5 *Matrimonium conſummare quod erat iam contractum, his temporibus non prohibetur.*
6 *Matrimonium de licentia Ordinarij poteſt his temporibus prohibitis ſine ſolemnitate celebrari.*

α AB *aduentu Domini* noſtri Ieſu [a] Chriſti vſque in diem Epiphaniæ, & feria quarta Cinerum vſque in octauam Paſchatis incluſiuè, antiquas ſolemnium nuptiarum prohibitiones β *diligenter ab omnibus obſeruari* ſancta Synodus præcipit: in alijs verò temporibus nuptias ſolemniter celebrari permittit: quas Epiſcopi, vt ea, quæ decet, modeſtia, & honeſtate fiant, curabunt; ſancta enim res eſt matrimonium, & ſanctè tractandum.

a Cõcil. Laodic. c.52. Cõcil. Saleguſt. c.3. c. non oportet cum trib. ſeqq. 33. q.4. c. Capellanus de fer.

1. VIde Matienſ. *in rubric. tit.1 gloſſ.1. num.147. lib.5. nouæ recopilat.* Henriq. *in ſum. lib.11. cap.16. §.2.* Cened. *ad Decretal. collect.22.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. p.1. de Sacrament.* vbi de ſacram. matrim. *cap.10. concl.8. dub.1. verſ. el tercero*, Fernandez *in examine Theolog. moralis p.3. cap.17. §.2. numer.9. & 10.* Molfeſ. *in ſumm. Theologiæ moralis, tract.4. capitulo 11. num.10. cum ſeqq.* Sanch. *de matrimon. libro 7. diſputat.7.* Bonacina *eod. tract. quæſt.3. puncto 14. numer.4.* Gaſpar Hurtado *in ſimili tract. diſputat.5. diffic.23. à numero 83.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31. num.188.* Poſſeuin. *de officio Curati cap.10. num.25. verſ. quæritur*, metipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi, p.2. alleg.32. num.193. cum ſeqq. & de officio, & poteſt. Parochi cap.21. à num.11.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. part.4. reſol.557. cum ſeqq.*

2. α *Ab aduentu Domini*, &c.] Tempus Aduentus in hac prohibitione incipere à primis veſperis ſabbati præcedentis, in feria autem quarta Cinerum à media nocte illius feriæ, tenent Sanch. *dict. libro 7. diſputat.7. numero 2.* Molfeſ. *d. tract.4. cap.11. num.11.*

Contra Caualcan. *part.2. deciſ.12. de contract.* quæ eſt in ordine 58. *numero 19.* exiſtimantem incipere tempus Aduentus in hac prohibitione à media nocte, quæ eſt initium diei primæ Dominicæ Aduentus, vbi conſuetudo aliud non expoſuerit.

β *Diligenter obſeruari,* &c.] Contrarium facientes peccare mortaliter, ob id tamen non dirimi matrimonium, reſoluunt Matien. *d. gloſſ.1. numer.147.* Cened. *d. collect.22. num.2.* Sanchez *dict. diſputat.7. à num.3.* Aloyſ. Ricc. *in deciſion. Curiæ Archiep. Neapol. p.4. deciſion.8. num.3.* Ego ipſe *d. alleg.32. num.196.* refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.4. titul.15. l.1. de matrimon. num.10.* 3.

Pœna graui plectendum eſſe qui aduerſùs hoc præceptum illo vetito tempore fecerit, arbitraria tamen, cùm nulla in iure præſcripta ſit, reſoluunt Caiet. *in repet. cap. ad limina 30. quæſt.1. §.4. numero 550.* Fr. Emman. 4.

in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*in ſum.tom.1, capitulo* 241. *num*.4. Sanch. *d.libro* 7.*diſputat.* 7. *numero* 4. vbi *numero* 7. tenet non prohiberi eo tempore ſponſalia de futuro, & *numero* 8.reſoluit denunciationes matrimonio præmittendas, poſſe tunc fieri, de quibus omnibus nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in d.praxi rerum fori eccleſ. p.*4.*reſol.* 558. *cum ſeqq.*

Conſummare matrimonium antea contractum his temporibus prohibitum non eſſe, cùm iura loquantur de contractione, tenent Nauarr. *in man. capitulo* 22. *numero* 71. Sanchez *dict. diſputat.*7. *numero* 21. Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom.*2. *diſputat.*30. *dub.*3.*ad fin.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent.lib.*31.*numero* 189. Ego ipſe *d.alleg.*32. *num.*195.

Matrimonium de licentia Ordinarij poſſe his temporibus prohibitis ſine ſolemnitate celebrari, reſoluunt deciſumque referunt Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. matrimonium pag.*163. *col.*1. Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ. part.*2. *capitulo* 9. *numero* 57. Sanch. *dict. diſputat.*7. *numero* 12. Valer. Reginald. *d.libro* 31. *numero* 188. Ægid. de ConincK *dict. diſputat.* 30. *dub.*3. *num.* 36. Aloyſ. Ricc. *in deciſion.Curiæ Archiep. Neapol.deciſ.*8.*per tot.p.*4. Ego ipſe *d.alleg.*32. *num.*194.

# DE REFORMATIONE.

## *De iuſta, ac ſaluberrima electione Prælatorum, ac Cardinalium habenda.*

## CAPVT PRIMVM.

1 *Doctores de materia huius cap. agentes.*
2 *Gregorius XIV. quoad Prælatorum electionem renouauit, & in multis ampliauit huius cap. ordinationem.*
3 *Miſſa de Spiritu ſancto præmittenda eſt pro forma, & validitate electionis.*
4 *Electio pmouẽdorũ ad Epiſcopatus fieri debet ſub peccato mort. de digniore, & vtiliore Eccleſiæ.*
5 *Profeſſionem fidei emittunt prouiſi de monaſterijs, Conuentibus, domibus, &c.*
6 *Ea omnia & ſingula, quę de Epiſcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & cæteris qualitatibus conſtituta ſunt, in creatione S.R.E. Cardinalium, etiamſi Diaconi ſint, exigenda ſunt.*
7 *Ætas ad Cardinalatum eadem requiritur, quę deſideratur ad Epiſcopatum.*
8 *Legitimati per ſubſequens matrimonium non admittuntur ad Cardinalitiam dignitatem.*

SI in quibuſlibet Eccleſiæ gradibus prouidenter, ſcienterque curandum eſt, vt in Domini domo nihil ſit inordinatum, nihilque præpoſterum: multo magis elaborandum eſt, vt in electione eius qui ſupra omnes gradus conſtituitur, non erretur: nam tutius familię Domini ſtatus, & ordo mutabit, ſi, quod requiritur in corpore, non inueniatur in capite. Vnde, etſi [a] aliàs ſancta Synodus de promouendis ad cathedrales, & ſuperiores Eccleſias nõnulla vtiliter decreuit: hoc tamen munus huiuſmodi eſſe cenſet, vt, ſi pro rei magnitudine expendatur, nunquam ſatis cautum de eo videri poſſit. Itaque ſtatuit, vt cum primum Ecccleſia vacauerit, [α] *ſupplicationes, ac preces* publicè, priuatimque habeantur, atque à Capitulo per ciuitatem & diœceſim indicantur: quibus Clericus, populuſque bonum à Deo Paſtorem valeat impetrare. Omnes verò, & ſingulos, qui ad promotionem præficiendorum, quodcumque ijs, quacumque ratione, à Sede Apoſtolica habent aut alioquin operam ſuam præſtant, nihil in ijs pro præſenti temporum ratione innouando hortatur, & monet vt in primis meminerint, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem vtilius poſſe facere, quàm ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoueri ſtudeant: [β] *eoſque alienis peccatis communicantes* mortaliter peccare, [γ] *niſi quos digniores* & Eccleſiæ magis vtiles ipſi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curauerint, & quos ex legitimo matrimonio natos & vita, ætate, doctrina, atque alijs omnibus qualitatibus prædictos ſciant, [b] quæ iuxta ſacros Canones, & Tridentinæ huius Synodi decreta requiruntur. Quoniam verò in ſumendo de prædictis omnibus qualitatibus graui, idoneoque bonorum, & doctorum virorum teſtimonio, non vniformis ratio vbique ex nationum populorum, ac morum varietate poteſt adhiberi: mandat ſancta Synodus, vt in prouinciali Synodo; per Metropolitanum habenda, præſcribatur quibuſque locis, & prouincijs propria examinis, ſeu inquiſitionis, aut inſtructionis faciendæ forma, Sanctiſſimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eiſdem locis vtilis, atque opportuna eſſe videbitur: ita tamen, vt, cum deinde hoc examen, ſeu inquiſitio de perſona promouenda perfecta fuerit; [c] ea in inſtrumentum publicum redacta cum toto teſtimonio, [δ] *ac profeſſione fidei ab eo facta*, quamprimum ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem omnino tranſmittatur: vt ipſe Summus Pontifex, plena totius negotij, ac perſonarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo de illis, ſi idonei per examen, ſeu per inquiſitionem factam reperti fuerint, Eccleſijs poſſint vtilius prouidere, [ε] *omnes verò inquiſitiones*, informationes, teſtimonia ac probationes, quæcumque de promouendi qualitatibus, & Eccleſiæ ſtatu à quibuſcumque, etiam in Romana Curia, habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturus erit in Conſiſtorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipſa Cardinalis relatoris & trium Cardinalium ſubſcriptione roboretur: in qua ipſi ſinguli quatuor Cardinales affirment, ſe, adhibita accurata diligentia, inueniſſe promouendos qualitatibus à iure, & ab hac [d] ſancta Synodo requiſitis, præditos, ac certo exiſtimare ſub periculo ſalutis æternæ idoneos eſſe, qui Ec-

clesijs

[a] Sup. de reform. ſeſſ. 6. cap. 2. & 3. & ſeſſ. 22. c. 2.

[b] Cap. cùm in cunctis, & c. cum nobis olim, de electio. Concil. Lateran. ſub Leone X. de reform. Curiæ. in princ. ſeſſ. 9. cum allegat. ſup. ſeſſ. 22. de reform. c. 1.

[c] S.D.N. Pius IV. in Bulla ſuper forma iuramenti profeſſoris fidei.

[d] In dictis locis.

cleſijs præficiantur: ita vt relatione in vno Conſiſtorio facta quo maturius interea de ipſa inquiſitione cognoſci poſſit, in aliud Conſiſtorium iudicium differatur, niſi aliud Beatiſſimo Pontifici videbitur expedire. ζ *Ea verò omnia & ſingula*, quæ de Epiſcoporum præficiendorum vita, ætate, doctrina, & ceteris qualitatibus aliàs in eadem Synodo conſtituta ſunt; decernit eadem etiam in creatione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, etiamſi Diaconi ſint, exigenda, quos ſanctiſſimus Romanus Pontifex ex omnibus Chriſtianitatis nationibus, quantum commodè fieri poterit, prout idoneos repererit, aſſumet. Poſtremò eadem ſancta Synodus, tot grauiſſimis Eccleſiæ incommodis commota non poteſt non commemorare, nihil magis Eccleſiæ Dei eſſe neceſſarium, quàm vt Beatiſſimus Romanus Pontifex, quam ſolicitudinem vniuerſæ Eccleſiæ ex muneris ſui officio debet, eam hic potiſſimum impendat, vt lectiſſimos tantum ſibi Cardinales aſciſcat, & bonos maximè atque idoneos Paſtores ſingulis Eccleſijs præficiat, idque eo magis, quod ouium Chriſti ſanguinem, quæ ex malo negligentium, & ſui officij immemorum Paſtorum [e] regimine peribunt, Dominus noſter Ieſus Chriſtus de manibus eius ſit requiſiturus.

[e] Ezech. 3. & 18. Act 20. ſupr. ſeſſ. 6. de reformat. c. 1.

1. VIde Ludouic. Maretan. *in clypeo militantis Eccleſiæ libro 3. capitulo 19. cum ſeqq.* Nauarr. *in tractat. de orat. miſcel. 33. cum ſeqq. & miſcel. 42.* Mandoſ. *de ſignatura gratiæ in princip. verb. promiſiones*, Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſiaſt. parr. 1. capitulo 2. à princip.* Bellet. *diſquiſ. clerical. part. 1. titul. de diſcipl. clericali §. 4. num. 33.* Valer. Reginald. *in praxi fori penitent. libro 30. tractat. 3. numero 163.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 5. capitulo 4. numero 5. cum ſeqq.* Galganet. *de iure publico libro 3. titul. 8.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſt. tract. 2. quæſtione 37. & 38.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtit. 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Tridentin. innouatas, conſtitut. 2. numero 7. & 8. pag. 20.* metipſum *de officio, & poteſtate Epiſcopi part. 1. titul. 1. capitulo 5. à numero 4. & part. 2. allegat. 1.* latè *in meo tract. de iure Eccleſiaſt. libro 1. capitulo 9. de Epiſcopis, & eorum election. & ſuprà ſeſſ. 7. de reformat. capitulo 1. & ſeſſ. 22. etiam de reformat. capitulo 2.*

2. Huius capitulo ordinationem quoad Prælatorum electionem renouauit, & in multis ampliauit Gregorius XIV. *in eius conſtitut.* incip. *Onus Apoſtolicæ, ſub dat. Romæ 1. Maij 1591.* quam refert Quarant. *in ſumma Bullarij verb. electio*, Piaſec. *in praxi Epiſcop. in proœm. de elect. numero 2. pag. 10.* Et emanauit inſtructio particularis circa conficiendos proceſſus inquiſitionis ſuper qualitatibus eorum, qui promouendi ſunt ad regimina Cathedralium, aut aliorum ſuperiorum Eccleſiarum iuſſu S. D. N. Vrbani VIII. edita, quam tranſcripſi *dict. capitulo 9. de Epiſcop. & eorum election. in fine.*

3. α *Supplicationes, ac preces*, &c. ] Vide Stephanum VVeyms *citato loco numero 7.* Vnde pro forma, & validitate electionis præmittendam eſſe Miſſam de Spiritu ſancto, obſeruant citati per me *in collect. ad capitulo cùm Eccleſia Sutrina 3. de cauſa poſſeſ. numero 5.* quibus adde Franc. Emmanuel. *quæſtione Regul. tomo 2. quæſtione 52. articul. 1. verſic. & ſic videmus*, Caſtellin. *de elect. capitulo 3. numero 2. verſic. octauo*, Franc. Sigiſm. à Bononia *in ſimili tract. dub. 19.*

β *Eoſque alienis peccatis communicantes*, &c. ] Vide S. Leonem Papam *epiſt. 85.* relata *in capitulo miramur 61. diſtinct. 161. Quid eſt communicare peccatis alienis niſi talem effici ordinantem, qualis ille eſt, qui non meruit ordinari.* &c. refert Capatam *en el deſcurſo de la obligacion de los Prelados p. 2. concl. 2. num. 2.*

4. γ *Niſi quos digniores*, &c. ] Electionem promouendorum ad Epiſcopatus fieri debere ſub peccato mort. de digniore & vtiliore Eccleſiæ, per eos omnes, ad quos quacunque ratione id ſpectat, aut alioquin in hoc operam ſuam præſtant, tenet Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. eligere pag. 95. col. 2.* citati à Fr. Sigiſm. à Bononia *dict. tract. de elect. dub. 33.* Capatam *en el deſcurſo de la obligacion de los Prelados part. 2. concluſ. 1. per tot.*

5. δ *Ac profeſſione Fidei ab eo facta*, &c. ] Hanc præſentis decreti diſpoſitionem Pij IV. *in ſua conſtit. 114.* incip. *Iniunctum, ſub dat. Idib. Nouembris 1564.* extendit ad quoſcunque, qui de monaſterijs, Conuentibus, domibus, & alijs quibuſcunque locis Regularium quorumcunque Ordinum, etiam Militarium, quocunque nomine, vel titulo prouiderentur, & licèt Hieron. à Sorbo *in compend. priuileg. Mendicant. verb. profeſſio fidei*, cui ſuffragari videtur Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. libro 2. cap. 5.* dicat in vſu non eſſe, tamen contrarium probant Nauarr. *conſil. 2. de ſumm. Trinitat.* Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 2. quæſt. 72. artic. 1.* Antonin. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib. 1. cap. 13. num. 5.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. tom. 2. tractat. 1. cap. 4. in fine*, vbi quamuis referat quandam Religionum conſuetudinem non faciendi huiuſmodi profeſſionem, eam tamen improbat.

ε *Omnes verò inquiſitiones*, &c. ] Vide Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. libro 8. quæſtione 5. numero 10. cum ſeqq. & quæſt. 6. numer. 4.* vbi ſubdit idem tenendum in beneficijs conſiſtorialibus, cùm in eis vigeat eadem ratio.

ζ *Ea verò omnia, & ſingula*, &c. ] Vide Azor. *in- 6.*
*ſtitut. moral. part. 2. libro 6. capitulo 6.* Campan. *dict. capitulo 4. numero 5. & rub. 7. capitulo 6. numero 47.* Salzed. ad Bernard. *capitulo 25. littera A. in fine*, Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part. 1. cap. 2. num. 12.* metipſum *de iure Eccleſ. lib. 1. capitul. 4. de Cardinal. S. R. E. verſ. qui autem, & verſic. de qualitatibus.* Demum omnia circa ætatem, natalia, ſcientiam, vitam, & mores requiſita in eo, qui eſt Cardinalitia dignitate decorandus, ſtatuit Sixtus V. *conſtitut. ſua* incip. *Poſtquam verus, ſub dat. tertio Non. Decembris 1595.*

Ætatem igitur ad Cardinalatum requiſitam illam 7.
eſſe, quæ requiritur ad Epiſcopatum, videlicet triginta annorum, reſoluunt Hoied. *de incompatibil. benefic. part. 1. capitulo 24. numero 27.* Maiol. *de irregul. libro 1. capitulo 30.* Paleoth. *de conſult. ſacri Palatij part. 4. quæſtione 1. verſic. quoad ætatem*, Azor. *inſtitut. moral. part. 2. libro 6. capitulo 5. quæſtione 14.* Campan. *dict. rub. 7. capitulo 6. numero 47.* Maſsobri. *in ſua praxi habendi concurſum, requiſ. 10. dub. 11. numero 15. & ſeq.* Squilante *de priuileg. cleric. capitulo 4. ſub numero 77.* Nouarr. *in ſingul. Canonic. concl. 19.* niſi quod ex d. conſtit. Sixti V. in §. 6. in Diaconum Cardinalem aſſumi poteſt ſaltem qui in vigeſimo ſecundo ſuæ ætatis anno fuerit conſtitutus; qua etiam conſtitutione attenta ita ad hanc Cardinalitiam dignitatem deſiderantur ij, qui habent legitimos na-
tales, & ex legitimo nati ſunt matrimonio, vt nec etiam 8.
legitimati per ſubſequens matrimonium veniant admittendi, ſicut referunt Henriquez *in ſumma libro 11. capitulo 20. §. 2.* Sayr. *de cenſur. libro 6. capitulo 10. num. 13. & 14.* Bellet. *diſquiſit. clerical. part. 1. titul. de diſciplina cleric. §. 3. numero 22.* Campan. *in diuerſ. iuris Canonic. rub. 11. cap. 13. num. 128. in fine*, quos refero *in collect. ad cap. tanta, num. 25. qui filij ſint legitimi.*

*Concilia Prouincialia quolibet triennio fiant per ipſum Metropolitanum, aut, eo impedito, Coepiſcopum antiquiorem. Ad ea conueniant quicunque de iure, vel de conſuetudine intereſſe debent. Synodi diœceſanæ quotannis celebrentur, &c.*

## CAPVT II.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Concilia Prouincialia non obligant extra prouinciam.*
3 *Epiſcopi tenentur ad obſeruantiam decretorum Concilij Prouincialis.*
4 *Capituli Metropolitani Sede vacante ceſſat poteſtas celebrandi Concilium Prouinciale ac ſuffraganeos conuocandi.*
5 *Concilium Prouinciale quolibet triennio celebrandum.*
6 *Concilio Prouinciali intereſſe poteſt Epiſcopus electus, & confirmatus, quamuis nondum conſecratus.*
7 *Ordinarij habentes iuriſdictionem Epiſcopalem ad Concil. Prouinciale vocari debent.*
8 *Abbates habentes populum & territorium proprium, ac iuriſdictionem Epiſcopalem, vocari debent ad Concil. Prouinciale, ſicut Epiſcopi Comprouinciales.*
*Habent vocem deciſiuam. ibid.*
9 *Abbas non poteſt Synodum celebrare niſi habeat prouinciam.*
10 *Abbas populum non habens, etiam quòd exemptus non ſit, non tenetur accedere ad Synodum diœceſanam.*
11 *Capitulum Cathedralis Sede vacante tempore celebrationis Concil. Prouincialis debet ad illud de neceſſitate vocari.*
12 *Vocem conſultiuam in Concil. Prouincialibus dumtaxat habent Abbates Commendatarij, & Capitulorum deputati.*
13 *Præcedentia in Concil. Prouincialibus.*
14 *Præcedentia Capitulo Valuen. & non Sulmonen. debetur tam in Synodo, quàm in congregationibus, &c.*
15 *Suffraganei ad Metropolitanum extra Concilij Cõprouincialis celebrationem accedere non tenẽtur.*
16 *Electio Metropolitani ſemel facta ab Epiſcopo exempto vt ad eius Synodum Prouincialem conueniat, non poteſt poſtea mutari.*
17 *Synodus diœceſana ſæpius in anno celebrari poteſt vbi neceſſitas poſtularet.*
18 *Epiſcopus non celebrans Synodum quotamuis incurrit pęnas à iure ſtatutas.*
19 *Epiſcopi ſi iuſto aliquo impedimento detineantur quominus Synodum congregent, poſſunt illam per alios congregari.*
20 *Epiſcopus nondum conſecratus, ſi Bullas expediuit poteſt Synodum conuocare.*
21 *Vicarius generalis abſque ſpeciali mandato non poteſt Synodum celebrare.*
22 *Capitulum Sede vacante per Vicarium capitularem poteſt Synodum congregare.*
23 *Exempti omnes, qui aliàs ceſſante exemptione Synodo intereſſe deberent, nec Capitulis generalibus ſubduntur, ad eam accedere tenentur.*
24 *Abbates exempti, qui Synodo intereſſe debent, quo amictu, & ornamento vti debeant.*
25 *Regulares, qui ſubduntur Capitulis generalibus, non poſſunt cogi ab Epiſcopo ad intereſſendum Synodo.*
26 *Sacerdotes omnes animarum curam habentes ad Synodum dięceſanam venire debent.*
27 *Abbas Monachus non tenetur intereſſe Synodo dięceſanæ ſi deſeruire faciat per vicarium ſecularem curæ animarum imminenti ſuæ Eccleſiæ.*
28 *Rectores Parochialium nullius dięceſis tenentur accedere ad Synodum illius Epiſcopi, qui tanquam vicinior poteſt eos viſitare.*
29 *Votum deciſiuum in Synodo diœceſana habet ſolus Epiſcopus.*
30 *Pęna eorum, qui impedimento Canonico ceſſante non venerunt ad Concilium.*
31 *Epiſcopus in Synodo dięceſana poteſt conſtitutiones facere abſque conſenſu, & approbatione cleri.*
32 *Epiſcopus non tenetur ſequi conſilium Capituli in condendis ſtatutis in Synodo.*
33 *Epiſcopus non tenetur ciuitati exhibere conſtitutiones ſynodales.*
34 *Synodum Romam mittere non tenetur Epiſcopus.*
35 *Clericos, & laicos Epiſcopo ſubiectos ligant decreta Synodi dięceſanæ.*

PRouincialia Concilia, ſicubi omiſsa ſunt, pro moderandis moribus, corrigendis exceſſibus, controuerſijs componendis, [a] alijſque ex ſacris canonibus permiſſis renouentur. α *Quare Metropolitani* per ſe ipſos, ſeu, illis legitimè impeditis, Coepiſcopus antiquior intra annum ad minus à fine præſentis Concilij, & deinde [b] quolibet ſaltem triennio poſt octauam Paſchæ reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſeu alio commodiori tempore pro more prouinciæ non prætermittat Synodum in prouincia ſua cogere, β *quo Epiſcopi omnes*, & alij, qui de iure, vel conſuetudine intereſſe debent, exceptis ijs, quibus cum imminenti periculo transfretandum eſſet, conuenire omnino teneantur: γ *Nec Epiſcopi comprouinciales* prætextu cuiuſlibet conſuetudinis ad Metropolitanam Eccleſiam in poſterum accedere inuiti compellantur. Itidem Epiſcopi, qui nulli Archiepiſcopo ſubijciuntur, δ *aliquem vicinum Metropolitanum* ſemel eligant, in cuius Synodo prouinciali cum alijs intereſſe debeant, ε *& quæ ibi ordinata fuerint*, obſeruent, ac obſeruari faciant. In reliquis omnibus eorum exemptio, priuilegia ſalua, atque integra maneant. [c] ζ *Synodi quoque diœceſanæ* quot annis celebrentur, η *ad quas exempti etiam omnes*, qui aliàs, ceſſante exemptione, intereſſe deberent, θ *nec capitulis generalibus ſubduntur*, accedere teneantur, ι *ratione tamen Parochialium*, aut aliarum ſæcularium Eccleſiarũ, etiam annexarum, debeant ij, qui illarum curam gerunt, quicumque illi ſint, Synodo intereſſe. κ *Quòd ſi in his tam Metropolitani*, quàm Epiſcopi, & alij ſupraſcripti negligentes fuerint, pœnas, ſacris [d] canonibus ſancitas, incurrant.

a Cap. propter Eccleſiaſticas cũ ſeq. 18. diſt. c. ſicut olim de accuſat. Concil. Aurelian. 3. c 1.
b Concil. Lat. ſub Leone X. ſeſſ 10. in 2. Later. ſub Innoc. 3. exigebatur, vt ſingulis Metropolitanus annis viſitaret. cap. 6.
c Conc. Tarracon. c. 8.
d Diſt. 18. ferè per totum Conc. Aurel. 5. c. 18. Conc. Tarracon. cap. 7.

Vide

1. VIde Archiepiſ.Bonon.*part.3.pag.234.cum ſeqq.*Zerol. *in praxi Epiſcop.part.1.verb.Concilium*, Piaſec.*in ſimili praxi part.2. cap.2.pag.*109. Fr.Emman. *quæſt.regul. tom.3. quæſt.46.art.2. cum ſeqq.* Quarant. *in ſumma Bullarij verb. Concilium Prouinciale*, Azor. *inſtit.moral.part 2.libro 3.cap.*47.Galganet.*de iure publico lib.3.tit.*120.Franc.Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. part.1.cap.9.à numer.2.* Aloyſ. Ricc.*in collect. deciſ.collect.*1153.Eraſm.à Cochier.*de iuriſdict. Ordinarij in exemptos part.2. quæſtione 45 num.32.* Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.* 20.*num.69.verſ. quartum*, Vgolin.*de officio Epiſcopi cap.*48. Trullench *in Decalog. lib.4.cap.1.dub.1.n.4.*nouiſſimè Tamburin.*to.3.de iure Abbatum diſput.3.quæſt.11.num.77.*metipſum *in ſimili tract.part.3. allegat.93.* Et de Synodo Epiſcopi ſpeciales tractatus edidere Henric. Bottæus, Michael Thomaſius, & Ioannes Anton.Maſſobrius.

2. Concilia Prouincialia non obligant extra prouinciam, & extra illam non faciunt legem, & per approbationem quæ fit à S. Congregatione Concilij, non intelliguntur confirmata auctoritate Apoſt.ſed tantùm permiſſa, refert deciſum Sel.*in ſelectis Canonicis cap.25.num.3.*

3. Epiſcopi tenentur ad obſeruantiam decretorum Concilij Prouincialis, non obſtante lapſu decennij, quo non fuerunt obſeruata, refert deciſum Garc. *de beneſic. part.5.cap.4.num.*103.

α *Quare Metropolitani*, &c.] Vide Zerol. *d.verb.Concilium* §.7.Azor.*d cap.47.quæſt.5.*

4. Ceſſare hodie poteſtatem Capituli Metropolitani Sede vacante celebrandi Concilium Prouinciale, ac Suffraganeos conuocandi, aſſerit Quarant.*d.verb.Concilium Prouinciale ante num.3.* quod ante hoc decretum potuiſſe reſoluunt Pauin.*de poteſt.Capituli Sede vac. part.1. quæſtione 7.ſub num.3.*& Bottæ. *de Synodo Epiſcopi part.1. numero 43.*

5. Quodlibet ſaltem triennio. Vide Zerol. *d.verb.Concilium* §.2.Azor.*d.cap.47.q.6.*

6. β *Quo Epiſcopi omnes, & alij, qui de iure*, &c.] Epiſcopum nondum conſecratum, ſi ſit electus, & confirmatus, ac poſſeſſionem Epiſcopatus adeptus, poſſe intereſſe Concilio, ac proinde de neceſſitate ad illud eſſe vocandum, reſoluit Proſp.de Auguſtino *in addit. ad Quarant.in ſumm. Bullarij de verb.Concilium poſt.quæſt.6.*

7. Ordinarios habentes iuriſdictionem Epiſcopalem ad Concilium Prouinciale vocari debere, tenent Azor.*dict. cap.47.quæſ.2.* Proſp.de Auguſtino *citato loco.*

8. Abbates habentes populum, & territorium proprium, iuriſdictionemque Epiſcopalem exercentes intra ambitum ipſius prouinciæ ad Concilium Prouinciale vocari debere, ſicut Epiſcopos Comprouinciales, dicit Proſp. de Auguſtino *d. verb. Concilium poſt. quæſt.3.*aduertens cum Alphonſ.Aluarez Guerrero *in ſpeculo iuris Pontif.cap.51.§.2.fol.*208.huiuſmodi Abbates tanquam locorum ordinarios in Concilio Prouinciali habere vocem deciſiuam, & ampliat quòd teneantur ad Conciliũ Prouinciale accedere, etiamſi ab eorum ſententijs immediatè ad Sedem Apoſt. & non ad Archiepiſcopum appelletur, vide Aloyſ.Ricc. *in deciſ.curiæ Archiepiſ. Neapol. part.4.deciſ.*151.*num.4.*

9. Abbatem non poſſe Synodum celebrare, niſi habeat Prouinciam, firmant Sel. *dicto c.25. num.4.* atteſtans ſic fuiſſe reſolutum *ſub die* 17.*Auguſti* 1626.

10. Abbas populum non habens, etiam quod exemptus non ſit, non tenetur accedere ad Synodum diœceſanam, niſi aliqua cauſa rationabilis adeſſet, vel conſuetudo inualuiſſet, vt accederet, gloſſ. & Abb.*in cap.ſuper his, de maior.& obed.*refert deciſum Sel. *d.cap.25 num.5.*

11. Capitulum Cathedralis Sede vacante tempore celebrationis Concilij Prouinciales debere ad illud de neceſſitate vocari, & poſſe comparere per vicarium generalem cum ſpeciali mandato dandi vocem deciſiuam, docet Proſp.de Auguſtino *in addit.verb. Concilium Prouinciale, poſt quæſt.4.*vbi etiam refert deciſum, Capitula Collegiatarum quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem habentia ad Concilium Prouinciale eſſe vocanda, quod etiam teſtatur Sel.*d.c.25.n.6.*vbi refert ita fuiſſe deciſum *ſub die* 19. *Decembris* 1596.& Piaſec. *in praxi Epiſcop.p.2.cap.2.num.2.*

12. Vocem conſultiuam in Prouincialibus Cõcilijs dumtaxat habent Abbates Commendatarij,& Capitulorum deputati; procuratores verò Epiſcoporum poſſunt, ſi Concilio Prouinciali placuerit, & deciſiuam habere, refert deciſum Piaſec.*d.part.2.cap.2.num.3.ad 5.*

13. In Concilijs Prouincialibus præferendi ſunt Canonici Eccleſiarum Cathedralium quando capitulariter incedunt, Abbates benedicti, & qui vſum Mitræ habent, præcedunt Commendatarijs, poſt hos locum obtinent Dignitates, poſtea collocandi ſunt procuratores, refert deciſum Piaſec.*d.p.2.cap.2.num.3.ad 3.*

14. Præcedentia Capitulo Valuen. & non Sulmen. debetur tam in Synodo, quàm in congregationibus, proceſſionibus, alijſque ſimilibus actibus, ita Sel.*d.cap.25.num.*7.atteſtans ita fuiſſe deciſum *in Valuen.*16.*Aprilis* 1576.*&* 4.*Aprilis* 1601 *&* 20.*Martij* 1621.

De ordine in ſedendo vide Quarant.*d.verb. Concilium Prouinciale quæſt.*22.vbi additio.Franc.Leon.*in theſauro fori Eccleſ. part.1.cap.9. num.4.* vbi dicit quòd in ſeſſionibus primò Archiepiſcopus, ſecundò Epiſcopi, quilibet ſecũdùm tempus ordinationis ſuæ, tertiò Capitulum Cathedralis collegialiter incedens, vel ſedens, quartò Abbates habentes priuilegium Mitræ, & Baculi, quintò procuratores Epiſcoporum abſentium, ſextò procuratores Abbatum abſentium, ſeptimò Collegiatæ, octauò Plebani, ſiue Archipresbyteri, nonò Parochi ſedere, ſubſcribere, & alias prærogatiuas habere debent.

15. γ *Nec Epiſcopi Comprouinciales*, &c.] Suffraganeos ad Metropolitanum extra Concilij Comprouincialis celebrationem accedere non teneri, refert deciſum Zerol. *in praxi Epiſcop.part.1.verb.ſuffraganei pag.mihi* 318.

16. δ *Aliquem vicinum Metropolitanum*, &c.] Electionem Metropolitani ſemel factam ab Epiſcopo exempto vt ad eius Synodum Prouincialem conueniat, non poſſe poſtea mutari, ſed ſemper in futurum ad illam accedere teneri, eiuſque electionem ligare ſucceſſores, referunt deciſum Quarant.*dicto verb.Concilium Prouinciale, nu.2.quæſt.1.in fine*,Galet.*in margar.caſuum conſcientiæ.verb Epiſcopus pag.*100.*col.2.*Gauant.*in enchirid. Epiſcop. verb. Concilium Prouinciale, num.6.*

ε *Et quę ibi ordinata fuerint*, &c.] De modo in ſtatuendo, & pronuntiando, vide Quarant.*d.verb.Concilium Prouinciale, quæſt.27.cum ſeqq.*

17. ζ *Synodi quoque diœceſanę quotannis celebrentur*,&c.]Epiſcopus quilibet in ſua diœceſi ſemel in anno Synodum conuocare debet.Ita Sebaſt. Medices *de legibus part.1. q.*14.Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.3.q.47. fol.* 227. Moure *in examine Theolog. moralis part.4.cap.7.§.1.* Alzed.*de præcellentia Epiſcop. dign. part.2. cap.1.num.25.* Vbi verò neceſſitas poſtularet, ſępiùs in anno celebrari poſſe per *cap. de Concilis* 18.*diſt.* tenet Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap.48. num.3.* quem refero Ego ipſe *in ſimili tract.p.3.alleg.93.nu.2.in fine.*

18. Epiſcopum non celebrantem Synodum quotannis incurrere pœnas à iure ſtatutas, dicit Sel.*d.c.25. num.30.* atteſtans ſic fuiſſe reſolutum 26.*Iunij* 1621.Et quòd omittens celebrare ſine cauſa venit ſuſpendendus ab executione officij, tradit Gauant.*in enchirid.Epiſcop.verb.Synodus diœceſana, num.5.* vbi refert ita fuiſſe deciſum *ſub die* 27. *Martij* 1590.

19. Epiſcopi ſi iuſto aliquo impedimento detineantur quo minus Synodum congregent, poſſe illam per alios congregari, cùm hoc decretum indeterminatè loquatur, nec mandet ſpeciatim Epiſcopis, vt ipſimet Synodum congregent, reſoluit Piaſec.*d.part.2.cap.2.num.1.*& refert deciſum Vgolin.*d.cap.48.num.3.*

20. Epiſcopum nondum cõſecratum, ſi Bullas expediuit, poſſe Synodum conuocare, tradunt Maſſobr. *de Synodo Epiſcopi cap.2. dub.1.num.9.*Gauant.*d.verb. Synodus diœceſana, num.1.*

21. Vicarium generalem abſque ſpeciali mandato non poſſe Synodum celebrare, reſoluunt Henric. Bottæ.*in tract. de Synodo Epiſcopi part.2.num.2.* Rebuff.*in praxi tit. de forma vicariatus num.*151. Sbroz *de officio Vicarij lib.2. quæſt.46.num.1.* Azor.*inſtit.moral.part.2.lib.3.cap.45.quæſt.5.*Gauant. *dict. verb.Synodus diœceſana, num.3.*Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.3.alleg.54.numer.*103.Sel.*dict.cap.25. num.31.*

*num.*31. atteſtans ita fuiſſe reſolutum 11. *Auguſti* 1618.

22. Capitulum Sede vacante per Vicarium capitularem poſſe Synodum congregare, aſſerit deciſum Garc. *de benefic. part.*9. *cap.*2. *num.*8. quem refert Gauant. *d. verb. Synodus diœceſana, num.*2.

23. *n Ad quas exempti etiam omnes.* &c.] Exemptos omnes, qui alias ceſſante exemptione Synodo intereſſe deberent, nec Capitulis generalibus ſubduntur, ad eam accedere teneri, per hunc text. tradunt Vgolin. *dicto cap.*48. §.2. *num.*1. Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. ordin. in exemptos, part.*4. *quæſt.*19. Gauant. *d. verb. Synodus diœceſana, num.*11. Ego ipſe *d. p.*3. *alleg.*93. *num.*8.

24. Abbates exempti, qui intereſſe debent Synodo, quo amicto, & ornamento vti debeant, vide Boer. *de auctor. magni conſilij, part.* 1. *num.*13. Alzedo *de præcellent. Epiſcop. dign. part.*2. *cap.*1. *num.*31. *&* 32. Tamburin. *de iure Abbatum tom.*1. *diſput.*19. *quæſt.* 5. *in fine.* Et quando Abbas teneatur accedere ad Synodum? vide Bottæ. *de Synodo ex num.*4. Seraph. *deciſ.*10. Tamburin. *d. tom.*1. *diſputat.*24. *quæſt.*4. Mich. Ferrus *de præcedent. Eccleſiaſtic. quæſt.*1. *numer.*2.

25. *θ Nec Capitulis generalibus ſubduntur.*] Regulares, qui ſubduntur Capitulis generalibus, non poſſe cogi ab Epiſcopo ad intereſſendum Synodo, niſi tantùm in caſu expreſſo in hoc cap. refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.*2. *tit.*18. *l.*7. *de Relig. nu.*54.

26. *ι Ratione tamen Parochialium,* &c.] Omnes Sacerdotes animarum curam habentes ad diœceſanam Synodum venire debere, tenent Franc. Leo *d. cap.*9. *num.*13. Vgolin. *d. cap.*48. §. 1. *num.* 1. vbi dicit locum habere non ſolùm vbi ſeculares clerici ſunt, verùm etiam vbi Monachi, vel Regulares, Piaſec. *d. cap.* 2. *num.* 2. Ego ipſe *d. allegat.*93. *num.*5. Laurent. de Peirinis *in expoſit. conſtit.* 2. *Iulij II. pro ſuo Ordine Minorum num.* 64. *tom.* 1. Alzedo *d. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 28. Aſcan. Tamburin. *d. tom.* 1. *diſput.* 29. *quæſt.* 5. *num.* 4.

27. Synodo diœceſanæ intereſſe non tenetur Abbas Monachus, cuius Eccleſiæ, vel monaſterio imminet cura animarum, ſi illi deſeruire faciat per vicarium ſæcularem ab Epiſcopo approbatum, quia ſufficit mittere dictum vicarium cùm curam per ipſum exerceat, ita refert Sel. *d. cap.* 25. *n.* 32.

28. Rectores Parochialium nullius diœceſis teneri accedere ad Synodum illius Epiſcopi, qui tanquã vicinior poteſt eos viſitare, refert deciſum Franc. Leo *d. c.*9. *num.* 13. & reſoluunt Piaſec. *d. cap.*2. *num.* 2. *verſ. & non ſolùm,* Vgolin. *d.* §.1. *verſ. quarto,* Sel. *d. cap.* 25. *num.*33. vbi idẽ ait de clericis Abbatis nullius diœceſis. Laurent. de Peirinis *citato loco num.* 65. Tamburin. *d. quæſt.* 5. *n.*4.

Sayr. verò *in floribus deciſ. ſub tit. de officio iud. ordin. deciſ.* 11. ex doctrina Nauarr. *conſil.* 11. *eod. tit. in antiq.* aliàs *conſil.* 12. *de maior. & obed. in nouis,* ſic ait. Rectores Parochialium, quæ in nullius diœceſi ſunt, quamuis ab Epiſcopo, cuius cathedralis Ecleſia proximior eſt viſitari poſſint, ad Synodum tamen diœceſanam illius Epiſcopi accedere non tenentur, cùm lex ſuperioris, quatenus id commodè fieri poteſt, ſine præiudicio tertij intelligenda ſit, præſertim cùm aliud ſit ius viſitandi, & aliud ius vocandi ad Synodum, adeò vt ex conceſſione illius non inferatur conceſſio huius, à ſeparatis enim non fit illatio. Vnde & Archiepiſcopus licèt Eccleſias ſui ſuffraganei poſt viſitationem ſuæ propriæ diœceſis viſitare poſſit, earum tamen Doctores ad Synodũ ſuam particularem vocare non poteſt, neque enim verba Cõcilij aptantur vocationi ad Synodum, & diſpoſitio non includit eos, quibus verba ſua non aptãtur. Hactenus Sayr. *cit. loc.*

Votum deciſiuum in Synodo diœceſana habet ſolùm Epiſcopus, Canonici autem illud non habent in Synodo, niſi in caſibus a iure expreſſis, vel ex priuilegio, aut conſuetudine, & tunc computantur pro vno voto tantùm, ſcilicet Capituli, ita Sel. *d. cap.*25. *num.*34. vbi refert deciſum *ſub die* 13. *Ianuarij* 1594. 29.

*κ Quòd ſi in his tam Metropolitani,* &c.] De pęna eorum, qui impedimento canonico ceſſante non venerunt ad Concilium, vide Iacobat. *de Concil. lib.*1. *art.*5. *in princip. pag.*111. *cum ſeqq.* Quarant. *d. verb. Concilium Prouinciale, quæſt.*18. 30.

Epiſcopum in Synodo diœceſana poſſe conſtitutiones facere abſq; conſenſu, & approbatione Cleri, illumque debere exquirere conſilium Capituli, licèt illud ſequi non teneatur, niſi in quibuſdam caſibus à iure expreſſis, refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.*1. *tit.*18. *l.*7. *de Epiſcopis, num.*65. & Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.*2. *cap.*1. *num.* 8. 31.

Epiſcopum non teneri ſequi conſilium Capituli in condendis ſtatutis in Synodo, niſi in caſibus à iure expreſſis; tradit Sel. *d. cap.*25. *num.*38. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 5. *Iunij* 1627. 32.

Epiſcopum non teneri ciuitatis exhibere conſtitutiones ſynodales priuſquam imprimantur, & poſtquam publicatæ fuerint, tunc ciuitatem reclamare & aggrauia proponere poſſe, tenent Sel. *d. cap.*25. *num.*39. vbi refert ſic decidiſſe S. Congreg. Epiſc. & Regul. *in ciuitatis Caſtelli* 14. *Aprilis* 1615. *ad* 15. 33.

Nec teneri Epiſcopum Synodum Romam mittere, aſſerunt Piaſec. *d. p.*2. *cap.*2. *num.*12. Gauant. *d. verb. Synodus diœceſana num.*67. 34.

Clericos, & laicos Epiſcopo ſubiectos ligare decreta Synodi diœceſanæ, reſoluunt Maſſobr. *de Synodo Epiſcopi cap.*4. *dub.*77. *&* 78. Gauant. *d. verb. Synodus diœceſana numer.*65. 35.

De ſtatutis in Synodo diœceſana ab Epiſcopo faciendis, vide Piaſec. *d. c.*2. *num.*7. metipſum *d. part.*3. *alleg.*93. *num.*29. *cum ſeqq.*

---

*Viſitationem ſuæ diœceſis faciant Epiſcopi, & alij Superiores, eamque abſoluant intra biennium, necnon caueant ab inutilibus ſumptibus, exceptis procurationibus, & victualibus.*

## CAPVT III.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Viſitatio generalis ſpectat ad Epiſcopum.*
3 *Vicarius generalis non habet ius viſitandi niſi ſpecialiter ei committat Epiſcopus.*
4 *Poteſtas Epiſcopis conceſſa viſitandi Eccleſias Epiſcopatui ſubiectas tranſit in Capitulum Sede vacante.*
5 *Capitulum Sede vacante poteſt diœceſim viſitare poſt lapſum anni à die vltimæ viſitationis per Epiſcopum factæ.*
6 *Capitulum poteſt viſitare omnia loca, quæ poterat viſitare Epiſcopus.*
7 *Monialium cœnobia exempta viſitare non poteſt Capitulum Sede vac.*
8 *Capitulum Sede vacante quando poſſit diœceſim viſitare.*
9 *Archidiaconi, Decani, Archipresbyteri, & alij inferiores viſitandi ius habent ſi id longa conſuetudine præſcripſerint.*
10 *Epiſcopus poteſt præſtituere terminum Archidiacono ad viſitationem expediendam.*
11 *Edicta proponere non licet Epiſcopo viſitationem aggredienti, quibus ſubditi iubeantur crimina detegere.*

12 *Epiſco-*

12 *Epiſcopo non licet ad detegenda viſitatorum peccata per edicta publica monere homines ſub excommunicationis pœna ad reuelandum.*

13 *Iuramentum à viſitatis non debet Epiſcopus exigere in viſitatione.*

14 *Capitulum Superſtite adhuc Epiſcopo ex præſcriptione vel priuilegio viſitandi ius habere poteſt.*

15 *Epiſcopus licet poſſit iterum viſitare Eccleſias viſitatas ab inferioribus, non poteſt iterum punire punitos ab eis.*

16 *Viſitare non licet Epiſcopis Altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura perſonarum ſecularium.*

17 *Viſitantes non debent inutilibus ſumptibus viſitatos grauare, exceptis tantùm victualibus, &c.*

18 *Epiſcopus non poteſt quicquam ab eis, qui viſitantur pro decretis, &c. accipere.*

19 *Epiſcopus re ipſa non viſitans nihil procurationis cauſa exigere poteſt.*

20 *Epiſcopus exiens per villas, & oppida, vt ſacramentum Confirmationis tantum conferat, à nemine eſt procurandus.*

21 *Epiſcopus, aut alius viſitator non poteſt procurationem accipere ab hoſpitalibus, & alijs locis leproſorum, &c.*

22 *Procurationem à pauperibus clericis exigere non debet Epiſcopus.*

23 *Procuratio non debetur Epiſcopo viſitanti Eccleſias Parochiales vnitas, & dependentes à Religione Hieroſolymitana.*

24 *Procuratio ſoluenda eſt Epiſcopo viſitanti beneficium à Cardinale poſſeſſum.*

25 *Notarius quando à viſitatis aliquid accipere valeat.*

26 *Munera qualiacunque non poteſt Epiſcopus à viſitatis ratione viſitationis etiam comeſtibilia vt ſecum aſportet, accipere.*

27 *Victualia accipere poteſt Epiſcopus viſitans.*

28 *Victualium appellatione quid veniat.*

29 *Victualia debent eſſe moderata.*

30 *Equorum vecturę nō veniunt nomine victualium.*

31 *Procuratio nulla debetur Epiſcopo viſitanti clerum ciuitatis vbi ſita eſt Cathedra.*

32 *Epiſcopus viſitans vna die duas Parochias, vnam tantùm procurationem habere debet.*

33 *Procurationem pecunia redimere liberum eſt viſitatis.*

34 *Viſitator non poteſt in pecunia taxare id, quod per victum ſibi neceſſarium contingebat.*

35 *Vbi fuerit conſuetudo vt nec victualia, nec quicquam à viſitatoribus accipiatur, illa ſeruāda eſt.*

36 *Conſuetudo circa exactionem in viſitatione ex relictis pijs eſt ſeruanda.*

37 *Epiſcopus, & quiſquam ſuorum nihil muneris accipere poteſt ab Eccleſijs in viſitatione præter procurationem.*

38 *Cathedraticum non cenſetur ſublatum ſub hac prohibitione.*

39 *Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani, ſiue eorum vicarij in Parochialibus Religioni vnitis non tenentur ad ſolutionem Cathedratici.*

40 *Viſitator ratione officij ſui aliquid malè accipiens ipſo iure ſuſpenſionem incurrit.*

41 *Tempus præfixum ad viſitanda limina Apoſtolorum incipit à die publicationis conſtitut. Sixti V.*

42 *Presbyter diœceſanus non exiſtens de Capitulo Cathedralis, non admittitur ad viſitanda limina.*

43 *Nec manens in curia.*

44 *Coadiutus Epiſcopus, & non coadiutor tenetur viſitare limina Apoſtolorum.*

45 *Regularis nullus etiam Epiſcopi commenſalis admittitur ad viſitanda limina.*

α PAtriarchæ, [a] Primates, Metropolitani, β *& Epiſcopi propriam diœceſim* per ſe ipſos, aut ſi legitime impediti fuerint γ *per ſuum generalem Vicarium*, Viſitatorem, ſi quotannis totam propter eius latitudinem viſitare non poterunt, ſaltem maiorem eius partem, ita tamen, vt tota biennio per ſe, vel Viſitatores ſuos compleatur, viſitare non prætermittant. δ *A Metropolitanis verò*, etiam poſt plenè viſitatam propriam diœceſim, non viſitentur cathedrales Eccleſiæ, neque diœceſes ſuorum comprouincialium, niſi cauſa cognita, & probata in Concilio prouinciali. ε *Archidiaconi autem, Decani*, & alij inferiores in ijs Eccleſijs, vbi hactenus viſitationem exercere legitimè conſueuerunt, debeant quidem ζ *aſſumpto notario*, de conſenſu Epiſcopi deinceps per ſeipſos tantum ibidem viſitare, η *Viſitatores etiam, à Capitulo* deputandi, vbi Capitulum ius viſitandi habet, prius ab Epiſcopo approbentur, θ *ſed non ideo Epiſcopus*, vel, eo impedito, eius Viſitator eaſdem Eccleſias ſeorſum ab his viſitare prohibeatur, cui ipſi Archidiaconi, vel alij inferiores viſitationis factæ infra menſem rationem reddere, & depoſitiones teſtium, ac integra acta ei exhibere teneantur, non obſtantibus quacumque conſuetudine etiam immemorabili, atque exemptionibus, & priuilegijs quibuſcumque. Viſitationum autem omnium iſtarum [b] præcipuus ſit ſcopus, ſanam orthodoxamque doctrinam, expulſis hæreſibus, inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere, cætera prout locus, tempus, & occaſio feret, ex viſitantium prudentia ad fidelium fructum conſtituere. Quæ vt facilius, feliciuſque ſuccedant, monentur prædicti omnes, & ſinguli, ad quos viſitatio ſpectat, vt paterna charitate, Chriſtianoque zelo omnes amplectantur, ideoque modeſto contenti equitatu famulatuque ſtudeant quam celerrimè, debita tamen cum diligentia, viſitationem [c] ipſam abſoluere. ι *Interimque caueant*, ne inutilibus ſumptibus cuiquam graues, oneroſiue ſint, κ *neve ipſi, aut quiſquam ſuorum quidquam procurationis* cauſa pro viſitatione, etiam teſtamentorum ad pios vſus, præter id, quod ex relictis pijs iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, λ *nec munus quodcumque ſit*, etiam qualitercumque offeratur, accipiantur, non obſtante quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, μ *exceptis tamen victualibus*, quæ ſibi ac ſuis frugaliter, moderateque ν *pro temporis tantùm neceſſitate*, & non vltra, erunt miniſtranda. ξ *Sit tamen in optione eo-*

[a] Concil. Tolet. 4. cap. 35.

[b] Cap. 1. §. ſane de cēſi. in 6. §. Florentinum 85. diſt.

[c] Concil. Braccaren. 2. c. 2. Concil. Ticinen. verſ. ſtatuimus etiam ne Epiſcopi cap. cauendum & cap. inter cætera 10. q. 3. & c. cū Apoſtolus, de cēſib.

*rum*, qui viſitantur, ſi malint ſoluere, id quod erat ab ipſis ante ſolui, certa pecunia taxata, conſuetum, an verò prædicta victualia ſubminiſtrare, ſaluo item iure conuentionum antiquarum cum monaſteriis, aliiſve piis locis, aut Eccleſiis non Parochialibus inito, quod illæſum permaneat. ο *In iis verò locis, ſeu prouinciis*, vbi conſuetudo eſt, vt nec victualia, nec pecunia, nec quidquam aliud à Viſitatoribus accipiatur, ſed omnia gratis fiant, ibi id obſeruetur: π *Quod ſi quiſquam*, quod abſit, aliquid amplius in ſupradictis omnibus caſibus accipere præſumpſerit, ρ *is præter dupli reſtitutionem*, intra menſem faciendam, aliis etiam pœnis iuxta Conſtitutionem Concilii generalis Lugdunenſis, quæ incipit, [d] Exigit, σ *necnon & aliis pœnis* in Synodo prouinciali, arbitrio Synodi, abſque vlla ſpe veniæ, mulctetur. τ *Patroni verò* in iis, quæ ad Sacramentorum adminiſtrationem ſpectant, nullatenus ſe præſumant ingerere, neque viſitationi ornamentorum Eccleſiæ, aut bonorum ſtabilium, ſeu fabricarum prouentibus immiſceant, niſi quatenus id eis ex inſtitutione, ac fundatione competat, ſed Epiſcopi ipſi hæc faciant, υ *& fabricarum redditus* in vſus Eccleſiæ neceſſarios, & vtiles, prout ſibi expedire magis viſum fuerit, expendi curent.

d Sexti decret. lib. 3. de cenſibus tit. 20. cap. 2.

1. VIde Archiep. Bononien. *part. 4. ſub tit. de viſitat. pag. 243. cum ſeqq.* Cuch. *inſtit. maior. tit. de viſitatione per Prælatos facienda*. Sbroz. *de officio vicarij, lib. 2. q. 120.* Alouſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſ. deciſ. 612. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 536. in 2. edit.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. lib. 3. c. 40. à princ.* Marc. Anton. Genuenſ. *in man. Prælat. c. 34. & 35.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 20. nu. 69. verſ. quintum*, Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2. verb. viſitatio.* Piaſec. *in ſimili praxi, p. 2. cap. 3.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 6. de viſitat.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, c. 49.* Galganet. *de iure publico, lib. 5. tit. 121.* Aldan. *in compendio Canon. reſolut. lib. 2. tit. 16. à num. 3.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas conſtit. 17. pag. 183. cum ſeqq.* vbi dicit innouari *cap. exigit de cenſibus lib. 16.* per decretum Concilij in præſenti & vnum ac alterum multipliciter declarat. Trullench *in Decalog. lib. 4. cap. 1. dub. 8. num. 4.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 3. alleg. 73.*

α *Patriarcha.*] De Patriarchis in genere, & de eorum præcedentijs, poteſtate, & priuilegijs, egi latè *d. tract. de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 1. tit. 3. cap. 1. & de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 6.*

2. β *Et Epiſcopi propriam diœceſim*, &c.] Viſitationem generalem ſpectare ad Epiſcopum cenſuit Rot. *deciſion. 160. num. 2. p. 1. recent.* & notat Stephan. VVeyms *d. conſtit. 17. nu. 1. pag. 190.* id procedere, etiamſi in ipſa fundatione viſitandi facultas alicui alteri inferiori Prælato fuerit conceſſa, quia inde non intelligitur adempta ſua poteſtas ex diſpoſitione Concilij ipſi competens, ſed faciẽda eſt interpretatio vt cumulatiuè cenſeatur Epiſcopo data poteſtas, non priuatiuè.

3. γ *Per ſuum generalem Vicarium*, &c.] Vicarium generalẽ hoc ius viſitandi non habere, niſi ſpecialiter ei committat Epiſcopus, reſoluunt Rebuff. *in praxi beneſ. tit. de forma vicariatus nu. 100. & 101.* Sbroz *de vicario Epiſc. lib. 2. q. 102. nu. 2.* Paul. Fuſc. *de viſit. li. 1. c. 2. nu. 18.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. li. 3. c. 45. q. 4.* Vgolin. *de poteſt. Epiſc. c. 4. § 7. verſ. tertiò nec viſitare*, Narbona *de appellat. à Vicario ad Epiſcopum p. 1. numer. 224.* Ego ipſe *d. alleg. 73. num. 28.*

4. Poteſtatem Epiſcopis conceſſam viſitandi Eccleſias Epiſcopatui ſubiectas tranſire in Capitulum Sede vacante, tenent Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, verſic. quibus ſic prælibatis.* Azor. *dict. libro 3. cap. 37. quæſt. 14.* Alouſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſion. 609. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 533. in 2. edit.* vbi aſſerit procedere etiam quando Sedes Epiſcopalis quaſi vacat, veluti Epiſcopo ab hoſtibus, vel pagano capto, refero Ego ipſe *d. alleg. 73. num. 24. & 25.* Lotter. *de re beneſic. lib. 2. q. 2. num. 44.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. cap. 44. num. 11.* Rota *deciſ. 346. num. 2.* apud Farinac. *p. 1. recentior. & deciſ. 166. num. 2. p. 1. recentiſſim. in poſthum.*

5. Capitulum Sede vacante poſt lapſum anni à die vltimæ viſitationis per Epiſcopum factæ poteſt viſitare diœceſim tempore triennij non expectato, licèt dicatur Epiſcopum conſueuiſſe viſitare ſingulis triennijs, vt per Aldan. *d. tit. 16. nu. 5.* vbi atteſtatur deciſum *in Pampilonen. 3. Februarij 1629. & 10. Decembris eiuſdem anni.*

6. Capitulum poteſt viſitare omnia loca, quæ poterat viſitare Epiſcopus, idem Aldan. *d. tit. 16. nu. 6.* atteſtans ita fuiſſe reſolutum *in Pampilonen. 13. Aprilis 1630.*

7. Non poſſe tamen viſitare Monialium cœnobia exempta, quæ alioquin poteſt Epiſcopus viſitare vti delegatus Sedis Apoſt. reſoluũt Azor. *d. c. 37. q. 5.* Nicol. Garc. *de beneſ. p. 5. c. 7. nu. 45.* Fr. Leo *d. p. 1. c. 10. nu. 8. verſ. decimo.* Marcel. Vulpe *d. praxi c. 44. nu. 11.* optimè Molin. *d. tract. 5. diſput. 11. num. 8.*

8. Capitulum Sede vacante tunc demũ poteſt diœceſim viſitare, quãdo lapſus eſt annus à poſtrema Antiſtitis viſitatione, nec de proximo Eccleſia eſt de Paſtore prouidenda; in ipſa verò viſitatione circa famulatum, equitatũ, & alia, forma huius cap. eſt præcisè obſeruanda, Aldan. *d. tit. 16. nu. 7.* vbi refert ita fuiſſe reſolutum *in Liman. 10. Maij 1629.*

δ *A Metropolitanis verò*, &c.] Metropolitani an & quando diœceſes ſuorum Comprouincialium Epiſcoporum viſitare poſſint? vide Steph. VVeyms *d. conſt. 17. numer. 7. pag. 191.*

ε *Archidiaconi autẽ Decani*, &c.] Archidiaconos, Decanos, Archypresbyteros, & alios inferiores viſitandi ius habere ſi id longa conſuetudine præſcripſerint, tenent Felician. Comen. *in man. viſit. lib. 1. tit. 3. verſ. Archidiaconi*, Paul. Fuſc. *d. c. 2. n. 14.* Azor. *d. c. 40. q. 7. 8. & 9.* Sbroz. *d. q. 120. nu. 10.* Flores de Mena *var. lib. 3. q. 24. nu. 23.* Ego ipſe *d. alleg. 73. nu. 22.* Stephan. VVeyms *d. conſt. 17. num. 2. pag. 190.*

10. Et poſſe ipſum Epiſcopum præſtituere terminum Archidiacono ad viſitationem expediẽdam, & præſcribere comitatum, & equitatum ne oneri ſit Eccleſijs, quas viſitauerit, refert deciſum Piaſec. *d. c. 3. nu. 62. pag. 213.* citatus per me *d. alleg. 73. nu. 39.*

11. Edicta proponere non licet Epiſcopo viſitationem aggredienti, quibus ſubditis iubeantur crimina detegere, multoque minus propoſita pœna excommunicationis, vt per Sel. *in ſelect. canon. c. 31. nu. 10.* vbi refert deciſum *ſub die 2. Ianuarij 1601.*

ζ *Aſſumpto notario de conſenſu Epiſcopi.*] Locum non habere in Abbate ſeculari refert deciſum Armendar. *d. tit. 6. de viſitat. num. 109.*

12. Inquiſitio, quę præparatoria vocatur, quando fit in viſitatione, non licet Epiſcopo ad detegenda viſitatorum peccata per edicta publica monere homines ſub excõmunicationis pęna ad reuelandum, neque in ea exigere iuramentũ à viſitatis, refert deciſum Piaſec. *p. 1. c. 3. n. 60.*

13. Iuramentum à viſitatis non debet Epiſcopus exigere in viſitatione, neque procedere ad capturam, neque mãdare quòd detur copia teſtium, refert deciſum Aldan. *d. tit. 16. num. 7.*

14. η *Viſitatores etiam à Capitulo*, &c.] Capitulum ſuperſtite adhuc Epiſcopo ex præſcriptione, vel priuilegio viſitandi ius habere poſſe, tradit Azor. *d. c. 40. q. 8.* quem refero *d. alleg. 73. nu. 26.* D. Felician. de Vega *in relect. ad cap. cùm contingat, de foro compet. nu. 14.* Et tunc viſitatores à Capitulo deputatos debere eſſe ab Ordinario approbatos, probat hoc decretum, quod locum habere etiam vbi ſoli Capitulo abſque Epiſcopo competit ius viſitandi refert deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſc. nu. 110.* Steph. VVeyms *d. loco n. 4.*

15. θ *Sed non ideo Epiſcopus*, &c.] Licèt Epiſcopus poſſit iterum viſitare Eccleſias viſitatas ab inferioribus, vt text. habet, non poſſe tamen iterum punire punitos ab eis, neque ab illis abſolutos cogere ad innocẽtiam ſuam demonſtrandam, refert deciſum Armendar. *d. l. 7. de Epiſcopis num. 111.*

Vi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

16 Viſitare non licet Epiſcopis in vim conſtitutionis
Gregor. X V. de exemptorum priuilegijs Altaria Ec-
cleſiarum Regularium, quibus non incumbit anima-
rum cura perſonarum ſecularium, nec loca vbi in eiſ-
dem Eccleſijs aſſeruatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sa-
cramentum, vel vbi confeſſiones perſonarum ſecula-
rium audiuntur, ita Aldan. *tit.16. num.8.* vbi dicit reſo-
lutum *de anno 1623.*

17. *ι Interimque caueant, &c.* ] Vide Nauarr. *conſil.1. in
vtraque edit. & conſil.11. in antiq.* aliàs *conſil.12. in nouis, de
cenſib.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.1. & 11.* Ze-
rol. *dict. verb. viſitatio, §.1.* Stephan. Gratian. *diſcept. fo-
renſ. c.57. num.16. cum ſeqq.* Vgolin. *de offic. Epiſc. c.49.§.3.*

18. Non poſſe Epiſcopum quicquam ab eis, qui viſitan-
tur, pro decretis, & ordinationibus ſpectantibus ad viſi-
tationem pro rogitu, ſeu ſcriptura, laboreve ſuo perci-
pere, refert deciſum Armendar. *tit.6. num.116.*

19. *κ Néve ipſi, aut quiſquam ſuorum quicquam procuratio-
nis, &c.* ] Epiſcopum re ipſa non viſitantem nihil pro-
curationis cauſa exigere poſſe, refert deciſum Armen-
dar. *d. tit.6. de viſitat. num.117.* Et non poſſe viſitatores,
nec quemquam ſuorum, ab his, qui viſitantur, pro de-
cretis, & ordinationibus ad viſitationem ſpectantibus,
pro ſcriptura ſcilicet illorum, nec pro labore aliquid re-
cipere per hunc text. tenet Narbona *l.33. gloſſ. vnica, num.
9. tit.25. lib.4. Recopil.* vbi *num.9.* dicit quòd cùm Con-
cilium in præſenti non loquatur expreſsè de notarijs, cir-
ca eos non videtur illud decretum obſeruandum, imò
potiùs ſubdit notarios nullum ſalarium habentes pro la-
bore ſcripturarum, actorum, vel decretorum, non ſecus
ac pro litteris ordinatorum aliquid recipere poſſe pro
ſcripturis, ſiue inſtrumentis in viſitatione confectis, &
citat Socin. *de viſitat. limit.11. q.4. num.34. verſ. & hoc ve-
rum.* Annib. Roch. *in tract. de viſit. ſuper verb. gratis, verſ.
quæro an Notarius, pag.217. & verb. miniſtriſque familiaribus
tuis, verſ. quæro an miniſtris, pag.308. col.2.*

20. Epiſcopum exeuntem per villas, & oppida, vt ſacra-
mentum Confirmationis tantùm conferat, à nemine
eſſe procurandum refert deciſum Armendar. *dict. tit.6.
de Viſitat. num.123.* & reſoluit Paul. Solod. *in praxi de
Viſitat. part.1. cap.5. in med.* quem refero Ego ipſe *d. allegat.
73. num.53.*

21. Epiſcopum, aut alium viſitatorem non poſſe procu-
rationem accipere ab hoſpitalibus, & alijs locis lepro-
ſorum, domorum Dei, pauperum, & infirmorum, nec
ab Eccleſia paupere, ſed debere gratis viſitare, refe-
runt deciſum Marc. Anton. Genuenſ. *dict. cap.35. num.
9. verſic. nono,* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.2. verb. viſitatio,
§.2. dub.7.* Piaſec. *in ſimili praxi p.2. c.3. in fine,* Fr. Leo *in the-
ſauro fori Eccleſ. p.2. c.16. à nu.41.* Bellet. *diſquiſ. cleric. p.1. tit.
de clerico, debitore §.11. num.10.* Ego ipſe *d. alleg.73. num.50.*

22. Epiſcopum à pauperibus clericis procurationem exi-
gere non debere, tradunt Surd. *de aliment. tit.4. q.22. num.
6.* Bellet. *d.§.11. num.8.* Ego ipſe *d. alleg.73. num.51. & 52.*
me citato *in illo loco* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ.
tract.11. cap.12. quæſt.17. reſolut.2.*

23. Procuratio non debetur Epiſcopo viſitanti Eccleſias
Parochiales vnitas, & dependentes à Religione Hiero-
ſolymitana à vicarijs earundem Eccleſiarum, vt per Al-
dan. *d. tit.16. num.9.* vbi atteſtatur ita fuiſſe deciſum *in
☞ Auguſtana 14. Decembris 1630.*

24. Procuratio ſoluenda eſt Epiſcopo viſitanti benefi-
cium à Cardinale poſſeſſum, quia eſt onus reale ſuper
beneficio, non perſonale ſuper perſona Cardinalis Al-
dan. *d. tit.16. num.10.* vbi refert ſic fuiſſe reſolutum *in
☞ Neritonen. 13. Septembris 1631.*

25. Notarius quando à viſitatis aliquid accipere valeat,
vide Nauarr. *conſ.1. de cenſib. in vtraque edit.* Zerol. *d. verb.
viſitatio §.6. dub.4.* Piaſec. *d. cap.3. num.63. verſ. neque Can-
cellarius,* Ego ipſe *d. alleg.73. num.42.*

26. *λ Nec munus quodcunque ſit, &c.* ]Munera qualiacunque
non poſſe Epiſcopum à viſitatis ratione viſitationis, etiã
comeſtibilia, vt ſecum aſportet, accipere, tenent Pia-
ſec. *dict. cap.3. num.73.* Marc. Anton. Genuenſ. *dict. cap.35.
num.7.* vbi *num.6.* aduertit quòd nec fragmenta notabi-
lia ad domum portare poteſt pro erogando pauperibus,
*Barboſ. Collect. in Concil. Trid.*

ſed teneri *illis* diſtribuere, qui ſunt in illo loco, quem vi-
ſitat, & *num.5.* dicit quòd Epiſcopus etiam finita viſita-
tione dum diſcedit à locis viſitatis, recipere non poteſt
munera.

*μ Exceptis tamen victualibus, &c.* ] Vide Zerol. *in praxi* 27.
*Epiſcop. part.2. verb. viſitatio § 6.* Piaſec. *dict. cap.3. à num.62.*
Bellet. *d. tit. de clerico debitore §.11. à princ.* metipſum *d. al-
leg.73. à num.57.* latè Steph. VVeyms *d. conſtit. 17. num.
22. pag.197.*

Victualium expenſarum appellatione comprehendi 28.
illas, quæ conſiſtunt in victu, non autem illas, quæ con-
cernunt alia neceſſaria perſonæ, dicit Zerol. *d.§.6. dub.1.*
quem refero *d. num.57.* Steph. VVeyms *d. conſtit.17. num.
24. pag.198.*

Debere eſſe moderata ſecundùm facultatem Eccle- 29.
ſiæ, non autem indebitè grauandum clericum per plura
iura reſoluit Bellet. *d.§.11. num.6.* ad illum tantùm diem,
quo viſitat Epiſcopus pro ipſo, & ſuo moderato comi-
tatu, tradit Piaſec. *d. cap.3. num.64. in princ.*

Equorum autem vecturas nõ venire nomine victua- 30.
lium, ac proinde illas præſtandas non eſſe, docent Ze-
rol. *d. §.6. dub.3.* Piaſec. *d. cap.3. numer.63. in fine,* Marc.
Anton. Genuenſ. *dict. cap.35. numer.9. in fine, & 10.* Bellet.
*dict. §.11. numer.4.* niſi viſitator eſſet Prælatus à ſum-
mo Pont. delegatus, tunc ei deberi mercedes equo-
rum, & viaticum, vt de loco ad locum tranſire com-
modè poſſit, per gloſſ. *verb. ſi voluerint, in Clem. 2. de
cenſib.* tenet. Azor. *d. cap.42. quæſt.8.* quem refero *d. alle-
gat.73. num. vlt.*

*ν Pro temporis tantùm neceſſitate, &c.* ] Vnde Epiſcopo 31.
viſitanti Clerum ciuitatis, vbi ſita eſt Cathedra, pro-
curationem nullam deberi, colligunt Marc. Anton.
Genuenſ. *d. cap.35. num.9.* Piaſec. *d. c.3. num.65.* Ego ip-
ſe *d. alleg.73. num.46.*

Contra Surd. *de aliment. tit.4. quæſt.22. numer.9.* Azor.
*d. cap.42. quæſt.4.* Bellet. *d. §.11. num.2. & 3.* exiſtimantes
etiam hoc caſu procurationem deberi.

Hinc etiam ſi Epiſcopus vna die duas Parochias vi- 32.
ſitaret, vnam tantùm procurationem habere, reſoluit
Zerol. *d. §.6. dub.6.* cùm non poſſit duplicia victualia
eadem die conſumere, & Tridentina Synodus vult ip-
ſum frugali ac moderata procuratione eſſe contentum,
vt per Stephan. VVeyms *d. conſtit.17. num.25. pag.198.*
quo fit (addit ipſe ex *cap.1. §. procurationes, de cenſib. lib.6.*)
vt ſi ſecus faciant viſitatores, vel exigendo duas procu-
rationes ab vno, vel duobus locis eadem die viſitatis, vel
etiam procraſtinando ſuam viſitationem eo fine vt du-
plicatas procurationes lucrentur, malè verſentur, & ad
acceptorum reſtitutionem teneantur, ipſum Deum ha-
bituri victorem, & *num.26.* tenet quòd ſi poſtquam
inferiores viſitauerint, procurationeſque receperint,
& Epiſcopus velit per ſe etiam denuo viſitare, aliam
nouam procurationem licitè poterit recipere, vt impen-
ſi laboris merces ſequatur operantem, & commodum
cedat illi, qui fert incommodum.

*ξ Sit tamen in optione eorum, &c.* ] Liberum eſſe viſi- 33.
tatis, ſi velint, pecunia redimere procurationem, & tunc
viſitatorem teneri recipere in ea ſpecie, qua fuerit ob-
lata, reſoluit Piaſec. *d. c.3. num.64. in fine.*

Viſitatorem tamen non poſſe in pecunia taxare id, 34.
quod per victum ſibi neceſſarium contingebat, dicit
Zerol. *d. verb. viſitatio §.6. dub.2.* quem refero *d. alleg.73. nu.
55. & 56.*

*ο In ijs verò locis, ſeu prouincijs, &c.* ]Vide Sbroz *de vicario* 35.
*Epiſcop. lib.2. q.113. nu.3.* Vgolin. *de offic. Epiſcop. c.49. §.4. nu.3.
verſ. tertio,* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.57. nu.19.* Pia-
ſec. *d. c.3. nu.65.* vbi dicit quòd licèt de iure cõmuni pro-
curatio præſcribi non poſſit, ex tex. *in c. cùm ex officij, de præ-
ſcript.* hodie tamen ex noua diſpoſitione huius decreti
præſcribitur, nec peti poteſt vbi illam non dandi viget
conſuetudo, refero Ego ipſe *d. alleg.73. num.48.*

Ex conſuetudine poſſe Epiſcopum exigere veluti tri- 36.
geſimam, ex relictis pijs ratione viſitationis teſtamento-
rum, ſecus verò ſi in teſtamento nullum eſſet relictum
pium, exceptis tamẽ victualibus, quæ debentur ab ijs, qui
conſueuerũt procurationẽ præſtare, quod quandoq; cõ-

tingit à Communitatibus locorum, refert deciſum Armendar. *d. lib. 6. de viſitat. num.* 118.

Extante conſuetudine vt Epiſcopo diœceſim viſitante à laicis ei victualia miniſtrentur, vicario autem viſitante ab Eccleſiarum Rectoribus, ſeruandam eſſe ſi laici ſponte perſeuerent in iſta conſuetudine, refert deciſum Armendar. *d. tit. 6. de viſitat. num.* 119. vbi *nu.* 121. pariter reſolutum atteſtatur ſeruandam eſſe conſuetudinem ſi adeſſet vt Communitates procurarent Epiſcopum viſitantem quandiu ipſæ voluerint, quòd ſi recuſarent, ipſas cogendas non eſſe, refero Ego ipſe *d. allegat. 73. num.* 53.

37. π *Quòd ſi quiſquam*, &c. ] In viſitatione præter procurationem ab Eccleſijs non ſolùm Epiſcopum, ſed quemquam ſuorum nihil muneris accipere poſſe ſub pœna maledictionis, & interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac reſtituendi duplum infra menſem, & poſt menſem, non obſtante remiſſione partium, ex hoc decreto colligunt Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 64. num. 6. & tit. 4. quæſt.* 22. Azor. *dict. lib. 3. cap. 42. quæſt.* 9. Marc. Anton. Genuenſ. *in man. Paſtorum cap. 35. nu.* 2. Ego ipſe *dict. alleg. 73. nu.* 44.

38. Sub hac probitione non cenſeri ſublatum Cathedraticum, quod ſingulis annis exigi ſolet ab Ordinario, tam in viſitatione, quàm extra, atteſtatur reſolutum Armendar. *d. tit. 6. de viſitat. num.* 115. quem refero *dict. alleg. 73. num. 44. in fine.* Stephan. VVeyms *d. conſtit. 17. numero* 21.

39. Abſolutionem Cathedratici, Synodatici, ſeu charitatiui ſubſidij, non tenentur, neque compelli poſſunt Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani, ſiue eorum vicarij in Parochialibus Religioni prædictæ vnitis, vt per Aldan. *d. tit. 16. num.* 11. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Auguſtana 4. Decembris* 1630.

Populus vbi non poteſt victum ſuo Curato ſubminiſtrare, Ordinarius ea obſeruare debet, quæ habentur in hoc decreto, refert deciſum Garc. *de benef. part. 3. cap. 2. num.* 179.

40. ρ *Is præter dupli reſtitutionem*, &c. ] Viſitatorem ratione officij ſui aliquid malè accipientem ipſo iure ſuſpenſionem incurrere, ab ea tamen abſolui poſſe, dummodo intra menſem ſimplum, ſiue tantum, quantum via concuſſionis recepit, reſtituat, conſuluit Nauarr. *conſ. 11. in antiq.* aliàs *conſ. 2. in nouis, de coſib.* Sayr. *ſub eod. tit. deciſ.* 11.

σ *Necnon & alijs pœnis*, &c.] Vide Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 4. princip. num* 93.

Tempus præfixum ad viſitanda limina Apoſtolorum incipere à die publicationis conſtitutionis Sixti V. tenet Aldan. *d. tit. 16. num.* 30. referens ita fuiſſe deciſum *in Burgen. 12. Auguſti* 1628. 41.

Nec ad huiuſmodi viſitationem admittendum eſſe Presbyterum diœceſanum non exiſtentem de Capitulo Cathedralis, neque in dignitate eccleſiaſtica cõſtitutum, tradit idem Aldan. *d. tit. 16. num.* 31. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum *in Elboren. 4. Decembris* 1627. 42.

Nec permanentem in curia viſitationem huiuſmodi faciendam eſſe, vel concedi ſolere vt fiat, dicit idem Aldan. *d. tit. 16. num.* 32. vbi aſſerit ita deciſum *in Foglinen. 11. Iulij* 1626. 43.

Coadiutum Epiſcopum, & non coadiutorem teneri viſitare limina Apoſtolorum, tradit Sel. *in ſelectis canon. cap. 28. num.* 17. vbi ait ſic fuiſſe reſolutum *ſub die 4. Auguſti* 1619. 44.

Regularem nullum, etiam Epiſcopi familiarem, & commenſalem nullo modo acceptandum ad viſitanda limina pro ſuo Epiſcopo, etiamſi alium non inueniſſe diceret, & iſte iam eſſet in Vrbe, reſoluit Sel. *d. cap. 28. n.* 19. referens ſic fuiſſe deciſum *in Viſen. 13. Nouembris* 1627. ſubditque S. Congreg. Concil. *ſub die 9. Maij* 1626. gratiã feciſſe Epiſcopo Canarien. vt limina Apoſtolorum viſitare poſſit per Sacerdotem Regularem ab illis partibus tranſmiſſum, & bene informatum, ſtante quòd propter itineris longitudinem milliarium 17. m. & ob pericula in quæ incurrunt aliàs tranſmiſſi Sacerdotes ſeculares, qui à Turcis captiui facti fuerunt, nullus inuenitur, qui mitti velit, vt ex fide publica conſtitit. 45.

τ *Patroni verò*, &c. ] De hac deciſione Stephan. VVeyms *d. conſtit. 17. num.* 34. Stephan. Daluin *de poteſt. Epiſcopi cap. 15 fol. 45 verſo.*

υ *Et fabricarum redditus*, &c. ] Aduertit Stephan. VVeyms *d. conſtit. 17. in fine pag.* 102. quòd ſi diſtributio, ſeu applicatio reddituum harum fabricarum, quæ ſunt iuriſpatronatus, arbitrio & diſpoſitioni Epiſcopi committuntur, id multo magis locum habebit in reliquis fabricis, quæ non ſunt de iurepatr. vt earundem etiam prouentus pro voluntate Epiſcopi ad Eccleſiæ vtilitatem, vel neceſſitatem diſtribui & impendi debeant.

## *Prædicationis munus frequenter obeundum; à parochianis Eccleſia Parochialis adeunda eſt ad audiendum verbum Dei; nullus contradicente Epiſcopo prædicare præſumat in Eccleſiis etiam Regularium*, &c.

## CAPVT IV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Prædicationis munus Epiſcoporum præcipuum eſt.*
3 *Epiſcopus poteſt prędicare in quacunque Eccleſia etiam Regulari ſuæ diœceſis.*
4 *Epiſcopo prædicanti per ſeipſum in ſua Eccleſia nõ licet etiam prætextu paupertatis prætendere ſibi præſtari ſolitam eleemoſynam.*
5 *Epiſcopus ipſemet quando prædicat, ſilere debent alij prædicatores.*
6 *Parochi ſi per ſe velint munus prędicationis obire, non debent impediri.*
7 *Prædicare nullus poteſt etiam à Parocho inuitatus ſine licentia Epiſcopi.*
8 *Parochus debet licentiam concedere approbatis ab Ordinario prædicandi in ſua parochia.*
9 *Parochus poteſt dare licentiam viro docto etiam Regulari vt bis, vel ter concionetur in ſua Eccleſia ſine Epiſcopi approbatione.*
10 *Prædicatoris electio pertinet ad Epiſcopum.*
11 *Prædicatori conſuetas eleemoſynas ſoluere tenetur Vniuerſitas.*
12 *Epiſcopus proprio ſumptu conducere debet prædicatorem dum eſt dubium quorum ſumptu ſit conducendus pro Quadrageſima.*
13 *Correctores ciuitatum facere poſſunt etiam renitente Vicario generali, vt ſaltem omnibus diebus Dominicis, & ſolemnibus feſtis populo prædicetur.*
14 *Prædicandi præceptum non obligat ad vigilias.*
15 *Parochiæ ſuæ intereſſe tenetur vnuſquiſque pro audienda prędicatione ſi id commodè fieri poteſt.*
16 *Parochus admonere debet populũ vt diebus Dominicis, & feſtis maioribus frequenter ſuas parochias.*
17 *Ordinarius non poteſt mulctis, & pęnis cogere populum ire ad audiendam ſacram Concionem & Miſſam in Eccleſia parochiali.*
18 *Nullus ſecularis, ſiue Regularis etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum contradicente Epiſcopo prædicare præſumat.*

19 *Regu-*

19 *Regulares non poſſunt adhortationes ad populum etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum habere non petita priùs benedictione ab Abbate.*

20 *Ordinarij poſſunt quo tempore concionandi licentiam dabunt Regularibus, exigere ab illis fidei profeſſionem.*

21 *Regulares abſque licentia Epiſcopi prædicantes in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt ab Epiſcopo puniri poſſunt.*

22 *Epiſcopus poteſt interdicere Regulari, ne prædicet etiam non reddita cauſa.*

23 *Prædicare licet Regularibus in Eccleſiis ſui Ordinis Epiſcopi benedictione petita, licèt non obtenta.*

24 *Pueros in ſingulis parochijs ſaltem Dominicis & feſtiuis diebus fidei rudimenta docere debent parochi.*

25 *Abſoluendus non eſt ille, qui vel ob negligentiã, vel ob verecundiam Pater noſter, Aue Maria, Credo, addiſcere non curat.*

26 *Ordinarius non poteſt mulctis & pœnis etiam in caſu notabilis negligentiæ cogere pueros ad diſcendam doctrinam Chriſtianam.*

α PRædicationis munus, [a] quod Epiſcoporum præcipuum eſt, cupiens ſancta Synodus, quo frequentiùs poſſit ad fidelium ſalutem exerceri, canones aliàs ſuper hoc editos, ſed fel. rec. [b] Paulo III. aptius præſentium temporum vſui accommodando mandat, vt in Eccleſia ſua ipſi per ſe, aut, ſi legitimè impediti fuerint, per eos, quos ad prædicationis munus aſſument: β *in alijs autem Eccleſiis per Parochos,* γ *ſiue, ijs impeditis,* per alios ab Epiſcopo δ *impenſis eorum, qui eas præſtare vel tenentur, vel ſolent,* deputandos in ciuitate, aut in quacumque parte diœceſis, cenſebunt expedire, ε *ſaltem omnibus Dominicis,* & ſolemnibus diebus feſtis: ζ *tempore autem Ieiuniorum,* Quadrageſimæ, & aduentus Domini quotidie, vel ſaltem tribus in hebdomada diebus, ſi ita oportere duxerint, ſacras Scripturas, diuinamque legem annuncient: & alias, quotieſcumque id opportunè fieri poſſe iudicauerint. Moneatque Epiſcopus populum diligenter, η *teneri vnumquemque parochiæ ſuæ,* intereſſe, vbi commodè id fieri poteſt ad audiendum verbum Dei. θ *Nullus autem ſæcularis, ſiue regularis,* etiam in Eccleſijs ſuorum Ordinum, ι *contradicente Epiſcopo* κ *prædicare præſumat.* λ *Iidem etiam ſaltem Dominicis,* & alijs feſtiuis diebus pueros in ſingulis parochijs fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum, & parentes diligenter ab ijs, ad quos ſpectabit, doceri curabunt, &, ſi opus ſit, etiam per cenſuras eccleſiaſticas compellent: non obſtantibus priuilegijs, & conſuetudinibus. In reliquis, ea, quæ de prædicationis munere ſub eodem Paulo III. decreta fuerunt, ſuum robur obtineant.

a Conc. Carthag 4. c. 20. Conc. Rhem. c. 14. c. Epiſcopus nullam rei. 88. diſt.
b Supr. ſeſſ. 5. de reformat. c. 2. Concil. Arelatenſ. 4. c. 10. Concil. Lateran. ſub Innoc. III. c. 10. c. inter cætera. de offic. ordin. Concil. Maguntcap. 25. c. 4. Carthag. c. 24.

1. VIde Henriq. *in ſumm. lib 7. cap.* 28. §. 8. Archiep. Bononien. *p. 2. pag* 33. *cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p* 8. *verb. Prædicatio,* Quarant. *in ſumma Bullarij, verb. prædicator,* Marc. Anton, Genuenſ. *in man. Paſtorum, cap.* 32. Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ. p.* 1. *cap* 8. *à princip.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 50. *art.* 5. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol* 190. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 20. *num.* 69. *verſ. tertium eſt, & lib.* 18. *nu.* 118. *cum ſeqq.* Armendar. *in addit ad recop. legum Nauarræ, lib.* 4. *tit.* 30. *l.* 3. *de prædicatorib. S. Scripturæ, num.* 3. *cum ſeqq.* Portel. *in dubijs Regularib. verb. Prædicatores,* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol.* 112. Gauan. *in enchirid. Epiſcop. verb. concio ſacra,* nouiſſime Stephan. VVeyms *ad conſt.* 24. *ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit.* 5. *pag.* 40. *cum ſeqq.* Trullench *in Decalog. lib.* 3. *c.* 1. *dub.* 4. *n.* 9. *&* 10. metipſum *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.* 3. *alleg.* 76. *& de offic. & poteſt. Parochi, c.* 14. & ſuprà *ſeſſ.* 5. *de reform. c.* 2.

2. α *Prædicationis munus, quod Epiſcoporum præcipuum eſt.* ] De hoc citantur Doctores ſuprà *ſeſſ.* 5. *de reformat. cap.* 2. Ex commiſſione tamen Sedis Apoſt. vel etiam ex proprio inſtituto poſſe idipſum Religioſis conuenire, tenet Hieronym. Roderic. *d. reſol.* 112. *nu.* 1. ſubdens proprium actum Fratrum Prædicatorum, & aliorum Religioſorum non eſſe prędicare, ſed ſubuenire Epiſcopis in prædicationis miniſterio, quibus non incumbit prędicare niſi miniſterialiter, & citat Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 3. *q.* 31. *art.* 4. *ad* 2. *argum.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 393. *à num.* 9. ac alios.

3. Vnde poſſe Epiſcopum prædicare in quacunque Eccleſia, etiam Regulari ſuæ diœceſis, nec ab vllo poſſe prohiberi, tenet Gauant. *d. verb. concio ſacra, nu.* 1. atteſtans ſic fuiſſe deciſum per S. Congr. Epiſcop. & Regul. *ſub die* 17. *Ianuarij* 1584.

4. Epiſcopo prędicanti per ſe ipſum in ſua Eccleſia cùm ex proprio munere ad id teneatur, minimè licet, etiam prætextu paupertatis, prætendere ſibi præſtari eleemoſynam ſolitam dari Prædicatoribus electis ab Vniuerſitate, ita refert deciſum Gauant. *d. verb. concio ſacra, num.* 2. Sel. *in ſelect. canon. cap.* 23. *num.* 18. atteſtans ſic fuiſſe reſolutum *in Veſtana* 20. *Martij* 1621.

Quando ipſemet Epiſcopus prædicat, ſilere debent alij Concionatores, illiſque poterit inhibere vt eo tempore à prædicatione ſe abſtineant, ſecundum Sel. *d. cap.* 23. *num.* 19. vbi refert ita fuiſſe deciſum *in Bituntina* 2. *Martij* 1629.

β *In alijs autem Eccleſiis per Parochos, &c.* ] Parochos ſi per ſe velint munus prędicationis obire, non debere impediri, refero deciſum Ego ipſe *de officio & poteſt. Parochi, cap.* 14. *num.* 5. 6.

γ *Siue ijs impeditis per alios ab Epiſcopo.* ] Nullum igitur etiam à Parocho inuitatum prædicare poſſe ſine licentia Epiſcopi declarauit Clemens VIII. teſte Zypæ. *in analytica poſtremi iuris eccleſ. enarrat. lib.* 3. *tit. de Parochis, num.* 3. quem refero *d. c.* 15. *num.* 8. Et adeò ad Epiſcopum ſpectat hanc licentiam concedere, vt Abbates, qui non ſunt nullius, non poſſint dare licentiam Regularibus concionandi in alijs quàm ſuorum Ordinum Eccleſijs, cùm hoc ſpectet ad Epiſcopum intra cuius diœceſis fines exiſtunt. Ita à S. Congr. deciſum fuiſſe refert Rota apud Tambur. *in fine tom.* 3. *de iure Abbatum deciſ.* 45. 46. *&* 47. vbi etiam latè fuit tractatum, an & quando Abbates dicantur nullius, vel eſſe in diœceſi? 7.

Debet enim Parochus licentiam concedere approbatis ab Ordinario prædicandi in ſua Parochia, vt aſſerit deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Parochus* 3. quem refero *de officio & poteſt. Epiſcopi part.* 3. *allegat.* 76. *num.* 25. 8.

Parochum, ſeu Curatum poſſe dare licentiam viro docto, & noto etiam Regulari, vt bis, vel ter concionetur in ſua Eccleſia ſine Epiſcopi approbatione, reſoluunt Nauarr. *in man. cap.* 25. *num.* 141. Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap.* 42. §. 1. *num.* 3. Hieron. Roderic. *d. reſolut.* 112. *num.* 4. Ego ipſe *d. cap.* 14. *num.* 8. *in fine* Berti Lucenſ. *in praxi crimin. Regul. cap.* 34. *de Viſitat. Eccleſ. Parochialis num.* 1. *verſ. Regulares.* 9.

δ *Impenſis eorum, qui eos præſtare vel tenentur, vel ſolent.* ] Prædicatoris electio pertinet ad Epiſcopum, & electo ab illo tenetur Vniuerſitas eleemoſynam dare, quam hactenus præſtare conſueuit. In Cathedrali verò ſi Epiſcopus prætendat communitatem quoque teneri præſtare eleemoſynam, ad ipſum incumbet onus probandi immemorabilem, Sel. *d. cap.* 23. *num* 21. vbi atteſtatur reſolutum *in Sutrina* 10. *Martij* 1618 *&* 10. *Iulij* 1627. 10.

Prędicatori conſuetas eleemoſynas ſoluere tenetur 11.
Vniuer-

Vniuerſitas, nec illi licet eas ad certam paruam quanti-
tatem reducere, Sel. *vbi ſuprà*, atteſtans ita deciſum *in*
*Viterbien. ciuitatis Vetulæ de menſe Septembris* 1620.
12. Dum eſt dubium quorum ſumptu ſit conducendus
Concionator pro Quadrageſima, debere Epiſcopum
interim proprio ſumptu conducere illum, referunt deci-
ſum Zerol. *in praxi Epiſcop. part* 1. *verb. prædicatio*, §. 7. Aloyſ.
Ricc. *in collect. deciſ. collect.* 1776. *& in praxi fori eccleſ. deciſ.*
546. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 468. *in* 2. *edit.* Galet. *in margari-*
*ta caſuum conſcient. verb. eleemoſyna* 1. Vgolin. *dict. cap.* 42.
*in princip.*
13. ε *Saltem omnibus Dominicis*, &c.] Correctores ciuita-
tum facere poſſe etiam renitente vicario generali, vt ſal-
tem omnibus diebus Dominicis, & ſolemnibus feſtis po-
pulo prædicetur, tradunt Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2.
*quæſt.* 62. *art.* 19. Bobadil *in ſua politica lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 194.
*lit.* K. Hieron. Roderic. *d. reſol.* 112. *num.* 19. Ego ipſe *d. alleg.*
76. *num.* 32.
14. ζ *Tempore autem ieiuniorum*, &c.] Referri tantùm ad
tempus Quadrageſimæ, & Aduentus, non autem ad vi-
gilias in quibus illud prædicandi præceptum non eſt, di-
cit deciſum Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauar-*
*ræ, d. l.* 3. *de prædicatoribus S. Scripturæ*, *num.* 28. *&* 29. vbi
*num.* 31. aſſerit etiam deciſum per hoc decretum relin-
qui arbitrio Epiſcoporum an tempore Quadrageſimæ,
& Aduentus quotidie, vel tribus diebus in hebdomada,
vel minus illis tribus diebus prædicetur, refero Ego ipſe
*d. allegat.* 76. *num.* 30. nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad con-*
*ſtitutiones* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident.*
*innouatas, conſtit.* 5. *num.* 15. *pag.* 48. dicit decretum hoc non
eſſe intelligendum de omni tempore ieiunij, nec etiam
de aduentu, cùm hodie Aduentus non dicatur propriè
tempus ieiunij, ſed dumtaxat de tempore ieiunij Qua-
drageſimalis, eoque fine admittendum non eſſe pun-
ctum inter particulam *ieiuniorum*, & particulam *Quadra-*
*geſimæ*, ſed vtramque coniungendam abſque diſtinctio-
ne, ita vt tempus Quadrageſimæ intelligatur, quod eſt
propriè tempus ieiuniorum, non etiam quodlibet aliud
tempus ieiunij.
15. η *Teneri vnumquemque parochię ſuę*, &c.] Pro audienda
prędicatione teneri vnumquemque Parochię ſuę inte-
reſſe, ſi id commodè fieri poteſt, per hoc decretum tra-
dunt Zerol. *d. verb. prędicatio*, §. 4. Soar. *de Religione, tom.* 1.
*lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 6. Azor. *inſtit. moral. p.* 1 *lib.* 7. *cap.* 3. *q.* 7. *&*
*lib.* 12. *cap.* 2. *q.* 1. *verſ. deinde.* Ego ipſe *d. alleg.* 76. *num.* 34. *d.*
*cap.* 14. *num.* 11. Stephan. VVeyms *d. loco num.* 16. At diuer-
ſimodè omnes, hac de re agentes loquuntur, nam Fr.
Emman. *quęſt. Regul. tom.* 1. *quęſt.* 43. *artic.* 7. id intelligit
quando in monaſterijs non prędicatur. Azor. *d. lib.* 7. *cap.*
3. *quæſ.* 7. aliter de ſacris Concionibus, vel de Euangelio,
quod in diuino Miſſę officio recitatur, vel cantatur, in-
telligit. P. Suar. *ad* 3. *p. D. Thomæ diſput.* 88. *ſect.* 2. ita ait. Illa
obligatio ſi in rigore ſumatur, pro obligatione præcepti,
non eſt abſoluta, ſed ſuppoſita commoditate (vt Con-
cilium loquitur) & doctrinæ neceſſitate, ſine qua præce-
ptum affirmatiuum non ſolet obligare, quando lex ipſa
tempus non determinat, &c. Verùm Theophil. *Parochor.*
*p.* 1. *art.* 4. *cum ſeqq.* multis probare intendit, audire ver-
bum Dei in Parochia præceptum eſſe, & id deſumit ex
verbo *teneri.* hic poſito, ſed demum concludit quòd ho-
die vſus obſeruat vt quiſque extra Parochiam ſuam
Concionem audire valeat. Addit idem Suar. *de Relig. tom.*
1. *lib.* 2. *de diebus feſtis cap.* 16. *num.* 10. Concilium non loqui
de obligatione, quæ deſcendat ex præcepto Eccleſiæ,
ſed ex lege charitatis, qua quis tenetur habere curam
animæ ſuæ, non ſolùm adhibendo media ſimpliciter ne-
ceſſaria, ſed etiam vtilia, quale ſæpe eſt concionem au-
dire, & ita illa obligatio non pertinet ad præceptum ali-
quod Eccleſiæ.
16. Et Parochum admonere debere populum vt diebus
Dominicis, & feſtis maioribus frequentet ſuas Paro-
chias, excommunicandum tamen non eſſe ſi monitioni
non paruerit, teſtatur deciſum Armendar. *dict. l.* 3. *de*
*prædicatoribus, Sacræ Scripturæ, numero* 35. quem refero *dict.*
*capitulo* 14. *numero* 12. Stephan. VVeyms *dict. loco numero*
16. & alij, quorum meminit Theophyl. *Paroch. part.* 2.
*art.* 17. Ego ipſe *d. tract. de Parocho, part.* 1. *cap.* 14. *numer.* 12. 17.
Nec etiam Ordinarium poſſe mulctis, & pœnis co-
gere populum ire ad audiēdam ſacram Concionem, &
Miſſam in Eccleſia Parochiali, referunt deciſum Zerol.
*p.* 2. *verb. Parochia pag. mihi* 82. Hieron. Roder. *in compendio*
*quæſt. Regul. reſol.* 112. *num.* 11. *in fine.* Stephan. VVeyms *d.*
*conſt.* 5. *in fine.*
θ *Nullus autem ſecularis, ſiue Regularis*, &c.] Vide Hen- 18.
riq. *in ſumma lib.* 7. *cap.* 28. §. 8. Zerol. *d. verb. prædicatio*, §. 3. Fr.
Emman. *quæſt. regul. tom.* 3. *q.* 32. *art.* 5. Aloyſ. Ricc. *in deciſ.*
*curię Archiep. Neapol. deciſ.* 219. *nu.* 5. *p.* 2. Fr. Ludou. Miran-
da *in man. Prælat. tom.* 1. *quæſt.* 50. *art.* 3. *concl.* 1. vbi de intel-
lectu.
Regulares non poſſunt adhortationes ad populum 19.
etiam in Eccleſijs ſuorum Ordinum habere, non peti-
ta priùs benedictione ab Abbate, vel eo contradicente
quatenus ſit nullius, & iuriſdictionem quaſi Epiſcopa-
lem habeat. Verùm ſi Regulares contrafecerint, non
ab Abbate, ſed à ſuis ſuperioribus Regularibus ſunt pu-
niendi, ita Sel. *d. c.* 23. *num.* 27. atteſtans ſic fuiſſe deciſum
*in nullius prouinciæ Rauennaten.* 15. *Septembris* 1629.
ι *Contradicente Epiſcopo.*] Quamuis in hoc cap. ſolùm 20.
nominetur Epiſcopus, non autem alij Prælati, tamen
poſſunt Ordinarij, quo tempore concionandi licentiam
dabunt Regularibus, exigere ab illis fidei profeſſio-
nem, ſi ita ipſius expedire videbitur; ita Sel. *loco proximè*
*citato*, referens quoque deciſum *in d. nullius prouinciæ Ra-*
*uennaten.*
κ *Prædicare præſumat.*] Regulares abſque licentia Epi- 21.
ſcopi prædicantes in Eccleſijs, quæ ſuorum Ordinum
non ſunt, à ſuis ſuperioribus Regularibus, non verò ab
Epiſcopo puniendos eſſe, referunt deciſum Portel. *in*
*dub. regul. verb. Prędicatores, num.* 1. Hieron. Roder. *d. reſol.*
112. *num.* 3.
Sed nouiſſimè Gregorius XV. *in ſua Conſtit.* incip. *In-*
*ſcrutabili, ſub dat. Nonis Februarij* 1622. contrarium ſtatuit
his verbis, *Ac demum habeat Epiſcopus tanquam dictæ Sedis*
*delegatus auctoritatem coercendi ac puniendi quoſcunque exem-*
*ptos tam ſeculares, quàm Regulares, qui in alienis Eccleſiis, quæ*
*ſuorum Ordinum non ſunt, abſque Epiſcopi licentia, & in Ec-*
*cleſiis ſuis, aut ſuorum Ordinum, non petita illius benedictione,*
*aut ipſo contradicente, prædicare præſumpſerint.*
Poſſe Epiſcopum interdicere Regulari, ne prædicet 22.
virtute huius decreti, etiam non reddita cauſa, reſol-
uunt, deciſumque referunt Franc. Leo *in theſauro fori ec-*
*cleſ. p.* 1. *c.* 8. *num.* 9. Piaſec. *in praxi Epiſc. p.* 2. *c.* 3. *num.* 41. *verſ.*
*ſi item*, Ego ipſe *d. alleg.* 76. *num.* 28.
S. D. N. Vrbanus VIII. per ſuas litteras in forma Bre- 23.
uis directas Eminentiſſimo D. meo Cardinali de San-
doual. Epiſcopo Giennen. *ſub dat.* 30. *Ianuarij* 1629. hac
de rita reſcripſit. *Ad hæc quòd in eiſdem præinſertis litteris di-*
*citur, Regulares non poſſe verbum Dei prędicare ſine Epiſcopi li-*
*centia, id locum ſibi vendicare in ijs tantùm Eccleſiis, quæ ſui*
*Ordinis non ſunt, cùm in alijs Eccleſiis ſui Ordinis ſufficiat Epi-*
*ſcopi benedictio petita, licèt non obtenta, ita tamen vt ſi Epiſco-*
*pus non modò benedictionem ſimpliciter non conceſſerit, verùm*
*etiam Regularibus prohibuerit quominus prædicent, tunc illo*
*contradicente in ſui quidem Ordinis Eccleſiis liceat illis prę-*
*dicare, quemadmodum S. Trident. Concilij decretis ſalubriter eſt*
*cautum. Quòd ſi Regulares ſiue in confeſſionibus audiendis, ſiue*
*in prædicando aduersùs ea, quæ ſuperiùs declarauimus, quoquo-*
*modo deliquerint, in vim earūdem præinſertarum litterarum ab*
*Epiſcopo Giennen. coerceri, & puniri poſſint etiam cenſuris ec-*
*cleſiaſticis*, &c.
λ *Idem etiam ſaltem Dominicis*, &c.] Vide Archiepiſcop. 24.
Bonon. *p.* 2. *ſub tit. de doctrina Chriſtiana pag.* 9. *cum ſeqq.* Ze-
rol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. doctrina Chriſtiana.* Petr. de Le-
deſma *in ſumm. p.* 1. *ad finem, in tract. de la doctrina Chriſtia-*
*na.* Lud Beia *reſponſ. caſuum conſcient. p.* 3. *caſu* 27. *verſ. tan-*
*dem*, Poſſeuin. *de offic. Curati c.* 4. *de doctrina Chriſtiana.* Fuſc.
*de viſitat. lib.* 1. *c.* 4. *nu.* 17. *& lib.* 2. *c.* 3. *n.* 12. Aloyſ. Ricc. *in de-*
*ciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapolit. p.* 1. *deciſ.* 22. *nu.* 2. *in fine*, in qua
deciſione refert fuiſſe ſuſpenſum ab officio ſuæ curæ
quendam Parochum per ſex menſes, eo quòd rudimē-
ta Fidei ſuos Parochianos non docebat. meipſum *de of-*
*ficio & poteſt. Epiſcopi. p.* 3. *alleg.* 76. *nu.* 37. *cum ſeqq. & de offic.*

*& po-*

*& poteſtate Parochi, cap.*15.Ad huius præclari inſtituti maiorem obſeruationem emanauit conſtitutio Pij V.incip. *Ex debito paſtoralis officij, ſub die 6.Octobris* 1572. quam refert Piaſec.*in praxi Epiſcop.p.2.cap.3.num.*19.& Ego ipſe *d. cap.*15.*num.*8.

25. Abſoluendum non eſſe illum, qui vel ob negligentiam, vel ob verecundiam Pater noſter, Aue Maria, Credo, & decem præcepta addiſcere non curat, reſoluit Ludou. Beia *loco proximè citato*, ſubdens quòd poſtquam ſic ignorans pro viribus elaborat, vt hæc memoriæ tradat, & nec verbum vnum retinere poteſt, dummodo tamen credat ſingulos articulos quando ſibi proponuntur à miniſtris Eccleſiæ,& ſciat de illis,ac de præceptis Decalogi reſpondere quando interrogatur, & deprecetur Deum,intendens ſaltem virtualiter ad ea,quæ in oratione Pater noſter continentur, abſolui tunc poterit; ſi enim articulorum fidei, diuinorumque præceptorum,& orationis Dominicæ ſubſtantiam rudis intelligat, ſatis eſt, etiamſi verba non percipit, vt ex Lop. Emman. Sà, & Valent. tradit Andr. Victorel. *in notis ad Poſſeuin. de officio Curati cap.*4. *verſ.ſi articulorum*, & reſoluunt Azor.*inſtitut.moral.part.*1.*lib.*8.*cap.*7 *quæſ.*5. Filliuc.*in quæſt.moralib.tom.*2.*tract.*22.*cap.*2.*num.*37. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.*2.*cap.*3.*num.*19.Bonacina *de legib.diſput.*3. *quæſt.*6. *puncto* 2.*num.*14.Soar.*de fide, diſput.*13.*ſect.*5. *num.*8. Ego ipſe *d. cap.*15. *num.*5.Trullench *in expoſ.Decalogi lib* 1.*cap.*1.*dub.*4.

Ordinarium non poſſe mulctis, & pœnis, etiam in caſu notabilis negligentiæ, aut contumaciæ, cogere pueros ad diſcendam doctrinam Chriſtianam, etiamſi hoc fieri noluerint in oppidis, villis, & alijs locis extra ciuitatem refert deciſum Zerol.*dict.verb.Doctrina Chriſtiana* §.3.ſubdens Conc. in præſenti, ibi, *etiam per cenſuras eccleſiaſticas compellent*.loqui de compulſione illorum,quorum intereſt eam docere, & non de compulſione puerorum, ſeu parentum ipſorum. Sed verum eſſe dicere his noſtris temporibus (prout in Hiſpania vſu receptum eſt) poſſe Præſulem cenſuris compellere ſubditos, vt doctrinam Chriſtianam diſcant, & Parochos, vt eam doceant, aduertunt Perez *ad l.*1.*verſ.aliud etiam,tit* 1.*lib.*1.*ordin.pag.*19.Fr. Emman.*in ſum.tom.*1.*cap.*88.*num.*3.Campan.*in diuerſ.iuris Canon. rub.*11. *cap.*14. *num.*8.Aloyſ.Ricc.*in deciſ.Curiæ Archiep.Neapol.p.*4.*deciſ.*300.Ego ipſe *d.alleg.*76.*num.*38. & me citato *in illo loco* Homobon. de Bonis *de examine eccleſ. tract.*11. *cap.*12. *quæſ.*27.*reſolut.*2.*quæſtionis*.Villalob.*in ſum. tom.*2.*tract.*1. *difficult.*4. *num.*6. Filliucius *in quæſtion. moral. tract.*22.*cap.*2 *num.* 54.Trullench *in expoſit.Decalogi lib.*1.*cap.*1.*dub.*3.*num.*22.*in fine,& dub.*4.*num.*8.*&* 9. 26.

---

*Cauſæ criminales grauiores contra Epiſcopos à ſolo Papa cognoſcantur, & terminentur; aliquando tamen cauſæ diſquiſitionem Metropolitanis committit, qui ſolam facti inſtructionem facient, & ad Sanctiſſimum mittent; minores criminales cognoſcantur à ſolo Concilio Prouinciali.*

## CAPVT V.

1 *Doctores de materia cap.agentes.*
2 *Cauſæ graues, & grauiores quæ dicantur.*
3 *Cauſa hæreſis in Epiſcopo reſeruatur Papæ.*
4 *Epiſcopi hæretici non poſſunt ab Inquiſitoribus fidei puniri.*
5 *Papa ſolum poteſt deponere Epiſcopos.*
6 *Suffraganeus Epiſcopus titularis, qui obtinet dignitatem in Cathedrali, ſubeſt cum alijs Canonicis viſitationi ſui Epiſcopi.*
7 *Cauſę ciuiles, & criminales minores Epiſcoporum in Concil. tantùm Prouinciali cognoſci & terminari poſſunt.*
8 *Conc. Prouinciale non poteſt formare proceſſum in cauſis criminalibus grauioribus contra Epiſcopū.*

CAuſæ criminales [a] α *grauiores* contra Epiſcopos, β *etiam hęreſis*, quod abſit, quæ depoſitione, aut priuatione dignæ ſunt, γ *ab ipſo tantùm ſummo Romano Pontifice* cognoſcantur, & terminentur. Quòd ſi eiuſmodi cauſa, quæ neceſſariò extra Romanam Curiam ſit committenda: nemini prorſus ea committatur,niſi Metropolitanis, aut Epiſcopis à Beatiſſimo Papa eligendis. Hęc verò commiſſio & ſpecialis ſit, & manu ipſius Sanctiſſimi Pontificis ſignata, nec vnquam plus his tribuat, quàm vt ſolam facti inſtructionem ſumant,proceſſumque conficiant, quem ſtatim ad Romanum Pontificem tranſmittant: [b] reſeruata eidem Sanctiſſimo ſententia definitiua. Cætera aliàs ſub fel.rec. Iulio III. ſuper his decreta, necnon & conſtitutio ſub Innocentio III. in Concilio generali, quæ incipit,Qualiter & quando: quam ſancta Synodus in præſenti innouat, ab omnibus obſeruetur. δ *Minores verò* criminales cauſæ Epiſcoporum in Concilio tantùm prouinciali cognoſcantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium prouinciale.

[a] Vide Cõc. Sardic. c.3.c. ad abolendã. & c.excõmunicamus. §. damnati verò. de hæret. & c. quo iure. 8. diſt.

[b] Supra ſeſſ. 13. de refor. cap.6.7.& 8. ext de accuſ. c.2. Lateran. cap.8.& Decretal. lib.5. tit.1.c.24.

1. VIde Archieph.Bononien.*par.*4.*pag.*268.*cum ſeqq.*Nauarr. *conſ.*1. *in antiq.* aliàs *conſ.*2. *in nouis,de foro comp.* Sayr. *in floribus deciſ.ſub illo tit.deciſ.*1.Henriq.*in ſum. lib.*31. *cap.*55.§.2.Salzed.ad Bernard.*in pract.c.*124.*litt A.* Sbroz. *de officio vicarij lib.*2. *quæſt.*59. *num.*1. *&* 2. Flamin. Pariſ.*de reſignat. benefic. lib.*1 *quæſt.*10. *num.*40.Stephan.Gratian.*diſcept. forenſ cap.*169.*num.*15.Vgolin.*de officio Epiſcopi c.*2. §.2. *n.*4.*verſ.vndecimò*.Galganet.*de iure publico lib.*3.*tit.*10. *à n.*5. Aloyſ.Ricc.*in deciſ Curiæ Archiepiſ.Neapolit. p.*4. *deciſ.*142. *& in praxi rerum fori Eccleſ.p.*4.*reſolut.*490.*cum ſeqq.*Nouar. *in ſingul.Canonic.concluſ.*90.nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas, conſtit.*20. *pag.*231.*cum ſeqq.*vbi dicit innouari *c.qualiter & quando, de accuſat.*per decretum Cõcilij in præſenti,& vnum ac alterum multipliciter declarat. Anguian. *de legib. lib.*2.*controu.*26.*num.*20. metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.*3.*alleg.*112.Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel.gloſſ.*41.*num.*5.vbi dicit hoc decretum intelligendum eſſe de Epiſcopis reſidentibus, qui etiam ex cauſa atrociſſima hæreſis, aut læſæ maieſtatis minimè citari poſſunt ad perſonaliter comparendum per quoſcunque iudices ordinarios, vel delegatos,etiam S.R.E. Cardinales, niſi expreſſa ac ſpeciali commiſſione manu Papæ ſignata, quod etiam tradit Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. ordin. in exemptos part.*1.*quæſt.*41.

α *Grauiores.* ] Quæ autem dicantur cauſæ graues, & grauiores, vide Læli.Iordan.*in tract.de Epiſcoporum cauſis maioribus,& rerum capitalium ad Papam deferendis cap.*1. *&* 2.,Menoch.*de arbitr.caſu* 166. 2.

β *Etiam hęreſis.* ] Cauſam hæreſis in Epiſcopo reſeruari Papæ per hunc text.tenent Penia *in direct. Inquiſitor, p.*3.*commento* 77.F.Emman.*q.regul.tom.*2 *q.*81.*art.*1.*verſ.aduertendum tamen.* Et procedere, quamuis Epiſcopus ſit titularis,obſeruant Molin.*de iuſtit.tract.*5. *diſp.*28.*nu.*19. & Illuſtriſſ. D. meus Roderic.à Cunha *de confeſſoribus ſollicitantibus mulieres in Confeſſione q.*12.*n.*7.*princ.*Ioan. Sanci.*in ſelect.diſput.*28.*num.*19.Trullench.*in Decalog. lib.*1.*c.*3.*dub.*18.*num.*78. 3.

Epiſcopos

Epiſcopos hæreticos non poſſe ab Inquiſitoribus Fidei puniri tradunt Nauarr. *conſ.1.num.5.de foro comp.* Villadieg. *de heret.queſt.7.num.15.* Simanch. *de cathol.cap.25.n.7.* Locat. *in opere iudic. verb. Epiſcopus,* Roias *ſing.55.num.2.* Penia *d.part.3.commento* 76. Henriq. *d.§.2. littera P.* Molin. *d. diſp.28. num.19.* Farin. *de hereſi quaſt.186. num.113.* Ego ipſe *d.alleg.112.nu.14.* Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha *d.queſt.12.num.6.* vbi *nu.11.* id ipſum procedere aſſerit in Epiſcopis electis & confirmatis, licèt nondum conſecratis, per ea quæ Molin. *d.diſput.28.n.19.* Sanch. *de matrim.lib.8.diſp.2.n.11.* Ioan. Sanci. *d.diſp.28.n.35.* Trullench. *d.dub.18.num.78.*

5. *y Ab ipſo tamen Romano Pont.* &c.] Poſſe ſolum Papam deponere Epiſcopos aſſerit Gonzal. *dicta gloſſ.41.num.21.* quem refero Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.3.alleg.50.num.11.*

6. Suffraganeum Epiſcopum titularem, qui obtinet Præpoſituram in Cathedrali, ſubeſſe cum alijs Canonicis viſitationi ſui Epiſcopi, reſoluit Sel. *in ſelectis canon.c.29.n.3.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Florentina 24. Iulij 1632.*

*z Minores verò,* &c.] Ciuiles, vel criminales minores Epiſcoporum cauſas in Concilio tantùm Prouinciali cognoſci, & terminari poſſe, vel à deputatis per illud, vt reſoluit Stephan. VVeyms *d. loco num 7.* & deciſum refert Armendar. *in addit.ad recop.legum Nauarræ lib.1.tit.18.l.7. de Epiſcopis num.80.* vbi etiam dicit prædictas minores cauſas criminales poſſe in Concilijs Prouincialibus tractari, non exiſtentibus duodecim Epiſcopis, quia prædicta Concilia ex minori numero Epiſcoporum vt plurimum conſtant, refero Ego ipſe *d.alleg.112.num.15.* & me non citato in illo loco tranſcripſerunt Nouar. *in ſingular. Canon. concluſ.90. num.5. & queſt. forenſ.queſt.37. num.9 & ſeq.tom.1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi part.4.reſolut.492.* 7.

Vnde Concilium Prouinciale non poſſe formare proceſſum in cauſis criminalibus grauioribus contra Epiſcopum ad effectum tranſmittendi illum ad Sanctiſſimum, refert deciſum Aloyſ. Ricc. *in d.praxi p.4.reſol.491. & in deciſ. Curię Archiepiſ.Neapolit.part.4.deciſ.142. num.5.* 8.

## *De Diſpenſatione irregularitatum, & abſolutione caſuum ab Epiſcopo faciendis.*

## CAPVT VI.

1 *Doctores de materia cap.agentes.*
2 *Epiſcopi ſudditos habentes etiam electi & confirmati, quamuis non conſecrati, diſpenſant vigore huius decreti.*
3 *Epiſcopi illarum regionum, in quibus Concil.Trid. adhuc receptum non eſt, non poſſunt vti facultate conceſſa in hoc decreto.*
4 *Capitulum Sede vacante habet facultatem diſpenſandi & abſoluendi conceſſam Epiſcopis in hoc c.*
5 *Archiepiſcopus dum actu viſitat habet facultatem diſpenſandi & abſoluendi conceſſam Epiſcopis in hoc decreto.*
6 *Archiepiſcopus in actu viſitationis diſpenſare poteſt cum ipſiſmet Epiſcopis ſuffraganeis.*
7 *Abbates & alij Prelati inferiores habẽtes iuriſdictionem ordinariam etiam nullius diœceſis non gaudent facultate abſoluendi, & diſpenſandi in hoc cap.conceſſa.*
8 *Superiores etiã Conuentuales Religionum exemptarum erga Religioſos ſibi ſubditos gaudẽt facultate diſpẽſandi & abſoluẽdi in hoc c.Epiſcopis cõceſſa.*
9 *Diſpenſare quis valeat cum Epiſcopo ſi eueniat caſus, vt ipſemet incidat in aliquod delictorum ſuper quibus poteſt cum ſibi ſubditis diſpenſare.*
*Diſpenſare poteſt Epiſcopus.ibid.*
10 *In irregularitate, quæ contrahitur ex reiteratione Baptiſmi occulta.*
11 *In irregularitate contracta ab eo, qui duos ſacros Ordines, vel Acolytatum cum Subdiaconatu eodem die ſuſcepit.*
12 *In irregularitate occulta proueniente ab adminiſtratione in Ordinibus malè ſuſceptis.*
13 *In irregularitate, quam quis contraxit exercendo Ordines, quos non habebat.*
14 *In ſuſpenſione & irregularitate contracta ab eo, qui ante legitimam ætatem Ordines ſuſcepit.*
15 *In ſuſpenſione contracta ab eo, qui Ordines ſuſcepit dum vinculo cenſuræ obſtrictus eſſet.*
16 *In ſuſpenſione contracta à coniugato ſucipiente Ordinem ſacrum.*
17 *In ſuſpenſione contracta ab eo, qui furtiuè Ordines ſuſcepit.*
18 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in ſuſpenſione occulta, quam quis contraxit recipiendo Ordines ſine litteris dimiſſorijs.*
19 *Et in ſuſpenſione à diuinis, quam incurrunt Religioſi admittentes fœminas ſi ſit occulta.*
20 *Et cum eo qui per ſaltum promotus ad Ordines celebrauit.*
21 *Et cum eo, qui Ordines minores ſuſcepit ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui.*
22 *Et cum ſimoniaco occulto.*
23 *Abſoluere à cenſuris incurſis propter ingreſſum ad monaſterium Monialium non poteſt Epiſcopus ſi delictum ſit occultum.*
24 *Epiſcopus non poteſt vigore huius decreti diſpenſare ſuper irregularitate aliunde quàm ex delicto proueniente.*
25 *Occultum delictum quod dicatur.*
26 *Occultum in hoc propoſito dicitur quod non eſt notorium apud omnes etiamſi poſſit probari per aliquos teſtes.*
27 *Epiſcopus poteſt diſpenſare etiamſi actus ſit materialiter publicus, non verò formaliter in quantum delictum.*
28 *Occultum delictum dicitur quod alicubi, vbi ſcilicet commiſſum eſt, publicum ſit, at in eo loco, in quo abſolutio petitur, ſit occultum.*
29 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate proueniente ab excommunicato celebrante quando excommunicatio eſt occulta licèt celebratio ſit manifeſta.*
30 *Homicidium voluntarium in hoc decreto dicitur, quod eſt illicitum contra quintum præceptum Decalogi, intentum, & volitum in ſe.*
31 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate proueniente ex homicidio voluntario, licito tamen.*
32 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum homicida occulto, qui cum aliter euadere non poſſet, aggreſſorem occidit.*
33 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus in irregularitate ex homicidio caſuali proueniente.*
34 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum eo qui hominem occidit non intendens occidere.*

35 Diſpen-

35 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum mandante baculo vulnerari, eo expreſſo ne occideretur, ſi mandatarios percuſſerit, & occiderit.*
36 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum irregulari facto ex mutilatione membri etiam voluntaria.*
37 *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus in irregularitate, vel ſuſpenſione proueniente ex delicto ad forum contentioſum deducto.*
38 *Niſi ſit finitum iudicium per ſententiam abſolutoriam.*
39 *Etiamſi medijs deprauatis obtinuerit abſolutionem ab iniecto crimine.*
40 *Diſpenſare non poteſt Epiſcopus ſi delictum deductum ſit ad forum contentioſum, & iam finito iudicio punitum.*
41 *Delictum quando dicatur deductum ad forum contentioſum.*
42 *Caſus occulti qui ſint.*
43 *Subditi qui dicantur ad hunc effectum.*
44 *Epiſcopus exerceri poteſt diſpenſandi poteſtatem in irregularitatibus, & ſuſpenſionibus erga ſubditos ſuos extra diœceſim.*
45 *Epiſcopi an poſſint committere alijs poteſtatem diſpenſandi & abſoluendi ſibi conceſſam in hoc cap.*
46 *Vicarius generalis Epiſcopi non poteſt exercere hanc poteſtatem diſpenſandi & abſoluendi Epiſcopo conceſſam in hoc cap. ſine eius ſpeciali commiſſione.*
47 *Forum conſcientiæ pro foro ſacramentali Pœnitentiæ.*
48 *Epiſcopi poſſunt, & non eorum vicarij, abſoluere in foro conſcientiæ ab hæreſi occulta impoſita ſalutari pœnitentia.*
49 *Hæretici occulti per accidens in excommunicationem, & alias cenſuras, ſeu pœnas per Eccleſiam aduerſus hæreticos latas incidunt.*
50 *Hæretici purè mentales poſſunt abſolui à quolibet Confeſſario.*
51 *Hæretici omnino occulti, & purè mentales excommunicationem non incurrunt.*
52 *Facultas conceſſa Epiſcopis per hoc decretum abſoluendi ab hæreſi occulta, & non deducta ad foſum contentioſum eſt eiſdem adempta per proceſſum Bullæ in Cœna Domini.*
53 *Epiſcopi hodie in vim huius decreti non poſſunt abſoluere hæreticos occultos in foro conſcientiæ etiã vigore Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi.*
54 *Poteſtas diſpenſandi in irregularitate ex occulta hæreſi proueniente cenſetur adempta Epiſcopis per Bullam in Cęna Domini.*
55 *Vicarij Epiſcoporum non poſſunt abſoluere in foro conſcientiæ ab hæreſi occulta.*
56 *Vicario competunt quę Ordinario conceduntur niſi excludatur.*

LIceat α *Epiſcopis* [a] β *in irregularitatibus omnibus*, & ſuſpenſionibus, γ *ex delicto* δ *occulto* prouenientibus, excepta ea quæ oritur ε *ex homicidio voluntario*, & exceptis alijs deductis ζ *ad forum contentioſum* diſpenſare, η *& in quibuſcumque caſibus occultis*, [b] etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes, θ *quoſcumque ſibi ſubditos in diœceſi ſua* per ſeipſos, κ *aut Vicarium, ad id ſpecialiter* deputandum, λ *in foro conſcientiæ* gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. μ *Idem & in hęreſis crimine* in eodem foro conſcientiæ, eis tantùm, ν *non eorum Vicarijs*, ſit permiſſum.

a Vide ſeſſ. 14. c. 7. cap. miror. & c. contumaces 10. diſt. c. erga 1. q. 1. c. at ſi clerici. de iud. & c. nuper, de ſent. excom.
b De quibus ſub Alexandro in Conc Lateranen. p. 14. conſt. eius.

1. VIde Nauarr. *conſ.* 15. *de ſentent. excomm. in antiq.* aliàs *conſ.* 11. *de priuileg. in nouis*, Henriquez *in ſumm. lib.* 7. *c.* 13. §. 2. *littera V. & lib.* 14. *c.* 18. *cum ſeq.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.* 1. *lib.* 4. *cap.* 27. *à num.* 28. *& tom.* 2. *conſiliorum ſub tit. de homicid. conſ.* 2. *num.* 14. *cum ſeqq.* Vgolin. *de irregular. cap.* 43. §. 1. *cum ſeqq. & cap.* 26. *& de officio Epiſcopi, capit.* 57. §. 2. *cum ſeqq.* Soar. *tom.* 5. *de cenſur. diſput.* 7. Sayr. *in ſimili tractat. lib.* 7. *cap.* 7. *& in floribus deciſ. ſub tit. de ſentent. excommun. deciſ.* 16. Fernandez *in examine Theologiæ moralis part.* 3. *cap.* 9. §. 16. *num.* 7. *&* 8. Sanchez *de matrimon. lib.* 2. *diſput.* 37. *num.* 11. *cum ſeqq. & diſput.* 40. *num.* 17. *& lib.* 3. *diſput.* 23. *num.* 12. *& lib.* 8. *diſput.* 2. *à num.* 10. & latè *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 11. Mar. Alter. *de cenſur. tom.* 2. *diſput.* 8. *de ſuſpenſ. cap.* 3. Bonacin. *eod. tract. diſput.* 7. *q.* 5. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 5. *à num.* 1. *& lib.* 30. *tract.* 2. *tit.* 3. *à nu.* 91. Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom.* 2. *diſput.* 18. *dub.* 14. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 11. *num.* 12. *cum ſeqq. & part.* 11. *cap.* 10. *num.* 112. *cum ſeqq.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum verb. irregularitas, differ.* 7. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de irregul. num.* 6. *cum ſeqq.* Nouarr. *in ſingular. Canonic. concluſ.* 2. *&* 3. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta præc.* 2. *lib.* 8. *c.* 8. *num.* 23. *cum ſeqq.* Maurit. de Alzedo *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 6. *de diſpenſat. irregul. per tot.* Portel. *in dubijs Regularibus verb. diſpenſare num.* 8. *cum ſeqq.* Villalob. *part.* 1. *ſumm. tract.* 21. *difficult.* 9. Hieron. Roderic *in compendio quæſt. regular. reſol.* 52. *num.* 13. *cum ſeqq.* Philibert. Marchin. *de Sacrament. Ordinis tract.* 1. *part.* 9. *per tot.* latè Ioan. Angel. Boſſi. *de triplici Iubilæi priuilegio ſect.* 1. *caſu* 10. §. 1. *cum ſeqq.* Trullench. *in expoſit. Bullæ Cruciatæ lib.* 1. §. 7. *cap.* 2. *dub.* 6. *& in Decalog. lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 4. D. Felician. de Vega *Archiepiſ. Mexican. ad cap. at ſi clerici.* § *de adulterijs num.* 150. *cum ſeqq. de iudic.* latè Stephan. Daluin *de poteſt. Epiſcop. & Abbatum cap.* 26. *& ſeq.* Barthol. à S. Fauſto *de Iubil. extraord. lib.* 4. *quæſt.* 105. *cum ſeqq.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.* 2. *allegat.* 39. *&* 40. ex quo loci me non citato multa tranſcripſit Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curię Archiepiſcop. Neapolit. part.* 4. *deciſ.* 117. vbi eſt inſerta quædam allegatio Nouarij Iuriſconſulti Lucani.

α *Epiſcopis.*] Subditos habentibus, etiam electis, & confirmatis, quamuis non conſecratis, vt per Cened. ad Sextum *collect.* 4. *num.* 3. Soar. *tom.* 5. *diſput.* 41. *ſect.* 2. *num.* 7. Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *diſput.* 2. *num.* 11. Gutier. *eod. tract. cap.* 49. *à num.* 16. Mar. Alter. *d. tom.* 2. *diſput.* 8. *de ſuſpenſ. cap.* 3. *verſ. tertiò notandum*, Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 136. Alzed. *d. part.* 2. *cap.* 6. *num.* 39. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 20. *cap.* 10. *nu.* 270. Floron. *de caſibus reſeru. part.* 1. *cap.* 4. §. 7. *nu.* 9. Boſſi. *d. ſect.* 1. *caſu* 10. *nu.* 201. Trullench. *in expoſit. Decalogi lib.* 1. *c.* 3. *dub.* 4. *num.* 2. *& in Decalogum lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 4. *num.* 2. 2.

Epiſcopos illarum regionum, in quibus Concilium Trident. adhuc receptum non eſt, non poſſe vti facultate conceſſa in hoc cap. referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 532. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 445. *num.* 3. *in* 2. *edit.* Garc. *d. p.* 7. *cap.* 11. *num.* 23. Armendar. *d. l.* 7. *de irregular. num.* 11. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 11. *num.* 2. Mar. Alter. *d. cap.* 3. *concluſ.* 4. *verſ. primò animaduertendum eſt*, Alzed. *d. cap.* 6. *num.* 29. Bonacin. *d. diſput.* 7. *quæſt.* 5. *puncto* 1. *nu.* 2. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 57. §. 2. *ad fin.* Filliuc. *d. tract.* 20. *cap.* 10. *num.* 269. Gauant. *d. verb. abſolutio num.* 6. Boſſi. *d. caſu* 10. *num.* 202. Stephan. Daluin. *de poteſt. Epiſcop. cap.* 26. *num.* 19. *in princ.* Trullench. *loco proximè citato*, Ego ipſe *d. alleg.* 39. *num.* 3. 3.

Capitulum Sede vacante habere facultatem diſpenſandi, & abſoluendi conceſſam Epiſcopis in hoc cap. reſoluunt Henriquez *in ſum. lib.* 6. *c.* 16. §. 1. *& lib.* 14. *c.* 20. §. 1. Soar. *tom.* 4. *de pœnitent. diſput.* 30. *ſect.* 2. *num.* 4. Cened. *d. collect.* 4. *num.* 3. Fr. Emman. *quæſt. regular. tom.* 1. *quæſt.* 61. *art.* 9. Ludouic. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. part.* 4. *caſu* 27. *verſ.* 4.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

verſ. tandem nullus, Sayr. in claui Regia lib. 6. c. 11. n. 84. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. part. 3. collect. 721. verſ. tertiò dubitatur, & in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 533. in 1. edit. aliàs reſolut. 466. in 2. edit. & in praxi aurea reſolut. 118. num. 5. Piaſec. in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 1. num. 16. pag. 106. Sanch. de matrimon. lib. 8. diſput. 2. num. 10. Garc. d. part. 7. cap. 11. num. 21. & part. 5. cap. 7. num. 41. Nouar. d. concluſ. 2. num. 3. Duard. in Bullam Cœnæ lib. 3. §. 2. quæſt. 11. num. 16. & 17. Floron. de caſibus reſeruat. part. 1. cap. 4. §. 7. num. 9. Gauant. in man. Epiſcop. verb. Capitulum Sede vacante num. 48. Diana moral reſol. part. 4. tract. 4. reſol. 211. verſ. notandum eſt, Boſſi. d. caſu 10. num. 207. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccleſ. cap. 44. nu. 9. nouiſſimè D. Felician. de Vega Archiepiſ. Mexican. ad cap. at ſi clerici §. de adulterijs num. 52. de iudic. Stephan. Daluin. d. tract. de poteſt. Epiſcop. c. 27. num. 1. Ego ipſe d. alleg. 39. num. 16. Sel. in ſelect. canon. cap. 49. nu. 3. vbi aſſerit olim de hoc fuiſſe multum dubitatum, & ſub die 20. Iunij 1602. fuiſſe concluſum Pontificem eſſe conſulendum.

Contra Mar. Alter. d. cap. 3. verſ. ex eodem, & Bonacin. de cenſur. diſput. 7. quæſt. 5. puncto 1. nu. 6. Trullench. in Decalog. lib. 1. c. 3. dub. 4. num. 2. in fine, exiſtimantes Capitulum Sede vacante non ſuccedere Epiſcopis in facultate, quæ illis competit vigore huius decreti.

5. Archiepiſcopum dum actu viſitat diœceſes ſuffraganeorum in eis facultatem diſpenſandi & abſoluendi conceſſam Epiſcopis in hoc decreto habere erga ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, tradunt Henriq. in ſumm. lib. 14. cap. 18. §. 3. Soar. tom. 4. de pœnit. diſput. 3. ſect. 2. num. 8. Sayr. in claui Regia, lib. 6. cap. 11. nu. 79. Auila de cenſur. part. 2. cap. 7. diſput. 1. dub. 10. concluſ. 3. & part. 7. diſput. 10. dub. 6. notab. 2. circa primam concluſ. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 6. & lib. 4. cap. 38. num. 13. & 14. Bonacin. de cenſur. diſput. 1. q. 3. puncto 2. num. 7. verſ. tertiò. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. iuriſdictio differ. 4. nu. 1. Alzedo d. part. 2. c. 6. num. 40. Marchin. d. tract. 1. part. 9. diffic. 1. num. 8. Boſſi. d. caſu 10. nu. 215. Trullench. in Decalog. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 4. Ego ipſe d. allegat. 39. num. 19.

6. Et non ſolùm in ipſo actu viſitationis diſpenſare poſſe cum ſubditis Epiſcoporum ſuffragraneorum, ſed etiã cum ipſiſmet Epiſcopis ſuffraganeis, contra Soar. reſoluunt Henriq. d. cap. 18. num. 4. Auila part. 7. diſput. 6. ſect. 5. dub. 5. Bonacin. de cenſur. diſput. 7. quæſt. 5. puncto 1. num. 2. in fine. Boſſi. d. caſu 10. num. 216. vbi num. 217. ſubdit quòd immo quocunque tempore, & ſic extra viſitationem poterit Archiepiſcopus vti dicta facultate diſpenſandi & abſoluendi circa ſuos Epiſcopos ſuffraganeos, ſicut poteſt circa ſubditos ſuæ propriæ diœceſis, & citat poſt alios Sayr. d. cap. 11. num. 79. Floron. de caſibus reſeruat. part. 1. cap. 4. §. 7. num. 14. Trullench. d. dub. 4. num. 4.

7. Abbates, & alios Prælatos inferiores habentes iuriſdictionem ordinariam, & quaſi Epiſcopalem, etiam nullius diœceſis, non comprehendi in hoc decreto, ac proinde minimè gaudere facultate diſpenſandi & abſoluendi in hoc cap. conceſſa, tenent Arag. 2. 2. quæſt. 88. art. 12. col. 7. concluſ. 4. Fr. Emman. in ſumma tom. 2. cap. 10. nu. 6. Cened. d. collect. 4. num. 5. Tolet. in inſtruct. confeſſ. lib. 1. cap. 83. num. 5. ad fin. Soar. tom. 4. de pœnitent. diſput. 30. ſect. 2. num. 6. & tom. 5. de cenſur. diſp. 41. ſect. 2. num. 7. Petr. de Ledeſma in ſumm. tom. 2. tract. 1. cap. 6. poſt concluſ. 2. diffic. 1. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 532. nu. 2. in 1. edit. aliàs reſolut. 555. in 2. edit. Mar. Alter. d. c. 3. verſ. ſed hic, Bonacin. d. diſput. 7. quæſt. 5. puncto 1. num. 6. & referunt deciſum Garc. d. part. 7. cap. 11. num. 13. & 17. Armendar. d. l. 7. de irregularit. num. 9. & 10. Nouar. d. concluſ. 2. num. 4. Gauant. verb. abſolutio num. 5. & verb. cenſuræ num. 2. Campan. d. rub. 7. cap. 5. num. 5. Stephan. Daluin. d. cap. 27. nu. 3. Ego ipſe d. alleg. 39. nu. 17. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 441. nu. 21. vbi etiam quid data conſuetudine immemoriali.

Contra Henriq. in ſumm. lib. 6. cap. 16. §. 1. Fr. Emman. quæſt. regul. tom. 1. q. 24. art. 13. & 17. & quæſt. 61. art. 9. Flores de Mena var. lib. 3. quæſt. 24. num. 18. Sayr. in claui Regia, lib. 6. cap. 11. num. 83. in fine, Auila de cenſur. part. 7. diſput. 10. dub. 10. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 5. Duard. in Bullam Cœnæ Domini, lib. 3. §. 2. quæſt. 8. num. 55. Monet. de commutat. vltimar. volunt. cap. 5. num. 455. Fr. Sigiſm. à Bononia de elect. dub. 51. num. 8. Portel. verb. Prælati poteſtas ad abſoluendum num. 30. Stephan. Daluin. d. cap. 27. num. 2. Pharon. d. tract. 1. ſect. 18. cap. 34. cum ſequentibus Caſtro Palao de pœnis hæretic. tract. 4. diſput. 4. nu. 4. Trullench. d. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 3. Boſſi. d. caſu 10. num. 211. exiſtimantes facultatem, quam habent Epiſcopi ex priuilegio huius decreti, competere etiam alijs Prælatis habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.

Superiores etiam Conuentuales Religionum exemptarum erga Religioſos ſibi ſubditos hanc poteſtatem à Concilio in præſenti Epiſcopis conceſſam habere facultate ipſis ad hoc data à Pio V. conſtit. ſua, incip. Romanus, ſub dat. 21. Iulij 1571. tenent Henriq. d. lib. 6. cap. 16. §. 8. & lib. 7. cap. 25. §. 2. & lib. 14. cap. vltim. §. 5. ad fin. Fr. Emman. quæſt. regul. tom. 1. quæſt. 61. artic. 9. Piaſec. in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 52. in princip. Ioan. de Cruce de ſtatu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 16. Sayr. de cenſur. lib. 7. c. 7. nu. 23. Molin. de iuſtit. tract. 3. diſput. 61. num. 4. & 5. & diſput. 70. in fine, Iacob. de Graff. tom. 2. conſil. ſub tit. de homicid. conſil. 2. num. 23. cum ſeqq. Sanchez de matrimon. lib. 8. diſput. 2. num. 13. & in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 11. nu. 7. Coriolan. de caſibus reſeruatis, part. 1. ſect. 1. art. 22. num. 6. & art. 23. nu. 4. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. Regularis, different. 6. verſ. denique, Nouar. d. concluſ. 2. num. 6. Bartholom. de Vecchis d. diſput. 9. dub. 18. ex num. 4. Hieron. Roderic. d. reſol. 52. num. 23. Barthol. à S. Fauſto in theſauro Relig. lib. 3. q. 125. Portel in dub. Regular. verb. Prælati n. 36. Antonin. Diana moral. reſolut. part. 4. tract. 4. reſol. 211. in fine, Marchin. d. diffic. 1. nu. 9. Boſſi. d. caſu 10. num. 220. cum ſeqq. Trullench. d. dub. 4. num. 5. Ego ipſe d. alleg. 39. num. 18. 8.

Contra Soar. tom. 5. diſput. 4. ſect. 2. Petr. de Ledeſma in ſumm. tom. 2. tract. 1. cap. 6. poſt concluſ. 20. diffic. 3. Valer. Reginald. d. num. 29. verſ. quintum eſt, Garc. d. cap. 11. nu. 13. & 20. Armendar. d. lib. 7. de irregul. num. 10. Lezana c. 11. n. 6. exiſtimantes Prælatos Regulares facultate in hoc decreto cõceſſa erga ſuos ſubditos Regulares vti nõ poſſe.

Quis autem valeat cum Epiſcopo diſpenſare ſi occurrat caſus vt ipſemet incidat in aliquod delictorum, ſuper quibus poteſt cum ſibi ſubditis diſpenſare iuxta formam huius decreti? Poſſe tunc alteri committere vices ſuas vt ſecum diſpenſet, & ad ſe abſoluendum proprium ſuum Confeſſarium deputare, cum eadem auctoritate, quam ipſe habet ex hoc decreto in ſibi ſubditos, tenent Maiol. de irregular. lib. 2. cap. 2. num. 12. verſ. eſt autem, & lib. 5. cap. 51. num. 7. Soar. tom. 5. de cenſur. diſput. 41. ſect. 2. num. 9. Henriq. in ſumm. lib. 14. de irregul. cap. 18. §. 3. Piaſec. in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 1. num. 17. pag. 107. Armendar. d. lib. 7. de irregul. num. 12. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 518. in 1. edit. aliàs reſol. 445. num. 2. in 2. edit. Garc. d. part. 11. cap. 10. num. 139. vbi intelligit, quamuis ſit extra diœceſim, Bellet. diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de diſcipl. cleric. §. 1. nu. 54. Sanchez de matrimon. lib. 8. diſp. 3. num. 3. & in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 11. nu. 11. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. iuriſdictio differ. 9. num. 12. Filliuc. tom. 1. tract. 20. c. 10. num. 272. Floron. de caſibus reſeruat. part. 1. cap. 4. §. 7. nu. 14. Gauant. in man. Epiſcop. verb. abſolutio nu. 7. Duard. in Bull. Cœnæ lib. 3. §. 2. quæſt. 11. num. 29. Fr. Ludouic. à Cruce in expoſit. Bullæ Cruc. diſput. 1. c. 6. dub. 18. num. 1. in fine. Alzed. de præcell. Epiſcop. dignit. p. 1. cap. 5. num. 123. & c. 6. nu. 68. Boſſi. d. ſect. 1. caſu 10. num. 188. Ego ipſe d. alleg. 39. num. 15. 9.

Contra Mar. Alter. d. cap. 3. concluſ. 4. verſ. tertiò quæri poteſt, exiſtimantem non poſſe Epiſcopum ſecum diſpenſare.

β In irregularitatibus omnibus, &c.] Poſſe Epiſcopum in vim huius decreti diſpenſare in irregularitate, quæ contrahitur ex reiteratione Baptiſmi occulta, tenẽt Tolet. in inſtruct. Sacerd. lib. 1. c. 70. Auil. de cenſur. part. 7. diſp. 7. q. 3. puncto 3. num. 9. Filliuc. in quæſt. moralibus tract. 20. cap. 6. quæſt. 5. Alzedo d. part. 2. cap. 6. nu. 53. Ego ipſe d. allegat. 39. num. 36. & me citato in illo loco Homobon. de Bonis de examine Eccleſiaſt. tract. 12. c. 3. quæſt. 8. in reſol. 1. quæſtionis, etiam ſi incurratur ab aliquo publicè baptizante, dummodo neſciatur an qui baptizatur fuerit antea baptizatus. Sayr. d. lib. 7. cap. 10. num. 16. Auila d. dub. 6. Sanchez de matrimon. lib. 2. diſput. 37. num. 11. 10.

In irregularitate contracta ab eo, qui duos ſacros Ordines, vel Acolytatum cum Subdiaconatu eodem die ſuſcepit, 11.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſuſcepit, diſpenſare poſſe Epiſcopum quando delictum eſt occultum, tenent Henriq. *d.lib.14.cap.6.§.5.* Auila *par.7.diſput.9.ſect.1.dub.4.ad fin.* Sayr. *d.lib.7.cap.10.num.36.* Bonacin. *dicta diſput.7.quæſt.3. puncto 4.num.4.* Vgolin. *de irregular.cap.39.§.1.num.31.& de officio Epiſcopi,cap.57.§.2.num.4.verſ.quartò,* Ego ipſe *d.alleg.39.num.37.*

12. In irregularitate occulta prouenicnte ab adminiſtratione in Ordinibus malè ſuſceptis poſſe etiam Epiſcopum diſpenſare, reſoluunt Maiol. *de irregul.lib.1. cap.30. num.9.in fine,* Campan. *in diuerſ.iuris canon.rub.7. cap.5. nu.2.* Ego ipſe *d.alleg.39. num.41.* atteſtantes hoc verum eſſe ſi Epiſcopus non fuerit quoque ſcienter particeps eiuſdem culpæ.

13. In irregularitate, quam quis contraxit exercendo Ordines, quos non habebat, vt exerceat ſuſceptos, ac alios ſuſcipiat, poſſe Epiſcopum diſpenſare, modò delictum ſit occultum, tradunt Vgolin. *dict.cap 57.§.3.num.1.verſ.ſi etiam,* Bonacin. *de cenſur. diſput.7.quæſt.3.puncto 6.num.10.* Ego ipſe *d alleg.39.num.43.* Alzed. *d.p.2.cap.6.num.54.*

14. In ſuſpenſione & irregularitate contracta ab eo, qui ante legitimam ætatem Ordines ſuſcepit, poſſe Epiſcopum diſpenſare ſi iam ad legitimam ætatem peruenerit, & delictum ſit occultum, refert deciſum Garc. *de benefic. part.2.cap.5 num.51.*

15. In ſuſpenſione contracta ab eo, qui Ordines ſuſcepit, dum vinculo cenſuræ obſtrictus eſſet, poſſe Epiſcopum diſpenſare modò delictum ſit occultum, reſoluit Bonacin. *de ſuſpenſ.omnibus in partic.diſput.3.quæſt.1.puncto 6. nu.7.* aduertens *ibidem*, ſi delictum ſit publicum, abſolutionem iſtius ſuſpenſionis reſpectu clerici ſecularis reſeruatam eſſe Papæ, ſiue iſta ſuſpenſio contracta fuerit ſcienter, ſiue ignoranter ignorantia craſſa, ſupina vel affectata, & citat text. expreſſum *in cap.cùm illorum,de ſentent.excommun.& ibi in collect.num.3.* citaui Salzed. ad Bernard. *in pract.cap.13* qui meminit huius decreti.

16. In ſuſpenſione contracta à coniugato ſuſcipiente Ordinem ſacrum poſſe Epiſcopum diſpenſare dum crimen eſt occultum, per hoc decretum ſuſtinet Bonacin. *de ſuſpenſionibus omnibus in particulari, diſput.3.quæſt.1. puncto 7 num.12.* ſubdens non propterea poſſe taliter diſpenſatum durante matrimonio miniſtrare in ſacris Ordinibus, quia licèt ablata ſit ſuſpenſio, & irregularitas contracta ob ſuſceptionem ſacrorum Ordinum tempore matrimonij, non tamen ablata fuit diſpoſitio ſacrorum Canonum prohibentium coniugato ſacrorum Ordinũ ſuſceptionem, & conſequenter illorum vſum.

17. In ſuſpenſione contracta ab eo, qui furtiuè, id eſt, neſciente Epiſcopo, neque probante, neque examinante Ordines ſuſcepit, ſi occulta ſit, poſſe Epiſcopum diſpenſare, tradunt Henriq. *d.lib.14 cap.6 §.5.* Soar. *d.diſput.42. ſect.3.num.5* Ægid. de ConincK *tom.2. diſput.18.dub.5.nu.43.* Bonacin *d.punct.4.n.5.* Vgolin. *d.tract.de officio Epiſcopi, c.57.§.2.num.4.verſ.quarto,* Ego ipſe *d.alleg.39.num.38.*

18. In ſuſpenſione, quam quis contraxit, recipiendo Ordines ſine litteris dimiſſorijs, ſi ſit occulta, poſſe Epiſcopum diſpenſare dicit Bonacin. *de Sacrament. diſput.8. quæſt.vnica puncto 4.num 25.* Ego ipſe *d.alleg.39.num.39.*

19. In ſuſpenſione à Diuinis, quam incurrunt Religioſi admittentes fœminas, ſi ſit occulta, virtute huius decreti diſpenſare poſſe Epiſcopum, tenet Sanch. *in præcepta Decalogi,tom.2.lib.6.cap.17.num.41.in princip.*

20. Diſpenſare poſſe Epiſcopum cum eo, qui per ſaltum promotus ad Ordines, celebrauit, vbi delictum fuerit occultum, aſſerit Vgolin. *d.c.57.§.2.nu.4.verſ.tertio,* quem refero Ego ipſe *d.alleg.39.num.40.*

21. Et cum eo, qui ordines minores ſuſcepit ab Epiſcopo, qui renuntiauit Epiſcopatui, vel dignitati, aut à cenſura irretito, ſchiſmatico, hæretico, depoſito, vel degradato, dummodo delictum ſit occultum, Vgolin. *dict.capitul.57.§.2.numer.4.verſ.quinto,* Ego ipſe *dict. allegat.22.numer.42.*

22. Et cum ſimoniaco occulto poſſe etiam Epiſcopum diſpenſare, non tamen illum rehabilitare ad beneficia impoſterum obtinenda, nec ad ea retinenda, quæ per ſimoniam occultam obtinuit, referunt deciſum Soar. *de Relig.tom.1.tract.3.lib.4.cap.61.num.11.* Leſſi. *de iuſtit. lib.2.cap.35.num.140.* Garc. *de benef.part.8. cap.1 num.74.* Armendar. *in addit.ad recopil. legum Nauarræ, lib 1. tit.18.l.7. de irregular. num.15. & 16.* Ego ipſe *d.alleg.39.num.44.* Alzedo *in praxi Epiſcop.p.2.cap.6.num.41.* Chapeauil. *de caſibus reſeru.cap.22.quæſt.3.* Marchin *d.tract.1.part.9.cap.3. num.2.* Gauant. *in man. Epiſcopor.verb.cenſuræ nu.6.* Boſſi. *d.caſu 10. §.5. num.152.* D. Felician. de Vega *ad cap. at ſi clericis §.de adulterijs num.160.de iudic.* Contra Campan. *in diuerſ. iuris canon.rub.11.cap.27.num.66.*

Non poſſe tamen Epiſcopum abſoluere à cenſuris in- 23.
curſis propter ingreſſum ad monaſterium Monialium, etiamſi delictum ſit occultum, referunt deciſum per conſtit. Pij V. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 648. in 1.edit.* aliàs *reſol.544. num.5.in 2.edit.* Garc. *de benef. part.11.cap.10.num.122.* Armendar. *d.l.7.de irregul.num.23.* Alzedo *cap.6. num.22.* Ego ipſe *d.alleg.39.num.45.* Iacob. de Graff. *de caſibus reſeru.cap.5. poſt num.6.* Chapeauil. *eod. tract.c.14.quæſt.2.* Gauant. *in man.Epiſcop. verb. abſolutio nu.15.* Marchin. *d.part.9.cap.3.num.3.* Quamuis contrarium, immo poſſe Epiſcopum virtute huius Decreti abſoluere à cenſura incurſa ob violationem clauſuræ ob malum finem etiam occultam, exiſtimauerint Alzed. *d.part.2.c.6.n.21.& 22.* Boſſi. *tract.de Iubileo ſect.1.caſu 10.§.5.nu.154. pag.54.* Antonin. Diana *reſol.moral.part.1.tract.16. reſol.33.* Bonacin. *de clauſura q 1.puncto 5.num.1.*

ℽ *Ex delicto.*] Ergo non poterit Epiſcopus vigore hu- 24.
ius decreti diſpenſare ſuper irregularitate aliunde quàm ex delicto proueniente, neque ſuper illegitimitate, licèt occulta ſit, de quo Nauar. *in man.cap.27.num.194. & 201.* Ægid. de ConincK *de Sacrament. tom.2. diſput.18. dub.14. num. 111.* Arrojo *de Sacrament. cap. de irregul. num. 10.* quos refert & ſequitur Alzedo *d.cap.6. n.30.* vbi *num.41.* hinc infert illum non poſſe filios ſpurios, aut baſtardos legitimare. Layman *in ſumma Theolog.moralis lib.2.tract.20.part.1.c.5.num.2.* Hurtado. *de cenſur.diſp.2.de irregul. difficult.20.num.63.* Turrian. *de cenſur.lib.9. diſput.71. num.2.* Diana *moral.reſol. part.2.tract.1.miſcellan.reſol.21. & par.4. tract.2.reſolut.64.* Suar. Sayr. Filliuc. Bonacin. Valer. Reginald. & alij per me citati *de iure Eccleſ.vniuerſ.lib.1. cap.11. num.156.* quia talis irregularitas non prouenit ex delicto, ſed ex defectu. Sed contra eos tenent plures quos ſequutus fui *d. cap.11. num.156.* quibus addo Præpoſ. *in 3.p. S. Thomæ quæſt.5. de irregul. dub.16.num.131.* Laurent. de Peirinis *tom. 2. de Relig. Prælato quæſt. 2. cap. 5. §. 9. num. 143.*

δ *Occulto.*] Occultum in præſenti materia ſecundùm 25.
terminos iuris eſſe regulandum, & propriè dici quod non poteſt probari, aſſerunt Iacob. de Graff. *tom.2.conſil. ſub tit.de homicidio conſil.2.n. 20.* Nicol. Garc. *de benefic.p.7 cap.11.num.46.& ſeq.* Armendar. *d.l.7.irregul.num.25.*

Sed occultum, ad hoc vt poſſit Epiſcopus diſpenſare 26.
virtute huius decreti, illud eſſe quod non eſt notorium apud omnes, etiam ſi poſſit probari per aliquos teſtes, ſufficit enim non eſſe diuulgatum, & quod poſſit aliqua tergiuerſatione celari, tenent magis communiter Doctores, vt per Nauar. *in man. cap.27. num.254. in fine,verſ. vndecimo,* Sorb. *in compendio Mendicant. in reſol. materiæ abſolutionis,pag.48.* Anton. Roch. *de viſitat.verb.occultum,* Tolet. *in inſtruct. ſacerd. lib.1. cap.89. num.5.* Viuald. *in candel. aureo,tit.de irregularit. num.315.* Vega *in ſumm. part. 1. cap.49. caſu 16.* Læl. Zech. *de caſibus Epiſcopo reſeruatis, caſu vltim. num. 1. & caſu 1. de irregul. circa fin.* Fr. Emman. *quæſtione regul. tom. 1. quæſt. 24. articulo 11.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 1.* Emman. Sà *in aphoriſm. verb. Epiſcopus num. 35. & verb. manifeſtum, numero 5.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.2. verb. irregularitas, §.1.* Piaſec. *in ſimili praxi part.1. c.1. nu.56. pag.62.* Soar. *tom.4. de pœnitent. diſp.3. ſect.2.nu.2. & tom.5. de cenſur. diſput.41. ſect.2. n. 6.* Azor. *inſtit. moral.p.1.lib.8.cap.10.q.9.* Sayr. *de cenſur.lib.4.cap.17.num.21. & lib.7. cap.13. num. 12.* Mar. Alter. *in eodem tract. tom. 2. diſput. 8. de ſuſpenſ. cap. 3. verſ. ſecundò notandum,* Auila *in ſimili tract. part.2.cap.7.diſput.1.dub 12. concl.2.& part.7. diſputat. 10. dub. 6.* Molin. *de iuſtit. tractat. 3. diſputat. 79. numero 8. verſiculo ſecundò,* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. libro 6. quæſt.44. numero 2.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.57. numero 5.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 523.*

in 1.edit.& reſol.450.in 2.edit. Sanch. de matrimon. lib.2.diſput.37.num.11.& lib.8.diſput.34. num.55. & in præcepta Decalogi tom.1.lib.2.cap.19.num.19.cum ſeqq.Valer.Reginald, in praxi fori pœnit.lib.30.tract.2.num.30. Bonacin.de cenſur. diſput.1.quæſt.3.puncto 2.nu.1.verſ.quartò.idem Aloyſ.Ricc. in deciſ.Curiæ Archiepiſ.Neapolit.part.4 deciſ.117.Fr.Sigiſm. à Bononia de elect.dub.71.à num.7. Fr.Barthol.de Vecchis in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum Nouit.diſput.9.dub.16.nu.3. Hieron. Roderic. d.reſolut.52.nu. 23.Fagundez in quinque Eccleſiæ præcepta præc. 2. lib.8. cap.8. num.13.Alzedo in praxi Epiſcop.part. 2.cap.6.nu.12. Floron, de caſib.reſeruat. part.1. cap.4. §.21, num.2. Gauant, in man. Epiſcopor.verb abſolutio num.11.Campan.d.rub.7.cap.5.num. 7. Duard.in Bull.Cœnæ lib.3.§.2.q.11.num. 4.& 5. eleganter Stephan.Daluin. de poteſt. Epiſcop. cap.26. num.3. cum ſeqq. Marchin. d.part.9. diffic.2. Boſſi. de triplici Iubilæi priuileg. ſect.1.caſu 10.§.3.num.26. Marcel.Vulpe in praxi iudic. fori Eccleſ.c.44.num.10.D.Felician.de Vega ad d.§ de adulterijs ex num.152. Ego ipſe d.alleg.39. à num.20.

27. Epiſcopum poſſe diſpenſare etiamſi actus ſit materialiter publicus, non vero formaliter in quantum delictum, quia adhuc occultum dicitur, tenent Emman. Sà d.verb.Epiſcopus num.35.Fr.Emman.in ſumm.tom.1.cap.176. num.3.Henriq. d.lib.14.cap.20.§.4. Sayr.de cenſur.lib.7.cap. 13.num.13. Vgolin in ſimili tract.tab.1.cap.13.§.7. ſub num. 4.Bonacin. eod tract.diſput.7. quæſt.5.puncto 1.num.4.verſ.dixi in prouenientibus, Sanch. d.lib.8. diſp.34. num.56. Piaſec, d.p.1.c.1. ſub tit.de diſpenſat. num. 56.fol.61. Aloyſ. Ricc in praxi rerum fori Eccleſ. reſolut.450. num 5. in 2.edit. Galet.in margarita caſuum conſcient.verb.delictum vlt.Campan in diuerſ.iuris canon.rub.7.cap.5.num.3. Fr.Sigiſm.à Bononia de elect.dub.71.num.8.Fagundez d c.8.nu.25.& 29.Fr.Barthol. de Vecchis d.diſput.9.dub.15. nu.4. Trullench.d.cap.2 dub. 7. num. 3.

10. Canonicatum pęnitentialem non poſſe optari, neque Pęnitentiarium poſſe aliam præbendam optare cùm videatur ad eam electa induſtria perſonæ, reſoluunt Nauarr.*conſil.22.de prebend in antiq.*aliàs *conſil.15.ſub tit.de rebus Eccleſ non alienand in nouis.* Sayr.*in floribus deciſ. ſub tit. de prebend. deciſ.*22. Galet.*in margarita caſuum conſcient. verb. Canonicus,pag.29.col.*1.Gonzal.*ad regul.8.Cancel gloſſ. 34.num.78.& 79* Monet.*de optim.canonica, cap.3.quæſt.5.nu.* 129.Garc.*d par.5.cap.4.à num.*132.vbi *num.*134.pariter refert deciſum Pœnitentiarium nec retento, nec dimiſſo officio poſſe optare aliam præbendam, cuius officio fuit perpetuò vnitus vnus Canonicatus, & certa præbenda, refero Ego ipſe *de canon.cap.26.num.*23.

11. ε *Ab Epiſcopo inſtituatur.*] Pœnitentiarij officij inſtitutionem, & electionem perſonæ ad ſolum Epiſcopum abſque conſenſu Capituli pertinere reſoluunt Nauarr. *conſil vnic.in fine, ne Sede vac.*Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verb. Pęnitentiarius,* §.3. Flamin.Pariſ.*de confident quæſt.45. num.*17. Garc.*d.part.5. cap.4.num.*138.Vgolin.*de officio Epiſcopi,cap 33.num.*2.Mantic.*deciſ.*56. Aloyſ.Ricc.*in praxi rerum fori Eccleſ deciſ.555.in 1.edit.*aliàs *reſol.477.num.1. in 2. edit.*Armendar.*in addit.ad recop legum Nauarræ,lib.1.tit.18. l.7 de Epiſcopis numer.*52. Ceuall. *dict.tom.4. quæſt.*897. *numero* 488.

12. Electionem perſonæ Pœnitentiarij ad ſolum Epiſcopum tunc pertinere, quando præbenda non vacat in menſe Apoſt. vel adeſt alia reſeruatio, ſeu affectio, tunc enim ad Papam pertinere ratione reſeruationis, reſoluunt Gonzal.*ad reg.8.Cancel.gloſſ.9.* §.2.*à num.*84. Ceuall. *commun. contra commun quæſt.*897. *num.*488.Ego ipſe *de officio,& poteſt.Epiſcopi.part.3.alleg.55.num.13.& de Canon.cap. 26.num.*4.

13. Capitulum non poſſe ſe intromittere in electione Pœnitentiarij, licèt ad ipſum collatio ſpectet, quamuis Epiſcopus ſit abſens, ſed ipſum Epiſcopum abſentem poſſe, vbi fuerit, eligere Pœnitentiarium, refert deciſum Garc.*in addit.ad d part.5.cap.4.num.*143.

14. Pœnitentiarij electionem & collationem Sede Epiſcopali vacante neque ad Capitulum, neque ad futurum Epiſcopum, ſed ad Sedem Apoſtol.pertinere, refert deciſum Garc *in addit ad d.part.5.cap.4. num,*150. quem cito *d.cap.26.num.5.*

Collationem præbendæ vnitæ officio Pœnitentiarij 15.
ab eis fieri debere, ad quos antea ſpectabat, referunt deciſum additio ad Nauarr. *d. conſil. vnic. ne Sede vacant.* Gonzal.*ad regul 8.Cancel.gloſſ.9.*§.2.*num.*84.Garc.*d.part.5. cap.4.num* 138. Aloyſ.Ricc. *d.reſol.477.num.2.* Ego ipſe *d. allegat.55.num.*11.vbi *num.*12.cum Garc. *in addit ad d.cap. 4.num.*143. reſoluo idem in præſentatione, quod in collatione eſſe dicendum, dummodo præſentatio fiat de electo ab Epiſcopo.

ζ *Qui Magiſter ſit, vel Doctor,* &c.] Pœnitentiarium de- 16.
putari debere, qui ſit Magiſter, aut Doctor, ſeu Licentiatus in ſacra Theologia, vel iure Canonico, ex hoc decreto colligit Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. reſol.*497. Squillante *de priuileg. clericor. cap.4.num.69. &* 108. Garc. *de beneſic.part.7.cap.4 num.32.& cap.7.num.49.* vbi *num.*50. ſubdit ad beneficia, ſeu dignitates requirentia gradum, ſufficere eum habere etiam ſine ſcientia competenti, itaut adeptio, ſeu impetratio talis beneficii, ſeu dignitatis in foro Eccleſiæ iudiciali rata, & firma ſit, quod etiam tenet Azor. *inſtit.moral.part.2. lib.6 cap.6.quæſt.*1. Sed ego ipſe *d.tract.de canon.cap.26.num.9.* refero *ſub die 20. Martij* 1623 fuiſſe deciſum, officium Pœnitentiæ non eſſe conferendum Doctori, quem dicebatur eſſe valde ignarum.

Ad Pœnitentiarij officium non ſufficere gradum, non 17.
facta profeſſione fidei, iuxta conſtitut. Pij IV. aut contra Academiæ ſtatuta, vel conſuetudines receptum, tenet Nicol. Garc. *dict.cap.7.num.*51. quem refero *dict. allegat. 55.num.6.*

η *Et annorum quadraginta,* &c.] Pœnitentiarium Ca- 18.
nonicum debere eſſe conſtitutum in ætate quadraginta annorum, ſeu aliàs, quando aptior pro loci qualitate non reperitur tradunt Gutier.*canon.lib.1.cap.26.num.*40. Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.30.tract.3.num.164. in fine.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub 7. cap.6. num.* 27. Garc. *dict. part.7. cap.4.numer.* 32. *&* 33. Nouar. *in ſingul. canon. concluſ.*17. Ego ipſe *dict. allegat.55.num. 7. & dict. cap.26. num.* 10.

Et huiuſmodi quadraginta annos debere eſſe com- 19.
pletos, tenent Garc. *d.cap.4.num.*35. Nouar. *d.concluſ.17. num.*2. Ego ipſe *d.alleg.55 num.9.*

Contra Azor. *inſtit.moral.part.2. lib.6.c.5.q.6.in fine,* exiſtimantem ſufficere inchoatos.

θ *Seu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur.*] Defe- 20.
ctum ętatis quadraginta annorum in Pœnitentiario non obſtare vbi aliàs aptior pro loci qualitate reperiri non poteſt, & ſufficere quòd non reperiatur in ciuitate, aut etiam diœceſi, perſona apta cum dictis qualitatibus, nec eſſe quęrendam extra diœceſim, argument. *cap. nullus 61. diſt. & cap. ſacrorum 63. diſt.* reſoluunt Salaz.de Mendoça *in dict. libello de inſtitutione Canonicatus Pœnitentiariæ,* §.3. Squillante *de priuileg.clericor. cap.4 num.*70. Nouar.*d.concl. 17 num.*4. Garc. *d.cap.4.num.*33. vbi *num.*34. tenet quòd ſi in dięceſi non reperiatur talis perſona apta, & Epiſcopus velit eum eligere extra diœceſim, non poterit eligere niſi habentem dictas qualitates, ſi talis ibi reperiri poteſt commodè.

ι *Qui dum Confeſſiones in Eccleſia audiet.*] Pœnitentia- 21.
rium inſtitutum eo ipſo habere à iure, & à Concilio facultatem audiendi Confeſſiones pœnitentium illius dięceſis, & iuriſdictionem ad abſoluendum à peccatis, & eſſe veluti Parochum totius diœceſis, nec requiri nouam licentiam Ordinarij, tradunt Nauarr. *conſ.20.de Pœnitent.in nouis,* Lęl.Zech. *de republ.Eccleſ cap.24.de Capitulo, & Canon. ſub num.*16. Salaz. de Mendoça *in d. libello,* §.5. Vgolin.*de officio Epiſcopi, cap.33. num.2.& 3.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.477.num.5.* Ego ipſe *d.allegat.55. num.19.& d.cap.26. num.*12.

Quemlibet poſſe Pœnitentiario ſua peccata confite- 22.
ri, & ſatisfacere pręcepto. *cap. omnis vtriuſque ſexus,de pœnitent. & remiſſ.* reſoluunt Aloyſ. Ricc. *loco proximè citato,* Garc. *d.part.5.cap.4.num.*113.Ego ipſe *d.alleg.55. num.20. & d cap.26. num.*13.

Pœnitentiarium ſemper paratum exiſtere debere ad 23.
audiendas Confeſſiones, minimeque poſſe pœnitentes recuſare, & ſi recuſauerit, ab Epiſcopo puniri & priuari poſſe, tenent Salaz. de Mendoça *in d.libello,* §.5. Garc. *d.*

*part.5.*

*part.5.cap.4.num.*118.Aloyſ.Ricc. *d.reſol.*477.*nu.*6. Campan.*in diuerſ.iuris canon rub.*7.*cap.*6.*num.*27. Ego ipſe *d.alleg.*55.*num.*26.*&* *d.cap.*26. *num.*14.

24. Et teneri horis opportunis, loco, & ſede Epiſcopi, ad quem hoc pertinet arbitratu, peccata confiteri volentibus ſui copiam facere, in manu tamen virgam, ſeu bachettam, ſicut in Vrbe, non retinere, præcipuè in locis, vbi non eſt in vſu, deciſum atteſtantur Vgolin. *d.cap.*33.*num.*6.Garc.*d.part.*5.*cap.*4.*num.*117. Ego ipſe *d.allegat.*55.*num.*28.*&* 29.*&* *d.cap.*26.*num.*15.

25. Abſoluere non poſſe Pœnitentiarium à caſibus, quos Epiſcopus ſibi expreſsè reſeruauit, niſi ipſemet Epiſcopus hanc illi ſpeciatim dederit auctoritatem, reſoluunt Nauarr. *conſil.*20.*ſub tit.de penitent.& remiſſ. in nouis*, deeſt in antiq. Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod.tit. deciſ.*44. Henriq. *conſ.*62.*num.*7 *& ſeqq.*Vgolin. *d.cap.*33.*num.*3. Aloyſ.Ricc. *in praxi rerum Eccleſ.deciſ.*571.*in* 1.*edit.* aliàs *reſol.*492.*num.*2.*in* 2.*edit.& in praxi aurea, reſol.*179.*in fine*, Garc. *d.part.*5.*cap.*4.*num.*115. Gauant.*in manuali verb.Penitentiarius num.*22. Rota *in Neapolitana Penitentiaria* 5. *Iunij* 1637. *coram R.P.D.Merlino*, Ego ipſe *d.allegat.*55.*num.*23.*&* *dict.cap.*26.*num.*16.

Contra Chapeauil. *de caſibus reſeruat. cap.*3. *q.*1. *differ.*2. Mendoz. *in d.libello*,§.5. Piaſec. *in praxi Epiſcop.part.*2.*cap.*1.*num.*16. exiſtimantes ipſum Pœnitentiarium ſi ſuę prębendę fuerit annexum Pœnitentiarię officium, poſſe abſoluere abſque alia facultate ab omnibus caſibus Epiſcopo reſeruatis.

26. Non poſſe caſus reſeruatos ſibi ab Epiſcopo commiſſos alteri ſubdelegare, niſi habuerit expreſſam ad hoc Epiſcopi poteſtatem, tenent Ioan.Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. iuriſdictio different.*2.*num.*3. Garc. *in addit. ad d.part.*5.*cap.*4. *num.*112. quem refero *d.alleg.*55.*num.*24.

27. Nec ſuam auctoritatem poſſe delegare reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut.*179. Ioan.Valer. *vbi ſupra*, Boſſi. *in diſcept.mor.diſcept.*1.*num.*57. Ego ipſe *d.alleg.*55.*num.*22.*&* *d. cap.*26. *num.*18. vbi refero ita cenſuiſſe S. Congreg. Epiſcop.& Regul.*in Regien.*2. *Octobris* 1584.

28. *x Interim præſens in choro cenſeatur.* ] Pœnitentiarium pro preſente in choro habendum eſſe dum audit confeſſiones in Eccleſia, ſiue in Confeſſionario, ſiue extra, non tamen pro tempore, quo reſidet in Confeſſionario, nec audit confeſſiones, alijs in choro diuina celebrantibus, nec item ſi dixerit Miſſam, aut ſi priuatim Officium dicat, etiam vt opportunius confeſſiones audiat, cenſendum eſſe præſentem in choro, aſſerunt Salaz. de Mendoça *in dict.libello*, §.6. Monet. *de diſtribut. quotid. part.*2. *quæſt.* 11. *num.*64. *cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *dict. reſolut.*477.*num.*6.*& in deciſ.curiæ Archiep Neapol.p.*4.*deciſ.*115. Vgolin. *d.cap.*32.*num.*5. Campan. *d.num.*27. Garc. *d.part.*5.*cap.*4.*num.*124.*& ſeq.* Ego ipſe *d.allegat.*55.*num.*30. *et d.cap.*26.*num.*20.

Pœnitentiarius non ſolùm cenſetur præſens in choro quando Confeſſiones audit, ſed etiam cenſetur præſens proceſſionibus, & exequijs defunctorum, quæ eo tempore fiunt, quo ipſe audit Confeſſiones, ſed non ſufficit quòd ſit in Confeſſionario, niſi realiter ipſe Confeſſiones audiat, refert deciſum Garc. *dict. part.*5. *cap.*4. *numero* 125. 29.

Pœnitentiarius, dum Confeſſiones audit in Eccleſia, cenſetur præſens & proceſſionibus, & orationibus, refert deciſum idem Garc. *in addit. ad dict. part.* 5. *cap.* 4. *num.*125. 30.

Pœnitentiarium præſentem in choro non cenſeri, ſi confeſſiones extra Eccleſiam etiam infirmorum audiat, reſoluit Garc. *in addit. ad d. part.*5. *cap.*4. *num.*125. *in fine*, quem refero *d. alleg.*55. *num.*32. 31.

Pœnitentiarium, antequam prębenda, quæ ſuo officio fuit vnita, vacet, non habere locum nec in Capitulo, nec in choro, nec poſſe diſtributiones quotidianas percipere, ſed poſtquam vacauerit, & eam adeptus fuerit, debere ſedere in loco ſui canonicatus, atteſtatur reſolutum Garc. *in addit. ad d.part.*5.*cap.*4.*num.*111. vbi etiam pariter deciſum aſſerit Pœnitentiarium ab Epiſcopo ad præſcriptum Concilij inſtitutum, & deputatum cum vnione præbendæ proximè vacaturæ, teneri officium exercere, & inſeruire Pœnitentiariæ, ac Parochialem, quam obtinet, dimittere etiam ante vacationem præbendæ. 32.

Ad maiorem reſidentiam quam alios Canonicos non teneri Pœnitentiarios, dummodo non abſint tempore, quo frequentiùs pœnitentes accedunt, & diebus feſtis ſolemnibus, veluti tempore ieiuniorum, Quadrageſimæ, Aduentus, Quatuor temporum, Reſurrectionis, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Aſſumptionis B.Virginis, Natiuitatis Domini, & omnium Sanctorum, referunt deciſum Salaz. de Mendoça *in dict. libello* §.7. Vgolin. *dict. capitulo* 33. *numer.* 6. Garc. *dict. part.*5. *cap.*4. *numer.*122. Garc. *d.alleg.*55. *num.* 33. *et dict. cap.*26. *num.* 19. 33.

---

*Eccleſiæ ſeculares, quæ nullius ſunt diœceſis, ab Epiſcopo viciniori viſitentur, aut alio qui hic ponitur modo.*

## CAPVT IX.

1 *Eccleſiæ ſeculares nullius diœceſis quantuncunque exemptæ, & Sedi Apoſtol. immediatè ſubiectæ, earumque Prælatus ſecularis iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habens poſſunt ab Epiſcopo, cuius Cathedralis Eccleſia eſt proximior, viſitari.*

2 *Viſitationem vicinioris Epiſcopi non poſſunt effugere Eccleſiæ ſeculares nullius diœceſis.*

3 *Locus nullius diœceſis ſi ſit in aliqua diœceſi, viſitatio ſpectat ad Ordinarium in cuius diœceſi eſt locus nullius.*

4 *Vicinior Epiſcopus poteſt viſitare beneficia ſecularia, & clericos ſeculares Abbatiæ nullius diœceſis.*

5 *Collegiati nullius diœceſis viſitari debent à viciniori Epiſcopo.*

6 *Epiſcopus legitimè impeditus poteſt ex facultate ſibi tradita in hoc decreto Eccleſias, quæ nullius ſunt diœceſis, per ſuum Vicarium generalem viſitare.*

7 *Vicarius Capituli Sede vacante non gaudet hac facultate.*

8 *Epiſcopus proximior, qui poteſt viſitare Eccleſiam Parochialem nullius diœceſis, habet facultatem emendandi, corrigendi, & puniendi.*

QVæ aliàs ſub fel. rec. Paulo III. [a] & nuper ſub Beatiſſimo Domino noſtro Pio IV. in hoc eodem Concilio de adhibenda ab Ordinarijs diligentia in beneficiorum, *α etiam exemptorum, viſitatione* conſtituta ſunt, eadem etiam in ijs Eccleſijs ſæcularibus obſeruentur, quæ in nullius diœceſi eſſe dicuntur, *β vt ab Epiſcopo*, cuius cathedralis Eccleſia eſt proximior, ſi id conſtet, alioquin ab eo qui ſemel in Concilio prouinciali à Prælato loci illius electus fuerit, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato *γ viſitentur, δ non obſtantibus priuilegijs ε & conſuetudinibus* quibuſcumque, etiam immemorabilibus.

[a] Supr. ſeſſ. 9. de refor. c.4. & ſeſſ.7. de reformat. c.8. & ſeſſ.21. de refor. c.8.

Vide

1. VIde Nauarr. *conſ.* 11. *de offic. ordin. in antiq.* aliàs *conſ.* 12. *de maiorit & obed. in nouis.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de officio ordin. deciſ* 11. *in princip.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.* 1. *verb. viſitatio* §. 11. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 40. *prope fin.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 1153. Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 74 Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 6. *l.* 5. §. 2. *num.* 13. Rota *deciſ.* 501. *part.* 2. *recent.* & apud Tamburin. *in fine tom.* 3. *de iure Abbatum deciſ.* 67. *per tot.* vbi dicit quòd vicinior præſumitur Epiſcopus loco nullius contra quem cauſa committitur. *et deciſ.* 68. metipſum *de officio, et poteſt. Epiſcopi part.* 3. *alleg.* 74. *à num.* 5.

2. Et nullo modo huiuſmodi ſeculares Eccleſias nullius diœceſis poſſe effugere viſitationem vicinioris Epiſcopi cenſuit Rot. *deciſ.* 396. *part.* 1. *recent.*

3. Si verò locus nullius diœceſis ſit in aliqua diœceſi, viſitationem ſpectare ad Ordinarium, in cuius diœceſi eſt locus nullius, refert deciſum ead. Rot. *deciſ.* 501. *num.* 5. *part.* 2. *recent.*

4. Vicinior Epiſcopus poteſt viſitare beneficia ſecularia, & clericos ſeculares Abbatiæ nullius diœceſis, ipſoſque culpabiles repertos corrigere, & dicitur vicinior Epiſcopus tantùm ille, cuius cathedralis Eccleſia ſit Abbatiæ proximior, nó autem locus dictæ Abbatiæ ſubiectus, ita Sel. *in ſelect. canon. cap.* 37. *num.* 10. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die* 2. *Auguſti* 1596.

α *Etiam exemptorum viſitatione,*] Vide Franc. Leon. *d. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 28. Fr. Emman. *queſt. regul. tom.* 1. *queſt.* 36. *art.* 3.

5. Collegiatas nullius diœceſis viſitari debere à viciniori Epiſcopo, teſtatur reſolutum Zerol. *deciſ. d. verb. viſitatio* §. 11.

β *Vt ab Epiſcopo,* &c.] Epiſcopum legitimè impeditum poſſe ex facultate ſibi tradita in hoc decreto, Eccleſias, quæ nullius ſunt diœceſis, per ſuum Vicarium generalem viſitare, tenet Sel. *deciſ. d. cap.* 37. *nu.* 1. vbi aſſerit ſic fuiſſe reſolutum *ſub die* 17. *Ianuarij* 1585. 6.

Sed huiuſmodi poteſtatem non tranſire in Vicarium à Capitulo Sede vacante conſtitutum, tradunt Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 8. *verſ.* 10. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 118. *num.* 4. Ego ipſe *d. alleg.* 74. *num.* 8. 7.

Neque in Prælatum viciniorem habentem iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt per Flores de Mena *var. lib.* 3. *quaſt.* 24. *num.* 24.

γ *Viſitentur.*] Epiſcopum proximiorem habentem facultatem viſitandi Eccleſiam Parochialem nullius diœceſis, habere etiam facultatem emendandi, corrigendi, & puniendi tam in capita, quàm in membra ex quauis cauſa, aſſerit deciſum Franc. Leo *d. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 74. *in fine,* quem refero *d. alleg.* 74. *num.* 7. 8.

δ *Non obſtantibus priuilegijs,* &c.] Vide Rot. apud Tābur. *in fine tomi* 3. *de iure Abbatum deciſ.* 67. *nu.* 5. vbi dicit hæc verba comprehendere quaſcumque perſonas quātumuis priuilegiatas, *& deciſ.* 68. reſoluit quòd Ordinario non eſt inhibendum in exercitio iuris viſitandi omnes Eccleſias ſuæ diœceſis quantumuis exemptas, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs conceſſis ante Concilium Tridentinum.

ε *Et conſuetudinibus,* &c.] Præcedentibus ſcilicet, & non futuris, iuxta reſoluta per Anguian. *de legibus lib.* 2. *controu.* 20. *num.* 21. *&* 22.

---

*Subditi Epiſcoporum nulla appellatione ſuſpendere poſſunt executionem viſitationis.*

## CAPVT X.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Epiſcopus in viſitatione quando poſſit procedere appellatione remota.*
3 *Epiſcopus in viſitatione reformato proceſſu & ſeruatis ſeruandis procedens admittit appellationem.*
4 *Appellatio datur ſi Epiſcopus in viſitatione procedat in exemptos contra eorum priuilegia.*
5 *Epiſcopi quibus conceditur facultas vt procedant etiam tanquam Sedis Apoſt. delegati, an in dubio cenſeantur procedere vt delegati.*
6 *Epiſcopus non tenetur viſitationem concludere intra certum, & determinatum tempus.*
7 *Epiſcopus poteſt præſtituere terminum Archidiacono ad viſitationem expediendam.*
8 *Appellatio ſuſpenſiua tantùm, & non deuolutiuæ tollitur vbi Epiſcopus viſitat non compilato proceſſu.*
9 *Appellatio ſi interponatur in viſitatione ab Epiſcopo ſuffraganeo etiam tanquam Sedis Apoſt. delegato debet interponi ad Metropolitanum ſolum quoad effectum deuolutiuum.*
10 *Epiſcopus quando ex Concil. Trident. procedit, vti Sedis Apoſtol. delegatus in cauſis, quæ ſub eius iuriſdictione non comprehenduntur, non poteſt ab eo niſi ad Sedem Apoſt. appellari.*
11 *Epiſcopus in viſitatione non poteſt recuſari tāquam ſuſpectus.*

EPiſcopi, vt aptius, quem regunt, populum poſſint in officio, atque obedientia continere, in omnibus ijs, quæ ad viſitationem, ac morum correctionem ſubditorum ſuorum ſpectant, ius & poteſtatem habeant, α *etiam tanquam Apoſtolicæ Sedis delegati,* ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi, iuxta canonum ſanctiones, β *quæ illis ex prudentia ſua* pro ſubditorum emendatione ac diœceſis ſuæ vtilitate neceſſaria videbuntur. [a] Nec in his, vbi de viſitatione, aut morum correctione agitur, exemptio, γ *aut vlla inhibitio,* δ *appellatio,* ε *ſeu querela,* etiam ad Sedem Apoſtolicam, interpoſita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta, aut iudicata fuerint, quoquomodo impediat, aut ſuſpendat.

a Supra ſeſſ. 21. de refor. cap. 1. & ſeſſ. 25. de refor. cap. 1.

1. VIde Lancellot. *de atten. et innouan. appell. pend. limit.* 18. *in princip. num.* 6. Ruginell. *de appellat.* §. 2. *cap.* 3. *num.* 6. Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *part.* 5. *cap. unico num.* 14. Gabr. Berart *in ſpeculo viſit. ſecul. cap.* 27. *n.* 62. Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 32. Curi. Philip. *part.* 1. §. 7. *num.* 10. Marcheſan. *de commiſſ. part.* 1. *de commiſſione appellationum extra Curiam Rom. cap.* 6. *num.* 78. Fr. Emman. *queſt. regul. tom.* 2. *queſt.* 6. *art.* 2. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.* 2. *cap.* 2. *num.* 77. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 6. *de viſitat. num.* 104. *cum ſequent.* Thom. Valaſc. *allegat. iuris tom.* 1. *allegat.* 70. *n.* 5. *cum ſeqq.* Sayr. *in claui Regia lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 13. Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 61. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol.* 7. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *part.* 2. *cap.* 10. *num.* 26. Stephan. VVeyms *ad conſtit.* 24. *ex iure antiquo deſumptas, et per Concil. Trident. innouatas, conſtit.* 17. *num.* 14. Gabr. Pereira *de manus Regia part.* 1. *c.* 7. *à princ.* latè ſuprà *ſeſſ.* 13. *de reformat. cap.* 1. *num.* 5. *cum ſeqq.* Ex quorum dictis colligitur.

Epiſcopum in his, vbi de viſitatione, aut morum 2.

corre-

correctione agitur, omni & quacunque appellatione, ſeu querela, etiam ad Sedem Apoſt. interpoſita remota, quæ executionem nullo modo impedire, aut ſuſpendere valet, poſſe procedere, punire, & exequi, dummodo procedat ſine proceſſu, & ſine ſcriptis, etiam carcerando, & carceratos detinendo, tunc enim ſi carcerati appellauerint, poſſe iudicem appellationis cognoſcere de prætenſo exceſſu in corrigendo, interim tamen non impediri, aut ſuſpendi executionem eorum, quæ ab Ordinario ſunt decreta, de quo ſuprà *ſeſſ. 13. de reformat. cap. 1. num. 5.*

3. Vnde Epiſcopo formato proceſſu, & ſeruatis ſeruandis procedente non habere locum huius decreti diſpoſitionem, refert deciſum Franc. Leo *d. num. 77.* tunc enim appellationem quoad vtrumque effectum admitti dixi ſuprà *ſeſſ. 13. de reformat. cap. 1. poſt num. 7.*

4. Dari tamen appellationem, ſi Epiſcopus in viſitatione procedat in exemptos, ſeu aliàs priuilegiatos contra eorum priuilegia, reſoluunt Marcheſ. *dict. num. 78.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 7. num. 3. verſ. verum*, Ego ipſe *d. allegat. 73. num. 34.* & citati ſuprà *ſeſſ. 13. de reformat. cap. 1. num. 5. in fine.*

5. *α Etiam tanquam Sedis Apoſt. delegati.*] An in dubio procedere cenſeantur vt delegati? vide Nauarr. *conſ. 32. num. 8. de ſentent. excommun. in antiq.* Monach. *de præſumpt. lib. 2. præſ. 17. num. 4.* Maſcard. *de probat. concl. 945. num. 15.* Cened. *ad Decretal. collect. 157. num. 1.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 92. num. 10. cum ſeqq.*

6. *β Quæ illis ex prudentia ſua*, &c.] Epiſcopum non teneri viſitationem concludere intra certum, & determinatum tempus, neque ad hoc Concilium vllum præſcripſiſſe, ſed reliquiſſe arbitrio Epiſcopi, illudque debere eſſe diſcretum, & moderatum, referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 717. in 1. edit.* aliàs *reſol. 608. num. 2. in 2. edit.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis num.* 113. Ego ipſe *dicta alleg. 73. num. 39.*

7. Poſſe tamen ipſum Epiſcopum præſtituere terminum Archidiacono ad viſitationem expediendam, & præſcribere comitatum, & equitatum, ne oneri ſit Eccleſijs, quas viſitauerit, aſſerit reſolutum Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3.* vbi de viſitatione quorundam exemptorum, *num. 62. pag. 213.* quem refero Ego ipſe *d. alleg. 73. num. 39.*

*γ Aut vlla inhibitio*, &c.] Intelligit Salzed ad Bernard. *in pract. Canon. cap. 79. littera B. verſ. eſt tamen circa ſuperiora*, vt hoc Decretum procedat quando iudex ſuperior non iuſtificata appellatione, nec viſis actis proceſſus inferiorem inhibere contendit; ſed ſi poſtquam appellatio iuſtificata fuerit ex proceſſu iam ad tribunal appellationis delatæ inhibitio conceſſa fuerit, erit obtemperanda; nec poterit inferior iudex ad ſuæ ſententiæ executionem procedere, aliter quidem Superiorum iudicum auctoritas & poteſtas non vulgarem iacturam pateretur, daretúrque cauſa inferioribus iudicibus, vt pro libito iudicarent, & multis cauſis appellationis auxilium nihil proficeret, & alia multa incommoda ſequerentur, quæ prorſus aliena ſunt à mente ſancti Concilij Hactenus Salzedo.

8. *δ Appellatio.*] Suſpenſiua ſcilicet, & non deuolutiua, vt per Villadieg. *in ſpeculo viſitat. fol. 35. num. 31.* Eraſm. à Cochier *de iuriſd. Ordin. part. 2. q. 14. num. 5.* Thom. Valaſc. *allegat. iuris tom. 1. alleg. 70. num. 5. in fine*, contra Gonzal. Mendez de Cabedo *diuerſ. argument. lib. 1. cap. 19. à num. 8.* exiſtimantem in cauſa viſitationis effectum ſuſpenſiuũ appellationis tolli ſolùm vbi agitur de correctione morum. Verùm hac in re optime Narbona *l. 59 gloſſ. 1. num. 148. tit. 4. lib. 2. Recopil.* diſtinguit inter ſententiam diffinitiuam, & interlocutoriam, itaut in cauſis viſitationis à ſententia diffinitiua quoad effectum ſuſpenſiuum tantùm appellari prohibeatur, *ſupr. ſeſſ. 22. cap. 1. de reformat.* à ſententia autem interlocutoria in cauſis viſitationis non ſolùm quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed etiam quoad effectum deuolutiuum appellatio interdicatur; & refert quòd propoſito dubio in ſacra Congregat. An quod ſtatuitur decreto Concilij *ſeſſ. 13. cap. 1.* ne in cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis, & inhabilitatis, necnon criminalibus ab Epiſcopo ante definitiuam ab interlocutoria, vel alio quocumque grauamine appelletur, ita intelligendum ſit vt nullatenus appellari & cognoſci poſſit de grauamine huiuſmodi, vel potiùs quod citra præiudicium curſus cauſæ coram Epiſcopo, poſſit Metropolitanus cognoſcere de grauamine ante diffinitiuam, & ad effectum prædictum abſque vlla inhibitione mandare ſimpliciter quòd ſibi tranſmittatur copia proceſſus expenſis appellantis? Reſpondit non poſſe Metropolitanum cognoſcere de grauamine ante diffinitiuam, nec mandare vt ſibi trãſmittatur copia proceſſus.

Si in viſitatione appellari contigerit ab Epiſcopo ſuffraganeo, etiam tanquam Sedis Apoſt. delegato, debere appellari ad Metropolitanum quoad effectum deuolutiuum, non quoad ſuſpenſiuum, referunt deciſum Piaſec. *d. cap. 3. num. 61.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 2. verb. viſitatio §. 3.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 449. num. 2. prope fin.* Ego ipſe *dicta allegat. 37. num. 35. & alleg. 92. num. 14.* 9.

Epiſcopus quando ex Concil. Tridentin. procedit vti Sedis Apoſtol. delegatus in cauſis, quæ ſub eius iuriſdictione non comprehenduntur, non poteſt ab eo niſi ad Sedem Apoſtol. appellari, neque ex hoc inferioribus iudicibus vllum fit præiudicium, refert deciſum Garc. *de benefic. part. 4. c. 5. num. 12.* 10.

*ε Seu querela*, &c.] Non poſſe Epiſcopum in viſitatione recuſari tanquam ſuſpectum, dum tamen in ea proceſſum non compleat, & ſe intra viſitationis terminos contineat, ſicut etiam in præparatoria inquiſitione non poſſe vt ſuſpectum recuſari, neque probatione, vel allegatione ſuſpicionis impediri quominus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emendationem reſpiciat, viſitatos, aſſerit deciſum Garc. *part. 3. cap. 2. num. 198.* Gabr. Pereira *de manu Regia part. 1. cap. 7. num. 18.* Salgado *de protect. Regia part. 2. cap. 15. nu. 63.* Mendez de Caſtro *in praxi Luſitana part. 2. lib. 2. cap. 3. numer. 35.* vbi cum Gabr. Pereira citato loco, ſubdit viſitatorem poſſe tanquam ſuſpectum recuſari, quando ante viſitationem fuerat iam iudicatus ſuſpectus. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. num. 7. & 8.* vbi *num. 34.* ſecus dicit ſi in viſitando modum exceſſerit, refero Ego ipſe *d. allegat. 73. num. 38.* vbi ad litteram tranſcripſi quoddam Breue Pauli V. fel. rec. ſuper hoc tranſmiſſum Reuerendiſs. Epiſcopo Portugal. *ſub dat. 29. Octobris* 1610. 11.

---

*Epiſcoporum iuri nihil eſt derogatum ob honorarios titulos, & priuilegia particularia, niſi, &c.*

## CAPVT XI.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*

2 *Protonotarij an & quando exempti ſint à iuriſdictione Epiſcopi.*

3 *Protonotarius honorarius tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis fori priuilegio gaudet.*

4 *Referendarij de numero ſunt exempti.*

5 *Referendarij cedunt præcedentiam Auditori Confidentiarum.*

6 *Subcollectores ſpoliorum tam in officio, quàm poſt ab Ordinarij iuriſdictione exempti ſunt.*

7 *Subcollectores non poſſunt viſitari nec corrigi ab Epiſcopo.*

8 Oblati

8 *Oblati priuilegio & exemptione quando gaudeant.*
9 *Capellani Regij exempti ſunt à iuriſdictione Ordinarij, ſi actu fuerint ſeruientes in Capellis Regijs.*
10 *Fratres S. Ioannis Hieroſol. poſſunt dare dimiſſorias clericis inſeruientibus in eorum Eccleſijs.*
11 *Curam animarum exercentes etiam in Parochialibus Hieroſol. Religionis tenentur accedere ad Congregationes, quæ iuſſu Epiſcopi ad caſus conſcientiæ diſſerendos habentur.*
12 *Eques Hieroſol. ſi incidat in excommunicationem can.* ſi quis ſuadente, *poteſt Epiſcopus præcipere omnibus Parochis, & Sacerdotibus ne eum admittant intra Eccleſias ipſi Epiſcopo ſubiectas.*

a Suprà ſeſſ. 6. cap. 3.

QVoniam priuilegia [a] & exemptiones quæ varijs titulis pleriſque conceduntur, hodie perturbationem in Epiſcoporũ iuriſdictione excitare, & exemptis occaſionem laxioris vitæ præbere dignoſcuntur, decernit ſancta Synodus, vt ſi quando iuſtis, grauibus, & ferè neceſſarijs ſuadentibus cauſis, aliquos honorarijs titulis α *Protonotariatus*, Acolytatus, Comitis Palatini, Capellani Regij, aut alijs huiuſmodi in Romana Curia, vel extrà inſignibus decorandos eſſe placuerit, β *necnon alios, cuicumque monaſterio oblatos*, vel quomodocumque addictos, aut ſub nomine ſeruientium militijs, ſeu monaſterijs, hoſpitalibus, collegijs, aut quocumque alio titulo aſſumi, nil ex ijs priuilegij detractum eſſe Ordinarijs intelligantur, quo minus ijs, quibus ea iam conceſſa ſunt, vel in poſterum concedi contigerit, ipſis Ordinarijs γ *tanquam Apoſtolicæ Sedis delegatis*, plenè in omnibus δ *& quo ad Capellanos Regios*, iuxta conſtitutionem Innocentij III. quæ incipit, [b] Cum Capella, ſubiecti exiſtant, ε *exceptis tamen ijs*, qui prædictis locis, ζ *aut militijs actu ſeruiunt*, & intra eorum ſepta, ac domos reſident, ſubque eorum obedientia viuunt, ſiue iis, qui legitimè, & ſecundùm regulam earundem militiarum profeſſionem fecerint, de qua Ordinario conſtare debeat, non obſtantibus priuilegiis quibuſcumque, η *etiam religionis ſancti Ioannis Hieroſolymitani*, & aliarum militiarum. Quæ verò priuilegio reſidentibus in Curia Romana, vigore [c] Eugenianæ Conſtitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere ſolent, θ *ea in ijs, qui beneficia* Eccleſiaſtica obtinent, ratione prædictorum beneficiorum minimè intelligantur, ſed Ordinarii iuriſdictioni ſubiecti permaneant, non obſtantibus quibuſcumque inhibitionibus.

b Cap. cùm capella extra de priuileg. Decreta lib. 5. tit. 35. c. 16.

c Cap. diuina, de priuileg. in extr. comm.

1. VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 8. num. 1. & cap. 11. num. 1. & cap. 20. num. 16.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib 3. quæſt. 11. num. 5.* Franc. Leon. *in theſauro fori Eccleſ. part. 2. cap. 2. num. 78* Fr. Emman. *quæſt regul. tom. 2. quæſt. 64. art. 4. & q. 108. artic. 3.* Aldrete *in allegat. pro omnimoda Religionum exemptione part. 1. cap. 6. num. 2.* Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. Ordinarij in exemptos part. 1. quæſt. 18. num. 8.* nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure depromptas, & per Concil. Tridentin. innouatas, conſtit. 21. pag. 248. cum ſeqq.* vbi innouari dicit *cap. cùm capella, de priuileg.* per textum Concilij in præſenti, & vnum ac alterum multipliciter explicat. latè Modern. *de ſupplicat. ad ſanctiſſim. part. 2. cap. 15. à num. 13.*

2. α *Protonotariatus.*] An & quando Protonotarij exempti ſint à iuriſdictione Epiſcopi, vide Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, ſub tit. Protonotarij,* Anton. de Prætis *de iuriſdict. Epiſcopi cap. 8.* Eraſm. à Cochier *d. quæſt. 18.* metipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi p. 3. alleg. 74. num. 30. cum ſeqq.* Sel. *in ſelect. canonic. c. 71. num. 2.* vbi aſſerit *in Papien. 14. Decembris* 1630. fuiſſe deciſum Protonotarium Apoſt. in ciuilibus eſſe exemptum quoad cauſas excedentes ſummam 25. ducatorum ex Bulla 8. Leonis X. quia Concilium in præſenti non derogat priuilegijs Protonotariorum, niſi in cauſis criminalibus.

3. Protonotarius honorarius tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis fori priuilegio gaudet, etiamſi Eccleſiæ non inſeruiat, Sel. *d. cap. 71. num. 3.* atteſtans ita deciſum *ſub die 9. Iulij* 1626. & quamuis non ſit adſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ, ex eodem Sel. *dicto loco,* vbi refert ſic fuiſſe reſolutum *in Toletana 27. Martij* 1632. De Protonotarijs titularibus aliqua dixi *in tract. de Canonicis c. 5. num. 54. & cap. 18. nu. 34.* & nouiſſimè *in canonicis deciſionibus verb. Protonotarius.*

4. Referẽdarios de numero eſſe exemptorũ dicit Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 2. verb. Referendarij,* ſubſunt tamen locorum Ordinarijs ratione beneficiorum, quæ habent in partibus, vt per Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſolut. 30.* quem refero Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſcopi part. 3. alleg. 74. à num. 30.*

5. Referendarios cedere præcedentiam Auditori Confidentiarum, tenet Sel. *d. cap. 71. num. 8.* aſſerens ita deciſum per S. Congreg. Rit. *ſub die 6. Decembris* 1621. Et illos extra Eccleſiã, præcedere debere Canonicis, & Dignitatibus, aſſerit idem Sel. *citato loco,* atteſtans ſic cẽſuiſſe eandem S. Congr. *in Veronen. 6. Iunij, & 4. Iulij* 1626.

Subcollectores ſpoliorum tam in officio, quàm poſt ab Ordinarij iuriſdictione exemptos eſſe, idque in vim Bullæ ſanctæ mem. Gregorij XIII. reſoluit Sel. *d. c. 71. num. 10.* vbi refert ita cenſuiſſe S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *in Egitanien. 15. Iulij* 1616. 6.

Subcollectores igitur non poſſe viſitari, nec corrigi ab Epiſcopo referunt deciſum Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 198. in 18. declar.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ l. 1. tit. 6. de viſitat. num. 80.* 7.

β *Necnon alios cuicunque Monaſterio oblatos,* &c.] Oblatos priuilegio, ac exemptione ita demum debere potiri ſi in forma iuris valida perpetuò, irreuocabiliter, plenè & cum effectu ſe ipſos, & bona ſua omnia, præſentia, & futura, nulla prorſus, quamuis minima, eorum portione, neque in proprietatem, neque in vſumfructum ſibi reſeruata Religioni obtulerint, & habitum aliqualiter mutauerint, refero deciſum Ego ipſe *in tract. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. paulo poſt princ. in verſ. de oblatis,* vbi addo quòd ſi omnia prædicta ſimul non concurrant, neque fori priuilegio, neque immunitate à ſecularibus exactionibus frui poſſe. 8.

γ *Tanquam Apoſt. Sedis delegatis.*] Vnde ex facto dicitur Sacram Congreg. in quadam controuerſia Collegiatæ Eccleſiæ S. Michaelis Lucenſis reſpondiſſe, quòd licet viſitari non poſſet Eccleſia ratione fundationis, & donationis, vtpote exempta ab Epiſcopo vt Ordinario, viſitari tamen poſſet ab eodem Epiſcopo tanquam Sedis Apoſt. delegato, vt refert Stephan. VVeyms *d. conſtit. 21. num. 11.* ſubdens eandem delegatorum Sedis Apoſt. poteſtatem adhuc attribuiſſe Tridentinam Synodum *ſeſſ. 6. de reform. c. 3. & ſeſſ. 14. de reform. c. 4.* Epiſcopis Diœceſanis quoad ius viſitandi, corrigendi, & puniendi indifferenter omnes nõ obſtantibus quibuſcunque exemptionibus, & priuilegijs, quia per illa iuriſdictionẽ Epiſcopalem voluit impediri non poſſe, & idem Stephan. VVeyms *citato loco num. 12.* aduertit quòd quando Ordinarij delegatam iuriſdictionem exercere volũt contra exemptos, conſultò exprimunt in procedendo, cùm in dubio ſola ordinaria, non vero delegata iuriſdictione proceſſiſſe cenſerẽtur, & *num. 13.* affirmat eandem delegatam poteſtatem exercere non poſſe Vicarium generalem Epiſcopi vigore ſuæ ordinariæ iuriſdictionis, neque Capitulum Cathedralis, Sede Epiſcopali vacante.

δ *Et quoad Capellanos Regios,* &c.] Vide Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. c. 11. nu. 1.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2. verb. exempti,* 9.

latè

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

latè Aloyſ. Ricc. *in praxi part. 4. reſol. 493. cum ſeqq.* Steph. VVeyms *d. conſtit. 21. n. 16.* vbi dicit Capellanos Regios tunc demum vti poſſe exemptione ab ordinaria iuriſdictione, ſi actu fuerint ſeruientes in capellis Regijs, non etiamſi extra illas degant. Eraſm. à Cochier *d. p. 1. q. 32. n. 9.* vbi ſubdit quòd iſti Capellani ratione beneficiorum, quæ alibi obtinent, ſubſunt Epiſcopo, & citat Mandoſ. *de ſignatura gratiæ, tit. Exemptiones, in fine* Zerol. *in d. praxi Epiſcop. part. 1. verb. Exemptio* §. 2.

De exemptione per ſummos Pontific. conceſſa Capellanis Regiæ Capellæ Vlixbonen. latè agit Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ, cap. 43. per tot.*

ε *Exceptis tamen ijs,* &c.] Vide Fr. Emman. *dicto tom. 2. quæſt. 62. art. 14. & quæſt. 67. art. 4.*

10. ζ *Aut Militijs actu ſeruiunt.*] Notat Stephan. VVeyms *d. conſtit. 21. num. 9. pag. 255.* Ordinum Militarium priuilegijs & exēptionibus gaudere nō poſſe niſi actu Militiæ, & in domibus illius, & ſub eius obedientia inſeruientes, & quòd probauerint ſe in ea legitimam emiſiſſe profeſſionem, alioquin Ordinarij Diœceſani fundatam habebunt intentionem contra eos, & eorum clericos procedendi iuxta decreta Concilij Trident. *ſeſſ. 6. c. 3. & ſeſſ. 14. c. 4.* & hoc decreto, additque ex Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. exemptio q. 3.* quòd inſeruientes Religioni S. Ioannis Hieroſolymitani, vel alteri ex Militaribus eius exemptionibus non gaudent, niſi habuerint qualitates, & circunſtantias ſequentes. Primam, vt re ipſa, atque actu reali ſeruiant Eccleſiæ Ordinis Militaris exempti. Secundam, vt reſideant in domibus ſui Ordinis, & intra ſepta illarum. Tertiam, vt ſub obediendia Ordinis viuant. Quartam, vt profeſſionem feciſſe debeant ſecundùm regulā ipſarum Militiarum. Quintam, quòd de præmiſſis teneantur fidem facere, apud Ordinariū diœceſanum. Fratres S. Ioannis Hieroſolymitani non poſſe dare dimiſſorias clericis inſeruientibus in eorum Eccleſiis, ad eum finē vt poſſint ordinari, refert deciſū Sel. *d. c. 71. n. 15.*

Curam animarum exercentes, etiam in Parochialibus 11.
Hieroſolymitanæ Religionis, teneri accedere ad Congregationes, quæ iuſſu Epiſcopi ad caſus conſcientiæ differendos habentur, reſoluit Sel. *cap. 71. num. 17.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *ſub die 4. Martij* 1598.

η *Etiam Religionis S. Ioannis Hieroſolymitani,* &c.] Vide Fr. Emman. *quæſt. regular. tom. 1. quæſt. 65. art. 17.*

Eques Hieroſolymitanus ſuum Parochum publicè 12.
alapa percuſſit, & citatus ab Ordinario, ſua priuilegia oppoſuit, in quo caſu refert deciſum Sel. *d. cap. 71. nu. 20.* non poſſe Ordinarium exercere vllam iuriſdictionem, neque excommunicando, neque declarando excommunicatum, quia ex priuilegio exemptus eſt, vt in hoc decreto; tamen ex quo ipſe ob talem percuſſionem incidit in excommunicationem can. *ſi quis ſuadente diabolo,* poſſe Epiſcopum præcipere omnibus Parochis, & Canonicis, & alijs Sacerdotibus, ne eum admittant intra Eccleſias ipſi Epiſcopo ſubiectas.

θ *Ea in his, qui beneficia,* &c.] Reſpectu beneficiorum Ordinarij iuriſdictioni ſubſunt exempti, minimè inhibitione aliqua obſtante, Seraph. *deciſ. 595.* Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. part. 2. cap. 15. num. 14.*

---

*De ætate, & qualitate ſuſcipiendorum in Eccleſiis Cathedralibus, & profeſſione fidei, Officio, ac de reſidentia.*

## CAPVT XII.

1 *Ætas 25. annorum inceptorum requiritur in eo, qui ad dignitatem, cui animarum cura ſubeſt, promoueri deſiderat.*
*Ætas incipit à die natiuitatis. ibid.*
2 *Cura iuriſdictionalis in dignitate facit vt ad illam requirantur 25. anni incœpti.*
3 *Dignitas principalis in Collegiata requirit ætatem 25. annorum incœptorum.*
4 *Archidiaconi, qui oculi dicuntur Epiſcopi, in omnibus Eccleſiis vbi fieri poteſt, eligendi qui ſint Magiſtri, &c.*
5 *Archidiaconi qui verè animarum cura, & omni prorſus iuriſdictione carent, non tenentur eſſe Doctores.*
6 *Archidiaconi apud Hiſpanos nullam habent iuriſdictionem.*
7 *Scholaſtria conferenda eſt Doctori, vel Magiſtro, aut Licentiato in Theologia, ſeu iure Canonico, aliàs prouiſio eſt nulla.*
8 *Decanus nullo Trid. decreto iubetur, vt neceſſariò ſit Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus.*
9 *Dignitas principalis in Eccleſia collegiata exempta non debet neceſſariò conferri Licentiato.*
10 *Dignitates in Cathedralibus, quibus nulla ineſt animarum cura, poſſunt habere minores 25. annis, dummodo non minores 22.*
11 *Canonici Regulares non comprehenduntur ſub hoc decreto.*
12 *Coadiutus, & coadiutor poſſunt abeſſe tribus menſibus.*
13 *Anni viginti duo ad dignitates requiſiti debent eſſe completi.*
14 *Dignitates in Collegiata prouidentur habentibus ætatem requiſitam de iure communi.*
15 *Perſonatus habet quaſdam prærogatiuas in Eccleſia poſt exiſtentes in dignitate.*
16 *Doctores de profeſſione fidei emittenda agentes.*
17 *Forma profeſſionis fidei.*
18 *Profeſſionem fidei emittere tenentur promouendi ad Epiſcopatus.*
19 *Prælati Regulares intra duos menſes ab adeptæ poſſeſſione ſuæ præfecturæ ad emittendam fidei profeſſionem tenentur.*
20 *Profeſſionem fidei emittere non tenetur prouiſus de parochiali, quæ olim habuit parochianos, ſed nunc habere deſiit.*
21 *Profeſſionem fidei emittere non tenentur qui non prouidentur de titulo parochiali, ſed deputantur in parochijs ad exercendam curam animarum.*
22 *Terminus duorum menſium datus ad faciendam fidei profeſſionem non currit prouiſa, qui non accepit poſſeſſionem, quamuis per eum ſtet quominus illam adipiſcatur.*
23 *Poſſeſſio pacifica requiritur vt quis teneatur intra duos menſes poſt eam fidei profeſſionem emittere.*
24 *Profeſſionem fidei emittere tenetur eam facere debens etiam poſt duos menſes ab adepta pacifica poſſeſſione.*
25 *Profeſſionem fidei facere coram vicario ſufficit etiam Epiſcopo non impedito.*
26 *Profeſſionē fidei ſe feciſſe probare tenetur prouiſus quando Ordinarius ſuper illam inquirit ex officio.*
27 *Profeſſionem fidei emittere tenetur prouiſi ſiue per obitum, ſiue per reſignationem, non tamen prouiſus de coadiutoria illa durante.*
28 *Profeſſionem facere tenentur prouiſi de Dignitati-*

bus & Canonicatibus in Eccleſiis cathedralibus tam ſecularibus, quàm Regularibus.

29 Et tam ſubiectis, quàm exemptis.

30 Profeſſionem fidei facere non tenentur prouiſi de Dignitatibus & Canonicatibus in Eccleſiis collegiatis.

31 Profeſſio fidei poteſt fieri per procuratorem habentem ſpeciale mandatum.

32 Profeſſionem fidei non emittentes licèt non faciant fructus ſuos, bene tamen lucrantur diſtributiones quotidianas.

33 Niſi emolumenta omnia conſiſterent in diſtributionibus.

34 Fructus decurſos poſt lapſum duorum menſium à die adeptæ pacificæ poſſeſſionis non faciunt ſuos qui non emittunt fidei profeſſionem, bene tamen decurſos in ipſis duobus menſibus.

35 Fructus amiſſos ob non factam fidei profeſſionem reſtituere non tenetur huiuſmodi prouiſus donec condemnetur.

36 Prouiſus ante factam fidei profeſſionem non poteſt haberi pro præſente à Capitulo.

37 Fructus amiſſi ob non factam fidei profeſſionem cui ſint aſſignandi & applicandi.

38 Ordinarius non poteſt condonare fructus amiſſos ob non factam fidei profeſſionem.

39 Poſſeſſionis effectum tantùm impedit quoad fructuum perceptionem.

40 Profeſſionem non emittentes non poſſunt quoad fructus retinendos ſe tueri reg. de annali.

41 Dignitas, aut Canonicus nullus debet fieri, niſi qui requiſito Ordine ſacro ſit initiatus, quem illa dignitas, aut Canonicatus exigit, aut in tali ætate vt infra tempus ſtatutum initiari valeat.

42 Promotus ad dignitatem, præbendam, aut portionem debet in ætate conſtitutus eſſe vt infra annum poſſit ad Ordinem requiſitum promoueri.

43 Dignitatem, aut Canonicatum habentem Ordinem ſacrum accipientes ſine intentione illum aſſumendi an peccent mort.

44 Ordinum annexio, & ſuſceptio non habet locum in collegiatis.

45 Ordo non eſt regulariter annexus Canonicatibus cathedralium, ſed poteſt annexio ſtatuto, inſtitutione, vel conſuetudine fieri.

46 Canonicatus presbyteralis non dicitur etiam quòd habeat annexum onus Miſſarum.

47 Canonicus, qui eſt Sacerdos, non ob id impeditur quin poſsit præbendam ſubdiaconalem retinere.

48 Canonicatum obtinens in cathedrali etiam ante factam ordinum diſtributionem debet eſſe conſtitutus in ea ætate vt intra annum ad Subdiaconatum poſsit promoueri.

49 Canonicatus habens acceſſoriè, & in perpetuum vnitam parochialem, non aſſumit naturam parochialis.

50 Ætas 14. annorum ſufficit ad Canonicatus collegiatarum Eccleſiarum.

51 Canonicatuum & portionũ dimidia pars Presbyteri eſſe debent, cæteri Diaconi ac Subdiaconi.

52 Epiſcopus non poteſt cogere vt omnes Canonici efficiantur Sacerdotes.

53 Dignitates omnes, & Canonicatuum dimidia pars in cathedralibus Eccleſiis & collegiatis inſignibus conferri debent Magiſtris, vel Doctoribus, &c. vbi id commodè fieri poteſt.

54 Collegiatæ inſignes quæ dicantur.

55 Dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones in Cathedralibus, aut Collegiatis obtinentibus non licet vigore cuiuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis vltra tres menſes ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe.

56 Statuti ex certa ſcientia, auctoritate Apoſt. confirmati vigore poteſt Canonicus ab Eccleſia quolibet anno vltra tres menſes abeſſe.

57 Statutum vt vna hora, vel duabus intereſſentes lucrentur maſſam groſſam ſiue præbendam amiſſis diſtributionibus non valet.

58 Statutum quod intereſſentes vna hora in vno menſe ex nouem fructibus lucrentur amiſſis diſtributionibus nullum eſt, & tollendum.

59 Statutum quo ſeruitium 40. annorum Eccleſiæ præſtitum liberet beneficiarium à reſidentia, validum eſt.

60 Conſuetudo etiam immemorabilis, minimè excuſat à reſidentia.

61 Conſuetudo introduci non poteſt vt Canonici qui vna hebdomada interſunt diuinis officijs, poſſint lucrari diſtributiones ſequentis etiam hebdomadæ.

62 Conſuetudo valet vt quis in abſentia quotidianas lucretur diſtributiones, ſi ſciente, ac patiente, & tolerante Papa inducta fuerit.

63 Menſes tres, quibus poſſunt Canonici quolibet anno à ſuis Eccleſiis abeſſe, debent continere 90. dies, & poſſunt accipi non ſolum continui, ſed etiam interpolati.

64 Menſes tres poſſunt Canonici quolibet anno abeſſe ſi conſtitutiones Eccleſiæ ſeruitium totius anni requirunt.

65 Canonicus tribus menſibus abeſſe volens minimè tenetur petere, vel obtinere licentiam Epiſcopi.

66 Dignitates, & Canonici tenentur ad reſidentiam nouem menſium.

67 Statutum, quo permiſſum eſt Canonicis quatuor mẽſes quolibet anno ab Eccleſia abeſſe ſi à Papa eſt confirmatum, non cenſebitur derogatum.

68 Indultum Papę tribuens vacationem duorum menſium Canonicis contra fundationem Eccleſiæ non intelligitur ſublatum per hoc decretum.

69 Abſentes à ſeruitio Eccleſiæ quibus pœnis puniantur.

70 Pœnarum gradus in hoc decreto præſcripti neceſſario ſeruandi ſunt antequam deueniatur ad priuationem ob non reſidentiam.

71 Priuatio ob non reſidentiã facta non obſeruatis pœnarũ gradibus in hoc decreto præſcriptis eſt nulla.

72 Canonicos ad diſcendum cantum Gregorianum cogere poteſt Epiſcopus.

73 Diſtributiones quotidianæ quare ſic dicantur.

74 Diſtributiones amittunt qui omnibus horis non interfuerint.

75 Canonicus abſens ex priuilegio Papæ percipit diſtributiones.

76 Inquiſitores contra hæreticam prauitatem.

77 Collector generalis Cameræ Apoſtol. Subcollectores, Aduocati & procuratores fiſcales.

78 Archidiaconus, vel Canonicus viſitans Eccleſiam,

iura.

*iura, vel redditus ſuę præbendæ.*

79 *Pœnitentiarius ſi dum recitantur diuina officia audiat in Eccleſia confeſſiones.*

80 *Theologus, ſeu obtinens præbendam theologalem diebus, quibus legit.*

81 *Concilio generali nomine Capituli intereſſentes.*

82 *Concilio Prouinciali, vel Synodali intereſſentes.*

83 *Animarum curæ incumbentes imminenti ſuæ dignitatis, vel Canonicatui.*

84 *Canonicus miſſus à ſuo Epiſcopo ad viſitanda limina Apoſtolorum eius nomine, vel comitans ipſum Epiſcopum.*

85 *Obſes datus ab Eccleſia, ac etiam repreſſaliarum cauſa captus.*

86 *Abſens pro euidenti Eccleſiæ vtilitate.*

87 *Abſens à ſeruitio Eccleſiæ pro defenſione iurium ipſius Eccleſiæ.*

88 *Infirmus, qui perſonaliter diuinis officijs intereſſe non poteſt.*

89 *Infirmus quoad hanc effectum dicitur ille, qui ad Eccleſiam ſe conferre non poteſt.*

90 *Cæcus effectus.*

91 *Podagra laborans.*

92 *Medicinam ſumens.*

93 *Balnea petens, ſanitatis cauſa.*

94 *Lepra vel alio morbo contagioſo coactus à ciuitate diſcedere.*

95 *Infirmi diſtributiones quotidianas lucrantur, quamuis propria culpa in infirmitatem inciderint.*

96 *Infirmi diſtributiones lucrantur ſi illi dum erant ſani conſueuerant intereſſe diuinis officijs.*

97 *Peſtis ex cauſa à ſua Eccleſia abſens.*

98 *Senio ita confectus vt reſidere, & intereſſe diuinis non poſſit.*

99 *Abſens à choro, ac etiam à ciuitate ob metum ne occideretur ab inimicis, à Principe, &c.*

100 *Timens redire ad patriam, vel in ea commorari, ob bellum ciuile, aut externum.*

101 *Detentus per vim ab aliquo vt propterea non poſſit in Eccleſia diuinis intereſſe officijs.*

102 *Carceratus iniuſtè lucratur diſtributiones.*

103 *Exulatus iniuſtè non amittit diſtributiones quotidianas.*

104 *Excommunicatus iniuſtè pariter non amittit diſtributiones quotidianas.*

105 *Suſpenſus iniuctè ab officio, vel beneficio.*

106 *Canonicus non eſt priuandus diſtributionibus quotidianis Eccleſia interdicta, aut polluta exiſtente.*

107 *Priuato iniuſtè debentur fructus, & diſtributiones quotidianæ.*

108 *Diſtributiones amiſſas ob non reſidentiam non poteſt Epiſcopus aut Capitulum remittere, aut donare.*

109 *Canonicorum conſenſus non poteſt facere, vt qui non interfuit diuinis, habeat diſtributiones quotidianas.*

110 *Diſtributiones præteritas non poteſt remittere Epiſcopus, aut Capitulum, quamuis abſit omnis fraus, & conuentio.*

111 *Canonici diuina per ſe, & non per ſubſtitutos adimplere debent.*

112 *Munera ſuę dignitati, Canonicatui, aut Portioni incumbentia per ſe ipſum ſubire, & exercere debet.*

113 *Dignitas, & Canonicatus ſi ſint adinuicem, & ęquè principaliter vnita, illa obtinens vtriuſque onera ſubire per ſeipſum tenetur.*

114 *Dignitatem obtinens, cui vnita eſt Portio perpetuò, & acceſſoriè, illam obtinens non tenebitur ſeruire tanquam Portionarius.*

115 *Canonici cogendi ſunt ad perſonaliter canendum Miſſam illis diebus, quibus ex inſtituto, & legitima conſuetudine illius Eccleſiæ debent.*

116 *Canonici aſſiſtere tenentur Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti in ciuitate tantùm, licèt extra cathedralem Eccleſiam.*

117 *Epiſcopo Miſſam priuatè celebranti in Cathedrali non tenentur Canonici aſſiſtere.*

118 *Canonici tenentur pſallere ſeu canere in choro cum alijs ſub onere, & obligatione reſtitutionis diſtributionum.*

CVm dignitates, in Eccleſijs præſertim cathedralibus, ad conſeruandam augendamque Eccleſiaſticam diſciplinam fuerint inſtitutæ, vt qui eas obtinerent pietate præcellerent, alijſque exemplo eſſent, atque Epiſcopos opera, & officio iuuarent: meritò, qui ad eas vocantur, tales eſſe debent qui ſuo muneri reſpondere poſſint [a]. α *Nemo igitur deinceps* ad dignitates quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt, promoueatur, niſi qui ſaltem xxv. ſuæ ætatis annum attigerit, & in Clericali Ordine verſatus, doctrina ad ſuum munus exequendum neceſſaria, ac morum integritate, commendetur, iuxta Conſtitutionem Alexandri III. in Concilio Lateranenſi promulgatum, quæ incipit, [b] Cum in cunctis, β *Archidiaconi etiam* qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſiis, vbi fieri poterit, Magiſtri in Theologia, ſeu Doctores, aut Licentiati in iure Canonico. γ *Ad cæteras autem dignitates,* δ *vel perſonatus,* quibus animarum cura nulla ſubeſt, Clerici alioquin idonei, ε *& viginti duobus annis non minores,* aſciſcantur. ζ *Prouiſi etiam de beneficijs* quibuſcumque η *curam animarum habentibus,* θ *teneantur à die adeptæ poſſeſſionis,* ι *ad minus intra duos menſes* [c], κ *in manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito,* coram generali eius Vicario, ſeu Officiali, orthodoxæ ſuæ λ *fidei publicam facere profeſſionem,* & in Romanæ Eccleſiæ obedientia ſe permanſuros ſpondeant, ac iurent. μ *Prouiſi autem* ν *de canonicatibus, & dignitatibus* ξ *in Eccleſiis cathedralibus,* non ſolum coram Epiſcopo, ſeu eius Officiali, ſed etiam in Capitulo idem ο *facere teneantur:* alioquin prædicti omnes prouiſi, vt ſuprà, π *fructus non faciant ſuos,* ρ *nec illis poſſeſſio ſuffragetur* [d]. σ *Neminem etiam deinceps* ad dignitatē, canonicatū, aut portionem recipiant, τ *niſi qui eo Ordine ſacro* aut ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac ſancta Synodo ſtatutum, initiari valeat. υ *In omnibus verò Eccleſiis cathedralibus* φ *omnes canonicatus, ac portiones habeant annexum Ordinem* χ *Presbyterij,* ψ *Diaconatus, vel Subdiaconatus,* ω *Epiſcopus autem cum conſilio Capituli* deſignet, ac diſtribuat, prout viderit expedire, αα *quibus quiſque Ordo ex ſacris* annexus in poſterum eſſe debeat, ββ *ita tamen, vt dimidia ſaltem pars*

a Seſſ. 22. cap. 2.
b Cap. cum in cunctis de elect. clem. 1. epiſt. 1. ad Iacobum. Anacletus ep. 1. cap. diaconi, 93. diſt. & c. ad hæc de offic. Archid. lib. 1. decret. tit. 6. c. 7. ab Innoc. III. in 1. decr. tit. 23. c. ad hæc nos & alijs.
c 4 Toletan. cap. 25. & 26. etiā ſic prouidebatur. infr. in Bulla S. D. N. Pij IV. ſuper forma iuramenti profeſſionis fidei.
d Cap. licèt can. & c. cum ex eo. de elect. in 6. ſuprà ſeſſ. 6. de reformat. c. 12.

Preſbyteri ſint, cæteri verò Diaconi, aut Subdiaconi: vbi verò conſuetudo laudabilior habet, vt plures vel omnes ſint Preſbyteri, omnino obſeruetur. γγ *Hortatur etiam ſancta Synodus*, vt in prouinciis vbi id commodè fieri poteſt, dignitates omnes, & ſaltem dimidia pars canonicatuum in cathedralibus Eccleſiis, δδ *& collegiatis inſignibus* conferantur tantum Magiſtris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico. εε *Præterea obtinentibus* ζζ *in iiſdem Cathedralibus*, aut Collegiatis dignitates, ηη *Canonicatus, præbendas*, aut portiones, θθ *non*[e] *liceat vigore cuiuſlibet ſtatuti*, ιι *aut conſuetudinis*, κκ *vltra tres menſes*, ab eiſdem Eccleſijs quolibet anno abeſſe, λλ *ſaluis nihilominus* earum Eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſeruitij tempus requirunt: μμ *alioquin primo anno* priuetur vnuſquiſque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ ac reſidentiæ fecit ſuos, quòd ſi iterum eadem fuerit vſus negligentia, priuetur omnibus fructibus quo eodem anno lucratus fuerit: creſcente verò contumacia, contra eos, iuxta ſacrorum Canonum conſtitutiones, procedatur[f]. νν *Diſtributiones verò*, ξξ *qui ſtatis horis interfuerint*, οο *recipiant*: ππ *reliqui* ρρ *quauis colluſione, aut remiſſione excluſa*, his careant, iuxta Bonifacij VIII. decretum quod incipit, Conſuetudinem: quod ſancta Synodus in vſum reuocat: non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & conſuetudinibus[g]. σσ *Omnes verò diuina per ſe, & non per ſubſtitutos*, compellantur obire officia: ττ *& Epiſcopo celebranti, aut alia pontificalia exercenti, adſiſtere*, & inſeruire, υυ *atque in choro, ad pſallendum* inſtituto, hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter, diſtinctè, deuoteque laudare. φφ *Veſtitu inſuper decenti* tam in Eccleſia, quàm extra, aſſiduè vtantur: [h] ab illicitiſque venationibus, aucupiis, choreis, tabernis, luſibuſque abſtineant: atque ea morum integritate polleant, vt merito Eccleſiæ Senatus dici poſſit. Cætera, quæ ad debitum in diuinis officiis regimen ſpectant, deque congrua in his canendi, ſeu modulandi ratione, de certa lege in choro conueniendi, & permanendi: ſimulque de omnibus Eccleſiæ miniſtris, quæ neceſſaria erunt, & ſi qua huiuſmodi: Synodus prouincialis, pro cuiuſque prouinciæ vtilitate & moribus, certam cuique formulam præſcribet. Interea verò Epiſcopus non minus, quàm cum duobus Canonicis, quorum vnus ab Epiſcopo, alter à Capitulo eligatur, in iis, quæ expedire videbuntur, poterit prouidere. 31.

[e] Sup. ſeſſ. 23. de reformat. c. 1.

[f] Sexti decr. lib. 3. de cler. nô reſid. c. 1. ſexti decret. lib. 1. de conſuet. cap. 1.

[g] Seſſ. 22. c. 4. cap. licèt, & c. extirpandæ. §. qui verò. de præbend. c. quia nonnulli. de cleric. non reſid.

[h] Conc. Tur. 3. c. 8. Conc. Agath. c. 55. qui incipit Epiſcop. cap. Epiſcopum 34. diſt. tot. tit de vita & honeſt. cler. extrauag. in 6. & in clem.

DE materia huius decreti latè egi *in meo tract. de Canonicis, & Dignitatibus*, ex quo nonnulla hic tranſcribenda duxi ſuis locis aptè diſtribuenda. & addo nouiſſimè Steph. VVeyms *ad conſtit. 24. ex antiquo Iure deſumptas, & per Concilium Trid. innouatas conſtitut. 3. pag. 23. cum ſeqq.* vbi innouatur *c. cùm in cunctis, §. inferiora, de elect.* per hoc decretum.

1. α *Nemo igitur deinceps*, &c.] Ad Dignitates quaſcumque, quibus animarum cura ſubeſt, neminem promoueri poſſe, niſi qui ſaltem 25. ætatis ſuæ annum attigerit, ex hoc text. colligunt Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. cap. 6. num. 22.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, regul. 10. dub. 11. num. 24.* ſecundùm Romanam impreſſ. Squillante *de priuileg. cleric. cap. 4. num. 72.* Nouar. *in ſingul. iuris canon. concluſ. 14.* Aldan. *in compendio canon. reſolut. lib. 1. tit. 10. nu. 15.* vbi refert deciſum *in Cotronen. ſub die 4. Decembris* 1627. ætatem incipere à die natiuitatis, non autem à die Baptiſmi, & ſufficere dictum 25. ætatis annum inceptum. Ego ipſe *in collect. ad cap. cùm in cunctis, §. inferiora, num. 30. de elect. & in tract. de Canon. cap. 13. num. 18.* & refert Sel. *ex d. Cotronen.* ætatem 25. annorum ad ſacerdotium neceſſariam requiri in dignitate Eccleſiæ cathedralis, cui ſit diſtributio Miſſæ cantatæ per trinum infra hebdomadam, cùm habeat onus annexum, ac proinde teneatur per ſe adimplere, additque ex *vna nullius* 18. *Decembr.* 1627. collationem de Eccleſia, vel dignitate, cui ſubeſt cura animarum vt valeat, requiri quòd promouendus attingat vigeſimumquintum annum.

Comprehendere etiam illas dignitates, quæ ſunt capita illarum Eccleſiarum collegiatarum, & quæ etiam eſſent exemptæ à iuriſdictione Ordinarij, & habent tantum iuriſdictionem in Canonicos, & deſeruientes in illis Eccleſijs, refert deciſum Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 181.*

2. Et hoc procedere, etiamſi cura iuriſdictionalis ſit, tenent Nauarr. *conſil. 4. num. 2. ſub tit. de ætate, & qualitat. in vtraque edit.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. deciſ. 4.* quos refero *d. tract. de Canon. cap. 13. num. 20.*

3. Vnde ad Dignitatem principalem in Collegiata requiri ætatem 25. annorum inceptorum, cùm regulariter habeat curam animarum in foro interiori, vel exteriori, reſoluit Nicol. Garc. *de benefic. p. 7. c. 4. num. 65.* quem refero *d. tract. de Canon. c. 13. num. 21.* vbi *num. 22.* poſt Galet. & Campan. intelligo diſpoſitionem huius decreti procedere ſi principaliter cura ſubſit.

4. β *Archidiaconi etiam*, &c.] Archidiaconos, qui oculi dicuntur Epiſcopi, in omnibus Eccleſijs, vbi fieri poteſt, eligendos, qui ſint Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel iure Canonico, ex hoc decreto colligunt Benius *de priuileg. Iuriſconſultor. p. 2. priuileg. 28. nu. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 4. num. 68.* Nicol. Garc. *de benef. 7. c. 7. num. 36.* Campan. *in diuerſor. iuris canon. rub. 7. cap. 6. num. 41.* Galganet *de iure publico, lib. 3. tit. 21. nu. 1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea reſol. 238. à num. 2. & in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolit. deciſ. 248. num. 4. & deciſ. 305. num. 11. p. 4.* Molfeſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract. 6. c. 7. num. 62.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſiaſtico, tract. 1. c. 9. q. 55.* Nouar. *in ſingul. Canon. concl. 41.* Sebaſt. *in relect. de eccleſiaſt. hierarchia, diſp. 12. §. 1. num. 9.* Squillante *de priuileg. cleric. c. 4. num. 109.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 60. num. 60. & in tract. de Canonicis, cap. 5. num. 5.*

De ijs tantùm Archidiaconis, qui vel curam habent 5.
animarum, vel iuriſdictionem, iuxta *tit. de officio Archidiac.* non autem de ijs, qui verè animarum cura, & omni prorſus iuriſdictione carent, intelligunt, deciſumque referunt Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardinal. § quibuſuis, num. 4.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 473. in 1. edit. alias reſolut. 497. in 2. edit.* Piaſec *in praxi Epiſcop. part. 2. c. 5. n. 20.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, reg. 10. dub. 6.* ſecundùm Roman. impreſſ. Nouar. *d. concl. 41. num. 2.* Nicol. Garc. *d. c. 7. num. 41.* vbi *nu. 40.* refert pariter reſolutum huiuſmodi Archidiaconos iuriſdictionem contentioſam habentes debere eſſe Doctores, & promotos in publico gymnaſio, aliàs gradus eis non ſuffragari ex Bulla 63. Pij V. quod tradunt Maſſobr. *d. dub. 6. n. 6.* & Nouar. *vbi ſup. n. 4.* Squillante *de priuil. clericor. c. 4. n. 113.* ita vt Doctoratus ex priuilegio ad huiuſmodi dignitatem nequaquam promoueri poſſit, ita Nouar. *quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 143. & vbi ſuprà num. 5.* Squillante *d. cap. 4. num. 114.* vbi *nu. 115.* poſt Menoch. *de arbitr. caſu 425. nu. 42.* & Aloyſ. Ricc. *p. 4. deciſ. 248.* tenet quòd ſi ex Eccleſiæ conſuetudine, poteſtas & iuriſdictio, quæ competit Archidiacono, competeret Archipreſbytero, ſimilem gradum Doctoratus deberet Archipreſbyter aſſumere.

Sed iam hodie apud Hiſpanos ceſſare iſtam obliga- 6.
tionem quòd ſint Doctores, aut Licentiati, cùm eorum iuriſdictio penè extincta ſit, obſeruant Nauarr. *in man. cap. 25. num. 135.* Vaſconcell. *in harmonia rubric. iuris canonic. ſub tit. de officio Archidiac. in princip.* Nicol. Garc. *dicto cap. 7. à num. 37.* Sebaſt. Cæſ. *dict. §. 1. num. 10.* quos refero *dict. tract. de Canon. c. 5. num. 9.* Anguian. *de legib. lib. 2. controu. 4. nu. 10.* dum ait Concilium in præſenti de Archidiaconis mentio-

mentionem faciens, non habere locum, neque procedere in Archidiaconis huius temporis, quippe non ſunt oculi Epiſcoporum.

7. Scholaſtriam conferendam eſſe Doctori, vel Magiſtro, aut Licentiato in Theologia, ſeu iure Canonico, alias prouiſionem eſſe nullam, probat hoc idem Concil. *ſup. ſeſſ. 23. de reform. cap. 18. in fine*, vbi vide.

8. Decanum nullo Tridentini Concilij decreto iuberi, vt neceſſariò ſit Magiſter, ſiue Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, aſſerunt Nicol. Garc. *d. part. 7. cap. 7. num. 43.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 238. in fine, & in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolit. p. 4. deciſ. 248. num. 5.* Ego ipſe *de Canon. cap. 7. num 8. & de officio Epiſcopi d. alleg. 60. num. 61.*

9. Principalem Dignitatem in Collegiata Eccleſia exempta, cui ordinaria iuriſdictio cum omnibus iuribus quaſi Epiſcopalibus competit, non debere neceſſariò conferri Licentiato, vel Doctori vt principalem dignitatem in Cathedrali, referunt deciſum Nicol. Garc. *d. part. 7. cap. 7. num. 35.* Fr. Sigiſmund. à Bononia *de elect. dub. 63. num. 1. verſ. quod autem*, Ego ipſe *de Canonicis, cap. 11. num. 4.*

10. *y Ad cæteras autem Dignitates*, &c.] Ad dignitates, vel perſonatus in Cathedralibus (Archidiaconatu tantùm excepto, qui oculus Epiſcopi dicitur) quibus nulla ineſt animarum cura, aut ex conſuetudine, ſtatuto, vel priuilegio, adſciſci ſine dubio poſſe minores 25. annis dummodo non minores 22. per hunc text. tradunt Maſſobr. *d. requiſ. 10. dub. 11. num. 24.* Nouar. *in ſingul. Canon. concl. 11.* Squillante *de priuileg. cleric. cap. 4. num. 74.* quos refero *in tract. de Canon. cap. 13 num. 22.* & alios citaui *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 60. num. 65.*

11. *δ Vel perſonatus*] Habere quaſdam prærogatiuas in Eccleſia poſt exiſtentes in dignitate, puta locum honorabilem in choro, proceſſionibus, & Capitulis, tenent Petr. Gregor. *part. 1. iuris canonici, lib. 1. tit. 27. cap. 2. nu. 6.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 1. quæſt. 1. num. 90. & 91.* Fulu. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 27. num. 23.* Filliuc. *in quæſt. moral. tom. 3. tract. 41. cap. 1. num. 24.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prælud. 16.* ſecundùm Romanam impreſſ. Monet. *de conſeruator. cap. 5. num. 85.* & alij quos refero *de Canon. cap. 4. num. 19.*

12. *ε Et viginti duobus annis non minores*, &c.] Huiuſmodi viginti duos annos ad dignitates requiſitos debere eſſe completos, reſoluunt Nauar. *conſil. 4. de ætate, & qualitat. in vtraque editione.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. deciſ. 4.* Mandoſ. *in tract. de ætate min. cap. 5. num. 10.* Leſſ. *de iuſtitia, lib. 2. cap. 34. num. 108.* vbi dicit illam formulam, *vt non ſit minor viginti duobus annis*, inſinuare annos viginti duos debere eſſe completos, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 591. num. 9.* Nicol. Garc. *d. part. 7. cap. 4. num. 70.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 1 tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 2.* Squillante *d. cap. 4. num. 75.* Maſſobr. *d. requiſ. 10. dub. 13.* Nouar. *d. concl. 15. num. 2.* Ego ipſe *d. alleg. 60. num. 66. & de Canonicis, cap. 13. num. 22.*

Contra Emman. Sà *in aphoriſm. verb. beneficium, num. 31.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. beneficia, §. 1. verſ. ad dignitates.* Henriq. *in ſum. lib. 14. cap. 10. §. 10. in fine*, Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 5. quæſ. 3. in fine*, exiſtimantes dictos viginti duos annos ſufficere incœptos, & non requiri completos.

13. Quoad alias verò Dignitates in Collegiatis Eccleſijs exiſtentes requiſita ætatis remanere in diſpoſitione Iuris communis, tenet deciſumque referunt Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 9. n. 92.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 5. num. 25. pag. 330.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ. 735. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 512. num. 3. in fine. in 2. edit. & in praxi aurea reſolut. 239. nu. 2.* Nouar. *d. concl. 15. num. 2.* Squillante *d. cap. 4. num. 76.* Ego ipſe *de officio Epiſcopi, part. 3. allegat. 60. num. 67. & de canon. cap. 13. num. 23.* vbi ex Fr. Emman. refero Chriſtophorum Velam Archiepiſcopum Burgenſem contuliſſe dignitatem Scholaſtriæ collegiatæ Eccleſiæ de Aquillar del Campo cuidam ſcholari, qui non habebat maiorem ætatem 17. annorum, & cùm litigaretur, ſuper hoc fuiſſe iudicatum collationem eſſe canonicam & iuridicam.



Contra Nicol. Garc. *d. p. 7. cap. 4. num. 59. & 62. cum ſeqq.* & Armendar. *d. l. 7. de Epiſcopis num. 2.* exiſtimantes, deciſumque referentes prędictos 22. annos, qui deſiderantur ad dignitates in Cathedralibus requiri, etiam ad eas, quæ ſunt in Collegiatis.

## *De profeſſione Fidei.*

14. *ζ Prouiſi etiam de beneficijs*, &c.] De fidei profeſſione facienda, & qui ex præcepto Concilij Trid. *in præſenti*, & conſtit. Pij V. ad eam emittendam teneantur, & de pœnis eorum, qui illam facere negligunt, vide Nauarr. *conſil. 1. 2. 3. & 4. de ſumma Trinit. in antiq.* aliàs *conſil. 7. 9. 10. 11. & 12. de iureiurand. in nouis.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub d. tit. de ſumma Trinit. deciſ. 1. 2. 3 & 4.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 8. quæſt. 9. à num. 121. & lib. 10. quæſt. 9.* Quarant. *in ſumm. Bullarij, verb. fidei profeſſio.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p. 2. tract. 1. cap. 4. concluſ. 10.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 2. verb. fidei profeſſio.* Piaſec. *in ſimili praxi p. 2. cap. 5. num. 26.* Archiep. Bononien. *part. 2. in princ.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 50. § 16.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 3. collect. 579. & in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolit. part. 1. deciſ. 220. num. 2.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 2.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 3.* latè Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 5.* Filliuc. *tom. 3. tractat. 41. cap. 6. num. 5. cum ſeqq.* Nouar. *in ſingularib. canonic. concluſ. 114. cum ſeqq.* Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib. 1. cap. 13. cum tribus ſequentibus.* Viuian. *in praxi iuriſpatron. lib. 15. cap. 3. ex num. 23. in vlt. impreſſ.* Squillante *de obligat. cleric. p. 1. ex num. 86.* Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regular. reſol. 67.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. cap. 48. num. 52. cum ſeqq.* Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſt. 3. num. 22. pag. 33.* Trullench *in expoſ. Decalogi lib. 1. cap. 1. dub. 8.* metipſum *de officio, & poteſtate Epiſcopi p. 3. allegat. 61. & in tractat. de Canonicis cap. 17. & in tract. de Parochis cap. 4.*

15. Formam autem dictæ profeſſionis faciendæ ordinauit Pius IV. *in eius conſtit.* incip. *Iniunctum, ſub dat. Idib. Nouembris 1564.* quam referunt Archiep. Bononien. *d. part. 2. in princ.* Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. fidei profeſſio*, & Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 5. num. 26. pag. 540.* Lauor. *var. lucub. tom. 1. tit. 4. cap. 16. num. 41.*

16. Promouendos ad Epiſcopatus, profeſſionem fidei emittere teneri, ſtatuit Gregorius XIV. *in conſtituto* incip. *Onus Apoſtolicæ, ſub dat. 15. Martij* 1591. prout referunt Vgolin. *de officio Epiſcopi, capitul. 1. §. 3. numero 1.* Nouar. *in ſingular. iuris Canonic. concluſ. 114. numero 4.* Forma autem huius iuramenti traditur in Pontificali Romano Clementis VIII. iuſſu edito *pag. 79.* & à Franc. Leone *in theſauro fori eccleſ. part. 2. capitul. 10. numero 15.*

17. Prælatos Regulares intra duos menſes ab adepta poſſeſsione ſuæ prǽfecturæ ad emittendam fidei profeſsionem teneri ſtatuit Pius IV. *dict. conſtit.* incip. *Iniunctum*, & per eam ita docent Nauarr. *conſ. 2. de ſumma Trinit. in antiq.* aliàs *conſ. 10. de iureiur. in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de ſumma Trinit. deciſ. 2.* Fr. Emman. *q. regul. tom. 2. quæſt. 72. art. 1.* Petr. de Ledeſma *in ſum. tom. 2. tract. 1. cap. 4. in fine*, Vgolin. *d. §. 16. num. 17.* Aloyſ. Ricc. *in deciſion. Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ. 83. num. 1. part. 4.* Nouar. *d. concluſ. 114. nu. 3. & 6.* Trullench *in Decalog. lib. 1. cap. 1. dub. 8. num. 3.* Anton. Ricciul. *de iure perſonarum extra gremium Eccleſ. exiſtent. lib. 1. cap. 13. n. 5.* Hieron. Roder. *in compendio quæſtionum Regular. reſolut. 67. nu. 2.* vbi ſubdit Religioſum adeptum prælaturam ex ignorantia, & inaduertentia omittentem fidei profeſſionem non peccare, & immunem eſſe à pœnis præfatę conſtit. Ego ipſe *d. allegat. 61. num. 7.*

Contra Hieron. à Sorbo Capucin. *in compendio priuileg. Mendicant. verb. profeſſio fidei*, quem ſequi videtur Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 5. num. 5.* exiſtimantem hanc profeſſionem fidei iam in vſu non eſſe.

Et contra Sigiſm. a Bononia *de elect. dub. 50. num. 7.* dicentem poſſe excuſari dictos Prælatos Regulares profeſſionem non facientes in Religionibus, in quibus ſolitum non eſt fieri.

18. ν *Curam animarum habentibus*, &c.] Intelligendum eſſe de actuali, non verò de habituali, reſoluit Anton. Ricciul. *d.lib.1.cap.14.* vbi ſubdit prouiſum de parochiali, quæ olim habuit parochianos, ſed nunc habere deſijt, non teneri profeſſionem fidei emittere, & *cap.15.* reſoluit prouiſum eo caſu non teneri emittere fidei profeſſionem ſi contingat parochialem habitu ad priorem ſtatum reuocari, videlicet quia parochiani redeunt ad habitandum, refero Ego ipſe *de officio & poteſtate Parochi, cap.4.num.9.*

19. Et non procedere in ijs, qui non prouidentur de titulo parochiali, ſed deputantur in parochijs ad exercendum curam animarum, cuiuſmodi ſunt plures in Regnis Hiſpaniarum, tenet Ricciul. *d.lib.1.cap.13.num.59.* vbi *nu.61.* limitat, niſi eſſent deputati à laico, cui competit ius nominandi ad exercitium curæ.

20. θ *Teneantur à die adeptæ poſſeſſionis*, &c.] Ergo terminus duorum menſium datus ad faciendam fidei profeſſionem non currit prouiſo, qui non accepit poſſeſſionem, quamuis per eum ſtet quominus illam adipiſcatur, vt per Nicol Garc. *d.cap.3.num.32.* Anton. Ricciul. *d.lib.1.cap.13.num.50.* Ego ipſe *de officio Epiſcopi part.3.alleg.60.num.25. & de Canonicis cap.17.num.17.*

21. Addit. Ricciul. *d.cap.13.num.62.* quòd ad effectum vt incipiant currere huiuſmodi duo menſes, non ſufficit fuiſſe adeptam poſſeſſionem, ſed requiritur poſſeſſio pacifica, & *num.63.* ſubdit poſſeſſionem dici pacificam ad iſtum effectum ſi ſit pacifica reſpectu curæ, in cuius exercitio non fuerit ſtatim turbatus de iure, vel de facto, ſed in eo ſteterit ſine turbatione per vnum, vel duos menſes ſine moleſtia, quamuis illa pacifica poſſeſſio deinde non duret continuè, nec ſit pacifica reſpectu omnium fructuum, ſeu maioris partis ipſorum.

ι *Ad minus intra duos menſes.*] Vide Tamburin. *de iure Abbatum tom.1. diſput.8. quæſt.3.num.9.* metipſum *de Canonicis cap.17. num.15.*

22. Sed cum hic terminus non apponatur ad finiendam obligationem, ſed ad remittendam pœnam, ideo facere debentem teneri etiam poſt illum profeſſionem huiuſmodi emittere, reſoluunt Fr. Emman. *in ſumm.tom.1.cap.119.num.7.* Petr. de Ledeſma *d.cap.4. poſt 10.concluſ. different.3.* Nicol. Garcia *d.p.3.c.3.num.29.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol.p.1.deciſ.220.num.4.* Azor. *d.p.2.lib.7. cap.2.q.5.* Ricciul. *d.lib.1.cap.13.num.37.* Squillante *de obligat.Cleric. part.1. num.96.* Iul. Lauor. *var.lucubrat. tom.1. titul.4.cap.22.num.6.* Tamburin. *d.q.3.num.9.* Ego ipſe *de officio Epiſcopi part.3. allegat.61. num.22. & de Canon. cap.17. num.16.*

23. κ *In manibus ipſius Epiſcopi, vel eo impedito*, &c.] Sufficere tamen profeſſionem huiuſmodi facere coram Vicario, etiam Epiſcopo non impedito, tenet Nicol. Garc. *d.p.3.cap.3.num.33.* Filliuc *in quæſt.moralib. tract.41.cap.6. num.8.* Squillante *d.p.1. num.92.* Ego ipſe *d.alleg.61. num.16. & de Canonic.cap.17. num.3.* aduertentes hæc verba text. ſolùm poni ad monitionem, & denotandum conuenientius eſſe eam facere coram ipſo Epiſcopo ceſſante impedimento,

24. λ *Fidei publicam facere profeſſionem.*] Quam prouiſus ſe feciſſe tenetur probare quando Ordinarius ſuper illa inquirit ex officio, vt per Nicol. Garc. *d.part.3.cap.3.num.48. cum ſeqq.* Ricciul. *d.cap.13.num.40.* quos refero *de Canonicis cap.17. num.18.* Emiſſa autem creditur ſi pars dicat illam feciſſe, dummodo collatio beneficij ſit decennalis, prout tenent Aloyſ. Ricc. *in praxi fori eccleſ. deciſ.681. in 1. edit.* aliàs *reſolut.580. in 2. edit.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr.8.c.3.à num.24.* Ego ipſe *d.alleg.61. nu.21. & de Canon. d.cap.17. num.19.*

25. μ *Prouiſi autem*, &c.] Siue per obitum, ſiue per reſignationem, vt tenent Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.3. quæſt.9.in princip.* Ricciul. *d.lib.1.cap.13. num.17.* ſiue Sede Epiſcopali vacante, ſecundùm Nicol. Garc. *d.p.3.cap.3. num.24.* Squillante *d. part.1. num.94.* Ricciul. *d.lib.1. cap.13. num.15.* Ego ipſe *dict. allegat.61. num.17. & 18. & dict. tractat.de Canon. cap.17.num.9.* qui etiam aſſerunt hoc caſu non ſufficere facere huiuſmodi profeſſionem coram Capitulo, ſed coram eius vicario. Non tamen in prouiſo de coadiutoria illa durante locum habere aſſerunt Nicol. Garc. *part.4.cap.5. num.7.* Ludouic. à Sarauia *de iuriſdict. Adiunct. quæſt.29. num.37.* Ego ipſe *de Canonicis cap.17. num.12.*

ν *De Canonicatibus, & Dignitatibus*, &c.] Non ſic de Portionarijs, capellanijs, & alijs beneficijs inferioribus, vt per Nicol. Garc. *d.part.3. cap.3. num.13.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1.lib.2.cap.5.ſub num.1.* Ricciul. *d.lib.1.c.23. num.57.* quos refero *d.cap.17.num.13.*

ξ *In Eccleſiis Cathedralibus.*] Tam ſecularibus, quàm 26. Regularibus, vt per Nicol. Garc. *d.p.3.cap.3.num.16.* Ricciul. *d.lib.1. cap.13. num.13.* quos refero Ego ipſe *d.tract.de Canonic.cap.17. num.6.*

Et tam ſubiectis, quàm exemptis, Nauar. *conſ.1.de ſum.* 27. *Trinit.in antiq.* aliàs *conſ.9. de iureiur. in nouis.* Sayr. *in floribus deciſ.ſub illo tit.de ſum.Trinit.deciſ.1.in fine.* Petr. de Ledeſma *in ſum. p.2. tract.1.c.4. diffic.9.* Nicol. Garc. *d.cap.3. num.21.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ collect.579.ampl.1.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.50.§.16. num.2.* Sanch. *d.cap.5.nu.2.* Ricciul. *d.lib.1.cap.13.num.14.* Ego ipſe *d.alleg.61. num.5. & d.tract de Canonicis cap.17. num.7.*

Non procedere igitur in Eccleſijs Collegiatis tradunt 28. Nicol. Garc. *dict.cap.3.num.13.* Ricciul. *d.lib.1.cap.13.num.56.* Squillante *d.p.1.num.89.* Ego ipſe *d.allegat.61. num.15. & d.tractat de Canonicis cap.17. num.14.* Trullench *d.dub.8. num.2.*

Contra Zerol. *in praxi Epiſcop.part.1. verb.beneficium §.5. dicto 4.* & Vgolin. *d.§.16. num.3.* exiſtimantes Dignitates Eccleſiarum Collegiatarum teneri fidei profeſſionem emittere.

ο *Facere teneantur.*] Per ſe ipſum, aut procuratorem 29. cum ſpeciali mandato ab eo conſtitutum, vt aſſerunt Nauarr. *conſ.4.ſub num.2.de ſumma Trinit.in antiq.* aliàs *conſ.11.de iureiur.in nouis,* Petr. de Ledeſma *d.p.2.tract.1. cap.4. poſt 10. concluſ.diffic.6.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p.2. verb.Fidei profeſſio.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1.lib.2.cap.5. num.7.* Campan. *d.rub.8.cap.3.num.19.* Ricciul. *d.lib.1.cap.13.à nu.21.* Viuian. *d.lib.15.cap.3.num.27.* Nouar. *in ſingular.canon. ſing.114.num.8.in fine,* Tamburin. *de iure Abbatum tom.1. diſput.8. q.3.num.11.* Iul. Lauor. *var.lucubrat. tom.1. tit.4.cap.22.num.2.* Ferentil. *in annot.ad deciſ.522.* Buratti *num.16.* latè, & eleganter Maſſobr. *in tract. de Synodo diœceſana cap.4.dub.40.per tot.* ſecundùm Romanam impreſſ. Ego ipſe *d.alleg.61.num.20. & d.tract.de Canonicis cap.17.num.5.* Rot. *in Varmien. Canonicatus 13.Iunij 1608.coram bonæ mem.Card. Sacrato,* vbi etiam fuit dictum ſpeciale mandatum ad hoc cenſeri datum non ſolùm quando datur expreſſum ad faciendam fidei profeſſionem, ſed etiam ex mandato ad capiẽdam poſſeſſionem Dignitatis, vel Canonicatus.

Contra addit. ad *d. conſ. Nauarri 11.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. §.7.proœm. num.169. verſ.ſimiliter,* Squillante *d.p.1. num.91.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.50.§.16. num.1.* Trullench *in Decalog.lib.1.cap.1. dub.8.num.6.* Nicol. Garc. *d.p.3. c.3.num.75.* Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ. c.166. num.22.* nimis acriter Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.50. num.3.* exiſtimantes abſque bono fundamento fidei profeſſionem debere fieri per ſemetipſum, adeò vt non ſufficiat fieri per procuratorem, quorum fundamentis latè, & eruditè reſpondet Maſſobr. *d. dub.40.*

π *Fructus non faciant ſuos.*] Sed bene diſtributiones quo- 30. tidianas, quæ dantur ratione miniſterij, & ſeruitij perſonalis, vt per Azor. *d. part.2. lib.7. cap.2. q.3.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.§.2.proœm.nu.17.in 1.edit.* aliàs *§.6. proœm.nu.170.* Aloyſ. Ricc. *in collect.deciſ.p.5.collect.1451. verſ.infertur 6. & in deciſ.Curiæ Archiep. Neapol.deciſ.112.p.4.* Galet. *in margarita caſuum conſcient.verb.profiteri 2.* Monet. *de diſtribut.quotid. p.1.q.6.& 7.* Trullench *in Decalog.lib.1.c.1.dub.8.nu.9.* Vgolin. *d.§.16.nu.5.verſ.ſecundò,* Stephan. Gratian. *d.c.166.n.22.* Nicol. Garc. *d.c.3.nu.60.* Campan. *d.cap.3.nu.18.* Nouar. *in ſing.Canon.concl.115.nu.3.* vbi *nu.5.* ſubdit idem dicendum de anniuerſarijs defunctorum, Ricciul. *d.lib.1. c.13. n.51.* metipſum *d.alleg.61.nu.30.* Rot. *in d.Varmien. Canonic.28. Aprilis,13.Iunij,& 4.Febr.1611.coram bonæ mem.Card.Sacrato.*

Addit Ricciul. *in ſæpe citato cap.13. num.55.* quòd quando beneficium, ſeu Canonicatus non haberet aliquos fructus, ſed emolumenta omnia conſiſterent in diſtributioni-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionibus quotidianis, tunc vt pœna adiecta per Concil. in præſenti poſſit in aliquo verificari, debet intelligi de diſtributionibus, ita poſt Sanch. & Garc. tenet Trullench *d. dub. 8. num. 10.*

32. Intelligenda eſſe verba ſupradicta de fructibus decurſis poſt lapſum duorum menſium, non verò de decurſis in ipſis duobus menſibus, concludit Nicol. Garc. *d. p. 3. cap. 3 num. 31.* quem refero *d. allegat. 61. num. 23.* Et profeſſionem factam poſt terminum duorum menſium elapſum non proficere ad recuperandos fructus poſt dictum terminum amiſſos, ſed tantùm ad quærendum futuros, reſoluunt Nauar. *conſil. 4. de ſumma Trinit. in antiq.* aliàs *conſil. 11. num. 3. de iureiur. in nouis,* Flamin Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 10. queſt. 9. num. 12. & ſeq.* Nicol. Garc. *d. cap. 3. num. 30.* Ricciul. *d. cap. 13. nu 39.* Rota *in Oueten. mercedis 12. Decembris 1605. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano,* impreſſa poſt tract. Alexandri Monetæ *de diſtribut. quotidian.*

33. Non teneri prouiſum vt ſuprà fructus amiſſos ob non factam fidei profeſſionem reſtituere donec condemnetur, ſeu ſequatur ſententia declaratoria, aſſerunt Nauarr. *conſ. 3. num. 1. de ſumma Trinit. in antiq* aliàs *conſ. 12. num. 1. de iureiur. in nouis,* Fr. Emman. *queſt. regul. tom. 2. queſt. 72. art. 3.* Sanch. *d. tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 10.* Caſtr. Palao *tract. 4. de Fide diſp. 1. puncto 19. num. 16.* Trullench *in Decalog. lib. 1. cap. 1. dub. 8. num. 8.* Ego ipſe *d. alleg. 61. nu. 28.* dicentes hoc decretum eſſe pœnale, ac proinde etiamſi pœnam ipſo iure irroget, non obligare in foro conſcientiæ.

Contra Azor. *d. cap. 2. queſt. 1. in fine.* Nicol. Garc. *d. cap 3. num. 45.* Petr. de Ledeſma *d. part. 2. tract. 1. cap. 4. concluſ. 10. diffic. 1,* Vgolin. d. §. 16. *num. 4.* Ricciul. *d. cap. 13. num. 43.* exiſtimantes intra dictos duos menſes fidei profeſſionem non emittentes ita fructus ſuos non facere, vt in conſcientia teneantur illos reſtituere, etiam non interueniente aliqua ſententia.

34. Neque ante factam Fidei profeſſionem prouiſum poſſe haberi pro præſente à Capitulo, tradunt Nicol. Garc. *d. cap. 3. num. 50.* Rot. *in d. Oueten. mercedis,* Ricciul. *d. lib. 1. cap. 16. num. 8.* vbi *num. 9.* declarat, niſi fortè hoc factum eſſet ex indultu Apoſtol. non ſolùm explicitè concedendo vt poſſit percipere fructus ante factam fidei profeſſionem, ſed etiam implicitè, nempe ſi paulò poſt prouiſionem concedatur ſibi indultum de percipiendis fructibus in abſentia.

35. Cui autem ſint aſſignandi, & applicādi fructus amiſſi ob non factam Fidei profeſſionem, cùm id Concil. non determinet, dubitari ſolet? Sed eos eſſe impendendos vel in vſus pauperum, vel in fabricam Eccleſiæ, ſicut fructus eorum, qui non reſident, per *cap. 1. verſ. ſi quis autem, ſeſſ. 23. de reformat.* aſſerunt Azor. *d. cap. 2. queſt. 3.* Vgolin. *d. § 16. num. 4. in fine,* Sanch. *d. cap. 5. num. 10. ad fin.* & loquendo de Parochis firmant Læl. Zech. *de benefic. & penſion. cap. 13. num. 4. verſ. quòd ſi Parochiales,* Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 13. num. 4.* Flamin. Pariſ. *d. lib. 10. q. 9. num. 123. & 124.* Trullench *d. dub. 8. num. 13.* Nouar. *d. concl. 115. num. 9.* Nicol. Garc. *d. part. 5 cap. 3. num. 36.* vbi *num. 30.* ſubdit quòd in dignitatibus habentibus fructus diſtinctos & ſeparatos à menſa Capitulari, videtur amiſſos ob non factam fidei profeſſionem eſſe reſtituendos, & applicandos fabricæ Eccleſiæ quatenus indigeat, aliàs alteri pio loco arbitrio Ordinarij, per *cap. 3. ſeſſ. 22. de reformat.* refero Ego ipſe *d. allegat. 61. num. 31. & de Canon. cap. 17. num. 27.*

36. Ordinarium non poſſe condonare fructus amiſſos ob non factam Fidei profeſſionem, quia ille minimè poteſt remittere pœnam inflictam à Concil. niſi in caſibus ibi expreſſe permiſſis, reſoluunt Nauarr. *conſil. 3. num. 1. de cleric. non reſident.* Nicol. Garc. *d. cap. 3. num. 35.* Trullench *d. dub. 8. num. 15.* Ego ipſe *d. allegat. 61. num. 32. & de canon. c. 17. nu. 28.* Neque ante factam fidei profeſſionem prouiſum poſſe haberi pro præſente à Capitulo, aſſerunt Nicol. Garc. *d. cap. 3. num 50.* Rot. *in d. Oueten. mercedis* impreſſa *in fine,* Monet. *tract. de diſtrib. quotid.* Ricciul. *d. lib. 1. cap. 16. num. 8.* vbi *num. 9.* declarat, niſi fortè hoc factam eſſet ex indulto Apoſt. non ſolùm explicitè concedendo vt poſſit percipere fructus ante factam fidei profeſſionem, ſed etiam implicitè, nempe ſi paulo poſt prouiſionem concedatur ſibi indultum de percipiendis fructibus in abſentia.

37. ρ *Nec illis poſſeſſio ſuffragetur.*] Non tollere omnino poſſeſſionem, nec excludere prouiſos quoad titulum, & proprietatem, ſed impedire poſſeſſionis effectum quoad fructuum perceptionem, tradunt Nauarr. *conſ. 5 in antiq.* aliàs *3. in nouis, de verb. ſignif. & conſ. 7. nu. 8. de iureiurand.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de verb. ſignif. deciſ. 6.* Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 8. queſt. 9. num. 122.* Sanch. *d. lib. 2. cap. 5. num. 10.* Azor. *d. cap. 2. queſt. 3.* Vgolin. *d. §. 16. num. 4.* Campan. *d. rubric. 8. cap. 3. num. 17.* Ricciul. *d. lib. 1. cap. 16. num. 10.* Ego ipſe *d. alleg. 61. nu. 26. & de canon. cap. 17. nu. 30.* Rot. *in Varmien. Canonicatus 28. Aprilis, & 13. Iunij 1608. & 4. Februarij 1611. coram Cardin. Sacrato,* vbi etiam fuit reſolutum poſſeſſionem eſſe manutenibilem, etiam poſt tempus præfixum ad faciendam profeſſionem, & ideo tales poſſeſſiones iuuari regula de triennali ad effectum ne poſſint moleſtari ſuper titulum, ſcribunt Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 10. queſt. vltim. num. 4. & ſeqq.* Sanchez *d. cap. 5. num. 9.* & Ricciul. *d. cap. 16. num. 12.*

38. Quoad fructus tamen retinendos regula de annali ſe tueri non poſſe, nec longiſſimam poſſeſſionem illis prodeſſe quoad dictos fructus percipiendos, quandiu profeſſionem non emiſerint, deciſum aſſerunt Flamin. Pariſ. *d. lib. 8. queſt 9. num. 122.* Nicol. Garc. *d. cap. 3. num. 34.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 1. cap. 119. num. 7.* Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſumm. Bullarij, verb. beneficij poſſeſſio, litt. B. in fine,* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapolit. deciſ. 220. num. 11. part. 1.* Anton. Ricciul. *d. c. 16. num. 13.* Ego ipſe *d. allegat. 61. num. 26. & de Canonicis, c. 17. num. 19.*

*Canonici, ſeu Dignitates an & quando, & ſub qua pœna teneantur ſuſcipere Ordines annexos ſuis Canonicatibus, Dignitatibus, Præbendis, ſeu Portionibus.*

39. σ *Neminem etiam deinceps,* &c.] Vide Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 4. queſt. 9. num. 10.* Monet. *de diſtrib. quotid. part. 2. queſt. 19. num. 3.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 238.* latè Nouarr. *in ſing. iuris Canon. concluſ. 16.* metipſum *in tract. de Canonicis, cap. 16. per tot.* Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Tridentin. innouatas, conſtit. 4. num. 3. cum ſeqq. pag. 39.*

40. τ *Niſi qui eo Ordine ſacro,* &c.] Promotum ad dignitatem, præbendam, aut portionem debere in ea ætate conſtitutum eſſe, vt infra annum poſſit ad Ordinem requiſitum promoueri, reſoluunt Zerol. *in praxi Epiſcopi part. 1. verb. Canonici, verſ. ad 2.* Seraphin. *deciſ. 318. num. 5.* Monet. *d. queſt. 19. num. 9.* vbi *nu. 10.* ſubdit prouiſionem factam illi, qui hanc ætatem non habet, nullam eſſe, & irritam. Et non ſatisfacere ſuſcipientem Ordinem requiſitum ante legitimam ætatem, ne videatur ex delicto ſuo aſſequi, quod ſine illo non fuiſſet aſſequutus, tradit Fr. Emman. *queſt. regul. tom. 3. queſt. 23. artic. 12.* quem refert Hieron. Roderic. *in compend. queſt. regul. reſol. 15. nu. 24.* & Ego ipſe *d. cap. 16. num. 6.* vbi *num. 7.* aſſero deciſum *ſub die 13. Septembris 1631.* annum de ſe promoueri faciendo ad ſacros Ordines computari deberi à die habitæ poſſeſſionis, dummodo per prouiſum non ſteterit quominus antea poſſeſſionem perceperit. Quas autem pœnas incurrant præfati Ordines, requiſitos infra annum non ſuſcipientes, vide poſita *ſuprà c. 4. ſeſſ. 22. de refor.*

41. Sed an accipientes Canonicatum, aut Dignitatem habentem annexum ſacrum Ordinem ſine intentione illum aſſumendi peccent, & teneantur ad reſtitutionem? Quæſtio eſt dubia, quidam enim cenſent peccare mort. & ad fructuum reſtitutionem teneri, per *cap. commiſſa, §. cæterùm, de elect. lib. 6.* ibi, *cùm eos receperis fraudulenter,* ita Iacob. de Graſſ. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 97. num. 55.* Quintanad. *Eccleſiaſt. lib. 4. num. 66.* & dicit hanc ſententiam ſibi placere Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 4. ex num. 37.* Alij verò exiſtimant eos ſolùm peccare mortaliter, non tamen teneri ad fructuum reſtitutionem, cùm diſpoſitio *d. cap. commiſſa, §. cæterùm,* ſit odioſa, ac proinde ſine identitate, vel maioritate rationis non extenden-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

denda extra caſum ſuum. *cap. pœna, de pœnitent. diſt. 1. cap. odia, de regul. iuris, lib. 6.* Sot. *de iuſtit. lib. 10. quæſt. 5. art. 6. col. 2. verſ. de alijs*, Nauarr. *in man. cap. 25. num. 118. & de horis canon. cap. 21. à num. 44. vſque ad num.* 57. Sanch. *de matrimon. lib. 7. diſput. 45. num. 13. & 14.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 5. num. 24.* Monet. *d. quæſt. 19. num. 29.* Sed has contrarias ſententias componunt Nicol. Garc. *d. cap. 4. nu. 41.* Squillante *de obligat. cleric. part. 1. num.* 111. quos refero *de Canon. cap. 16. num. 22.*

42. υ *In omnibus verò Eccleſijs Cathedralibus.* ] Ergo non comprehendit Collegiatas Eccleſias, vt tenent Nauarr. *conſ. 3. de tempor. ordinat. in antiq.* aliàs *conſil. 5. de ætate, & qualit. in nouis*, Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. beneficia, §. 5.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 4. à num. 36.* Ciarlin. *controuerſ. forenſ. cap. 38. à num. 1.* Ego ipſe *de Canonic. cap. 2. num. 28.*

43. φ *Omnes Canonicatus, ac portiones habeant annexum Ordinem*, &c.] Ergo Ordo illis regulariter annexus non eſt, ſed poteſt annexo ſtatuto, conſuetudine, vel inſtitutione fieri, Rot. *deciſ. 221. num. 1. p. 1. recent.* quam refero *de Canonicis, cap. 16. num. 2.*

44. χ *Presbyterij.* ] Non dicitur Canonicatus presbyteralis, etiam quòd habeat annexum onus Miſſarum. Rot. *deciſion. 366. num. 2. part. 2. recent.*

45. ψ *Diaconatus, vel Subdiaconatus.* ] Nec Canonicus, qui eſt Sacerdos, ob id impeditur quin poſſit præbendam ſubdiaconalem retinere, Seraphin. *deciſ. 924. nu. 1.* quem refero *d. cap. 16. num. 2.*

ω *Epiſcopus autem cum conſilio Capituli*, &c. ] Quatenus vult per Epiſcopum cum conſilio Capituli deſignari quibus quiſque Ordo impoſterum debeat eſſe annexus, triplicem habet declarationem, quas adducit Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquò iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 4. num. 6. pag. 39.* Primam quòd Epiſcopus cum conſilio Capituli deſignare debeat, quibus beneficijs, vel Canonicatibus quiſque Ordo debeat eſſe annexus, non quibus perſonis vel Canonicis, quia mandauit Synodus ſacros Ordines annecti Canonicatibus ipſis, vt in poſterum perpetua & continua foret ſacrorum Ordinum aſſignatio non ipſis perſonis poſsidentibus Canonicatus; nec opus foret ſingulis vicibus noua aſsignatione, accedentibus nouis Canonicis. Secundam, quòd Epiſcopus auctoritate iſtius Decreti non poſsit imponere omnibus Canonicatibus Ordinem Presbyterij, ſed duntaxat ſub hoc numero dimidiæ partis comprehenſis dignitatibus, vel ijs, qui dignitatem obtinent. Tertiam quòd in facienda diſtributione, ſeu deſignatione ſacrorum Ordinum Epiſcopus teneatur duntaxat adhibere conſilium ſui Capituli, non etiam aſſenſum eiuſdem expectare, quia poteſt etiam inuito Capitulo efficere id, quod iudicauerit magis expedire. Equidem longè diuerſa ſunt in omni actu conſilium petere, & aſſenſum debere expectare, *cap. cùm olim*, & ibi *gloſſ. de arbitr.*

46. αα *Quibus quiſque Ordo ex ſacris*, &c.] Obtinentem Canonicatum, in Cathedrali, etiam ante factam Ordinum diſtributionem, in ea ſaltem ætate oportere eſſe conſtitutum, vt intra annum ad Subdiaconatum poſsit promoueri, referunt deciſum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 20. l. 1. de ætate, nu. 6. & 7.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi aurea reſol. 239.* Ego ipſe *d. part. 3. allegat. 60. num. 70.*

47. Si neque ante, neque poſt Concil. Trident. vllus Ordo ſiue diaconalis, ſiue presbyteralis Canonicatui annexus fuerit, & Parochialis Eccleſia eidem Canonicatui acceſſoriè, & in perpetuum vnita exiſteret, attendenda eſt natura Canonicatus, non autem Parochialis, & ita ſufficit vt is, cui collatio facta eſt, ſit in ætate 22. annorum incœptorum, quæ in Canonicatus collatione requiritur, vt referunt deciſum Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardinal. verb. quibuſuis, num. 6.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. cap. 6. num. 26.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 9. num. 4.* Nouar. *d. concl. 16. in fine.*

48. Ad Canonicatus Collegiatarum Eccleſiarum ætatem annorum quatuordecim ſufficere, probat text. *in cap. ſuper inordinato*, iuncta gloſſ. *verb. pueri, de præbend.* Rebuff. *in praxi, tit. de diſpenſat. ætat. num. 2.* Monet. *de diſtribut. quotid. part. 2. quæſt. 19. num. 14.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Canonicus 3. pag. 29.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 5. num. 21. pag. 330.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi aurea reſol. 289. à num. 2.* Squillante *d. cap. 4. num. 64.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 591. num. 12.* Marchin. *de Sacram. Ordinis part. 5. tract. 1. cap. 2. num. 19.* Caſtro Palao *in opere moral. tom. 2. tract. 113. diſput. 4. puncto 3. num. 18.* Et Concilium Tridentinum nihil innouaſſe ſuper illa ætate promouendorum ad Canonicatus Eccleſiarum Collegiatarum, referunt deciſum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. num. 92.* Piaſec. *loco proximè citato*, Armendar. *d. l. 1. de ætate, nu. 8.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 735. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 512. num. 3. in fine, in 2. edit.* Ego ipſe *d. alleg. 60. num. 71.*

49. ββ *Ita tamen vt dimidia ſaltem pars*, &c.] Vide Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Capitulum, §. 10. & verb. Canonia, §. 2.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 19. in princ. num. 1. verſ. tertiò.*

50. Epiſcopum non poſſe cogere vt omnes Canonici efficiantur Sacerdotes, ſed ſufficere ſi dimidia pars Canonicorum Presbyteri ſint, cæteros verò Diaconos, aut Subdiaconos, refert deciſum Aloyſ. Ricc. *in d. praxi aurea, reſol. 238. num. 2.*

51. γγ *Hortatur etiam ſancta Synodus*, &c.] Ergo non præcipit, vt per Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 7. num. 45.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract. 1. cap. 9. quæſt. 56.* Molleſ. *in ſumma Theologiæ moralis, tract. 6. cap. 7. num. 65.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, requiſit. 10. dub. 6. num. 7.* Ego *de Canonic. cap. 2. num. 30.*

52. δδ *Et Collegiatis inſignibus*, &c. ] Quæ autem tales dicantur, oſtendimus *in collect. ad cap. vltim. num. 3. de verb. ſignif.* & latè Maſſobr. *in praxi habendi concurſum, prel. 2.* ſecundùm Romanam impreſſ. *& in tract. de Synodo Epiſcopi cap. 4. dub. 14. num. 9.* & faciunt quæ Nauarr. *conſ. 1.* aliàs *3. de verb. ſignific.* Menoch. *de arbitr. caſu 158. num. 4.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 6. collect. 2350. verſ. inſignis*, latè Loter. *de re benefic. lib. 1. quæſt. 15. à princ.* & præcipuè *à nu. 6.* vbi ex Rota *deciſ. 29. ex num. 5. part. 2. diuerſ.* ait iudicem tutò pronuntiare ſuper hac qualitate poſſe, ſi circũſtantię tendunt ad multiplicem Eccleſię decorem, puta quia ſit matrix, nobilis ex celebritate ſitus, antiqua, ſi ſuprà alios præcedentiam obtineat, ſi inſignem ſtructuram habeat, ſi referta ſit magno numero miniſtrorum deſeruientium, Ego ipſe *de Canonicis & dignit. cap. 2. num. 18.*

### *De Reſidentia Canonicorum, & pœnis contra eam non facientes impoſitis.*

53. εε *Præterea obtinentibus*, &c.] Vide Nauarr. *conſil. 2.* aliàs *1. de cleric. non reſident.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. deciſ. 2.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 10. quæſt. 10. num. 62.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 3.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 180. cum ſeqq.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 23. de reſidentia rub. an Canonici, vel alij habentes dignitatem teneantur reſidere in ſuis Eccleſijs, num. 8. cum ſeqq.* Sanctarel. *var. reſol. quæſt. 4. à nu. 19.* Bonacin. *de horis canon. diſput. 2. quæſt. 5.* Vgolin. *de officio Epiſcopi, cap. 9.* metipſum *in ſimili tract. part. 3. alleg. 53. num. 107. cum ſeqq.* nouiſſimè Stephanus VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex iure antiquo deſumptas, & per Concil. Tridentin. innouatas, conſtit. 11. pag. 88. cum ſeqq.* vbi innouari dicitur, *cap. conſuetudinem, de cleric. non reſid. in 6.*

54. ζζ *In eiſdem Cathedralibus.* ] Secularibus ſcilicet, nam Regulares Canonici nõ comprehenduntur ſub hoc decreto, poſſunt tamen abeſſe ſi cauſa ſit rationabilis, & abſit licentia Prioris, vt refert deciſum Armendar. *citato loco num. 118.*

55. ηη *Canonicatus, præbendas*, &c. ] Coadiutum, & coadiutorem poſſe abeſſe dictis tribus menſibus, reſoluunt Nauarr. *conſ. 2. num. 6. de cleric. ægrot.* Monet. *de optione canon. quæſt. 8. num. 172.* Sanctarel. *d. quæſt. 4. num. 27.* Ego ipſe *d. alleg. 53. num. 125.*

56. θθ *Non liceat vigore cuiuſlibet ſtatui.* ] Etiam iurati, niſi auctoritate Apoſtol. fuerit confirmatum ex certa ſcientia, vt deciſum atteſtantur Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2.*

cap.2.num.197.in 1.& 3.declar. Armendar.loco proximè citato, num.21, & 23. quos refero in tract. de Canon.cap.23.numero 1.& 3.

57. Vnde ſtatutum vt vna hora, vel duabus intereſſentes lucrentur maſſam groſſam, ſiue præbendam, amiſſis diſtributionibus quotidianis, nullum eſſe, referunt deciſum Nicol. Garc.d.cap.2.num.329.in 1.declar. Armendar.d.loco num.52.

58. Sic etiam ſtatutum quòd intereſſentes vna hora in vno menſe ex nouem fructus lucrentur, amiſſis diſtributionibus, nullum eſſe, & tollendum, adeò vt non intereſſentes omnibus horis in prædicto menſe amittant illam ratam fructuum, quam amitterent in illis octo menſibus ſingulis horis intereſſendo, non tamen incidunt in pœnam huius decreti quaſi abſuiſſent vltra tres menſes, atteſtantur reſolutum Nicol.Garc.d.cap.2. num. 329.Armendar.d.loco num.53.

59. Validum tamen erit ſtatutum, quo cauetur ſeruitium quadraginta annorum Eccleſiæ præſtitum liberare beneficiarium à reſidentia, lucrariq; diſtributiones quotidianas in abſentia, quamuis ipſe non interſit diuinis, vt reſoluunt Cened. ad Sextum collect. 15. in fine, & Canon. quæſt.1, num.21. verſ.ſextò, Monet, part.2.quæſt.7.num.21. & quæſt.12.num 61.& quæſt.13.num.41.Nicol.Garc.dict.cap.2. num.344. Stephan. Gratian. diſcept.forenſ cap,298.num.19. Piaſec.in praxi Epiſcop.part.2.cap.3.num.9.verſ.de ſenio. Bonacin. dict.quæſt.5. puncto 6.num.15. Ego ipſe dict. alleg.53. num.117. me citato in illo loco Sanctarel. d.q.10.num.26.

60. ιι Aut conſuetudinis.] Etiam immemorialis, quæ minimè excuſat à reſidentia in Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus, ſicut atteſtantur reſolutum Nicol. Garc.d. part.3. cap.2. num.197. Armendar.d.loco num.20. Sanctarel.var.reſol.quæſt.4.num.33.qui citat metipſum dict. part.3. alleg.53.num.115.

61. Vnde conſuetudine introduci non poſſe vt Canonici, qui vna hebdomada interſunt diuinis Officijs, poſſint lucrari diſtributiones ſequentis etiam hebdomade, quãuis illis non interſint, reſoluunt Azor. inſtitut.moral.part. 2.lib.7.cap.7.quæſt.5.Sanctarel. d.quæſt.10.num.13. quos refero de Canon.cap.23.num.10.

62. Valebit tamen conſuetudo vt quis in abſentia quotidianas lucretur diſtributiones, ſi ſciente, & patiente, ac tolerante Papa inducta fuerit, non verò illo tantùm cõniuente, vt per Duen.reg.206.verſ.limita quintò, Hoied.de incompat. benefic.part.1.cap.17.num.13.Couar.lib.3.var.cap. 13.num.5. in fine, Cened. d.quæſt.1. num.24. Aloyſ.Ricc.in collect.deciſ.collect.159.Monet.de diſtrib.quotid.p.2.q.12.n.45. & 46. Sanctarel. d.quæſt.10.num.16. quos refero d. cap.23. num.11. Prout etiam valebit conſuetudo vt diſtributiones conferantur ijs, qui iuſſu ſuarum Eccleſiarum occupantur in computatione redditũum, vel ſumptuum ipſarum Eccleſiarum, ſicut reſoluunt Monet.d.part.2.quæſt. 11.num.47.Cened d.quæſt.1.num.68. Sanctarel.d. quæſt.10. num.18. Et quòd dentur clericis ſenibus poſt ſeptuageſimum annum, quamuis diuinis officijs non interſint, ſecundùm Monet. d.part.2.quæſt.12.num.57. Sanctarel var. reſol.quæſt.8.num.14.Cened.d.q.1.num.17.Bonacin.d.quæſt. 5. puncto 6.num.16. & alijs caſibus, quos refero d.tract.de Canonicis cap.23.

63. κκ Vltra tres menſes, &c.] Continere debent 90. dies, triginta pro quolibet menſe, & poſſunt accipi non ſolùm continui, ſed etiam interpolati, vt reſoluunt Menoch.de arbitr.caſu 50.à num.12. Gonzal ad reg 8 Cancel. gloſſ.11.nu. 8.Nicol. Garc. d.part.3.cap.2.num.306. Sanctarel.var.reſolut.quæſt.4.num.20.Ego ipſe d.alleg.53.num.120. Dummodo tamen prouideant Epiſcopi ne incidant in Natale, aut Paſcha Domini, ſiue ſimiles maximas ſolemnitates, prout deciſum atteſtantur Zerol. in praxi Epiſcop. part.1. verb.priuatio §.4.d.2.præſ.dub.3.Nic.Garc.d.c.2.nu.316. Armendar.d.loco nu.38. Ego ipſe d.p.3.allegat.53.num.119.

64. Decretum hoc dum concedit Canonicis abſentiam trium menſium, eſſe intelligendum ſi conſtitutiones Eccleſiæ ſeruitium totius anni requirunt, referunt deciſum Nicol.Garc.d.cap.2.num.312.Armendar.d.loco nu.35. Ego ipſe d.allegat.53.num.121.

65. Canonicus his tribus mẽſibus abeſſe volens minimè tenetur petere, vel obtinere licentiam ab Epiſcopo. Cæterùm quota pars Canonicorum ab Eccleſia eodem tẽpore poſſit abeſſe ne debito ſeruitio ipſa Eccleſia deſtituatur, Epiſcopo iuriſdictio eſt atque arbitrium, vt referunt deciſum Zerol. part.1.verb. priuatio §.2.dub 4. Galer. in margarita caſuum conſciẽtiæ, verb. Canonicus, Nicol.Garc. d. cap.2.num.315.Franc.Leo in theſauro fori Eccleſ. p.3. cap. 2. num.21.& 22.Aloyſ.Ricc.in d.praxi fori Eccleſ. reſol.392. num.4.& 5. Armendar. d.loco num.36. & 113. Ego ipſe d. alleg.53. num 118. Sanctarel. d.quæſt.4.num.28. Alzedo de præſtant. Epiſcop. dignit part.2.cap.9.num.40.Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccleſ. c.13.num.12.

Vnde Canonicos, & Dignitates teneri ad reſidentiam 66.
aliorum nouem menſium, referunt deciſum Nicol. Garc. d.c.2.nu.198. in 2. declar. Armendar.d loco num.24. & eorum intereſſentia, prçterquam in dictis tribus menſibus ſingulorum annorum, debet eſſe in omnibus diebus, & horis, ex Nicol. Garc. d cap.2.num.325.in 1. declar. Armendar.d.loco num.47. Nihilque eis prodeſt quòd in ciuitate maneant, niſi Eccleſiæ debitis horis inſeruiant, provt atteſtantur reſolutum Nicol. Garc. d.cap.2.nu.323. in 1. declar. Aloyſ. Ricc.d.reſol.392.num.2. Armendar. d. loco num.42. cum ſeqq. Sanctarel. d.q.4.num.24.

Ad colligendum ſeruitium dictorum nouem menſium non ſunt colligendæ punctaturæ, quaſi is, qui nouem partes punctaturarum ex duodecim habeant, ſeruitio nouem menſium debito ſatisfecerint, ſed ipſi dies reſidentiæ, & ſeruitij, ſiuę continui fuerint, ſiue interpolati, numerandi ſunt ad complementum dictorum nouem menſium, vt aſſerunt reſolutum Nicol. Garc. d.cap. 2. num.327. & Armendar. d. loco num.51.

Vacantiæ omnes vnius, aut plurium menſium quibus abſentes diſtributiones percipere ſolebant, vltra tres in ſingulis annis, ſublatæ ſunt per hoc decretum, niſi abſint ex cauſis à iure permiſſis, præterquam ſi dictæ vacationes conceſſæ eſſent in fundatione, quę non eſt ſublata niſi Canonicatuum fructus omnes ſint diſtributiones quotidianæ, ita Nicol.Garc d.cap.2.num.250.in 2.decl. Armendar.d.loco nu.30. Fundationes enim, & confirmationes Apoſtolicæ non eſſe ſublatas per hoc decretum, referunt deciſum Nicol.Garc. d.cap.2.num.216. Armendar.d.loc.num.27. nec etiam priuilegia Apoſtolica, Nicol. Garc.d.cap.22.num.263. Armendar.d.loco num.33.

Hinc ſtatutum, quo permiſſum eſt Canonicis quatuor 67.
menſes quolibet anno ab Eccleſia abeſſe, ſi à Papa eſt confirmatum, non cenſebitur derogatum per hoc decretum, ſed obſeruandum eſt, vt referunt deciſum Nic. Garc.d.cap.2.num.216. Armendar. d.loco num.26.

λλ Saluis nihilominus, &c.] Indultum igitur Papæ tri- 68.
buens vacationem duorum menſium Canonicis contra fundationem Eccleſiæ, non intelligitur ſublatum per hoc decretum, quod tantùm reuocat conſtitutiones, quæ concedunt abſentiam vltra tres menſes, vt referunt deciſum Nicol. Garc. d.cap.2. num.263. Armendar. d.loco num.33.

μμ Alioquin primo anno, &c.] Vide Vgolin. de officio Epi- 69.
ſcopi cap.19. in princip. à num.3. & §.2. num.7. Armendar. d.loco num 98. metipſum d. p.3. alleg.53. num.146. & de Canon. cap.20. num.15. Stephan. VVeyms d. conſtit.11. nu.1. Capata en el deſcurſo de la obligacion de los Prelados part.1. concluſ.9. num.5.

Et his pœnis ſubiacere illos, qui maiori ſeruitio Eccleſiæ, quàm nouem menſium ſunt adſtricti, ſi non reſideant, referunt deciſum Nicol. Garc.d.c.2. num.144. Armendar. d.loco num.107. Ego ipſe dicta alleg.53. num.146. in fine, at Canonicos ſimplices carentes præbenda, illis non ſubiacere reſoluit Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.11. in 1. edit. alias reſol.624.in 2. edit. quem refero d.alleg.53. num.147. & de Canonicis cap 20. num.11.

Pœnarum autem gradus in hoc decreto præſcriptos 70.
neceſſariò ſeruandos eſſe antequam deueniatur ad priuationem ob non-reſidentiam, aſſerit reſolutum Piaſec. in praxi Epiſcop. part.2. cap.3. num.9. verſ. neceſſariò, quem refero d.alleg.53.num.148. Dummodo ante priuationem præcedat citatio perſonalis, cap. ex parte il 1. de cleric. non reſid. gloſſ. verb. in Canonibus in cap. quoniam frequenter §. ſi

verò,

*verò, vt lite non cont.* quam ſequuntur Caputaq. *deciſion.*375. *nu.*3. *& deciſ.*378 *part.*2. Seraphin. *deciſ.*1346. *nu.*5. ſiue abſens ſit de licentia Epiſcopi, ſiue abſque ea, *cap. clericos,* & *ibi* gloſſ. *verb. redierint in cap. peruenit il* 2. *de appellat.* Seraphin. *deciſ.*1548. *num.*5. & de vtroque Rota *in Oriolen. Decanatus* 14. *Martij* 1622. *coram R. P. D. Nauarro.* Verùm ſi perſonaliter citari non poſſit, quia ignoratur vbi ſit, vel longè abſit, ita vt commodè non valeat citato ad ipſum peruenire, debet in eius Eccleſia trinæ citationis edictum publicari (non ſufficit enim vna citatio pro tribus) & poſt vltimum edictum per ſex menſes expectari, vt colligitur ex *cap ex tua, de cleric. non reſid.* quamuis iam hodie hoc tempus ſit arbitrarium iudici, vt referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.*2. *num.*155. Armendar. *d. loco num.*108. *&* 109. Card. Mantic. *d. deciſ.*67. *num.*5.

71\. Aliter autem factam priuationem eſſe nullam, reſoluunt Læl. Zech. *de republ. Eccleſ. tit. de beneſ. num.*6. *verſ. quod attinet verò ad praxim,* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.*1. *verb. priuatio* §.3. *&* 4. Piaſec. *in ſimili praxi part.*2. *cap.*3. *num.*10. *verſ. neceſſario autem,* Rot. *in d. Oriolen. Decanatus coram R. P. D. Nauarro,* Mantic. *deciſ.*12. Nicol. Garc. *d. c.*2. *num.*154. vbi *nu.*155. ſubdit in perſonaliter citato non requiri trinam monitionem, ſed ſufficere vnam etiam extraiudicialem, quod etiam tenuit Rota coram Mantic. *deciſ.*67. *num.*5. vbi *num* 6. aſſerit hoc decretum non afficere Epiſcopos, qui poſſunt procedere ad priuationem ob non reſidentiam, tametſi illa temporum interualla non fuerint obſeruata.

72\. Canonicos ad diſcendum cantum Gregorianum cogere poteſt Epiſcopus, & renitentes mulctare etiam pena non participationis diſtributionum quotidianarum, & ſubtractionis fructuum Aldan. *d. tit.*8. *num.*15. vbi refert deciſum *in Tropien.* 9. *Maij* 1620.

73\. *v v Diſtributiones verò,* &c.] Diſtributiones quotidianæ quare ſic dicantur, & earum appellatione quæ contineantur, dixi latè *in tract. de Canonicis cap.*21. & ibi citatis addo Stephan. VVeyms *d. conſtit.*11. *num.*5. vbi refert ſic dici ab ipſo actu diſtribuendi, cùm quotidie & per ſingulos dies, immo etiam per ſingulas ferè horas diſtribuantur, ſed his dumtaxat, qui legitimam qualitatem habent, & perſonaliter interſunt diuinis Officijs, vel ſaltem pro præſentibus habentur ob iuſtam aliquam cauſam.

74\. *ξξ Qui ſtatis horis interfuerint.*] Ideſt, omnibus horis, quibus diuina celebrantur Officia, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. cap.*2. *num.*488. Item & Miſſæ conuentuali, vt ex declarationibus S. Congr. Rituum oſtendimus *d. tract. de Canon. cap.*34. *num.*1.

*oo Recipiant.*] Non ſolùm ſibi obuenientes ratione præbendæ, ſed etiam portionem earum ijs contingentem, qui non interſunt, vt diximus *d. tract. de Canon. cap.*22. *ex num.*14. & ſuprà *in collect. ad ſeſſ.*21. *de reformat. cap.*3.

75\. *ππ Reliquis.*] Niſi priuilegio Pontificio muniantur, aut legitimo impedimento, vel neceſſaria cauſa detineantur, Vnde Canonicum ab Eccleſia, cui eſt adſtrictus, abſentem ex Pontificis priuilegio poſſe percipere diſtributiones quotidianas reſoluunt Gemin. *numer.*4. & Franc. *num.*3. *in cap. vnic. de cleric. non reſid. lib.*6. Cened. *d. quæſt.*1. *num.*26. Sanctarel. *var. reſol. q.*10. *num.*1. Barth. a S. Fauſto *dict. lib.*3. *quæſt.*83. Trullench *in Decalog. lib.*1. *cap.*8. *dub.*13. *num.*1. Epiſcopum verò non poſſe aliquem excuſare à reſidentia, niſi iuxta diſpoſitionem *dict. cap. vnic.* referunt deciſum Nicol. Garc. *d. cap.*2. *num* 407. & Armendar. *dict. loco num.*84. Trullench. *loco proximè citato.*

Ex priuilegio igitur Clementis VII. incip. *Conuenit,* ſub dat. Nonis Auguſti 1525. Auditores Rotæ percipiunt fructus, & diſtributiones ſuorum beneficiorum in abſentia ac ſi actualiter intereſſent diuinis Officijs, vt referunt Læl. Zech. *de republ. Eccleſ. cap.*11. *numer.*2. Cened. *pract. & canon. quæſt. lib.*1. *quæſt.*1. *num.*63. Sanctarel. *var. reſol. quæſt.*11. *num.*1. Ego ipſe *d. part.*3. *allegat.*53. *num.*155. *& de Canonicis cap.*24. *num.*1.

76\. Inquiſitores contra hæreticam prauitatem gaudent etiam priuilegio percipiendi fructus, & diſtributiones quotidianas in abſentia in fidei fauorem à Paulo III. & Pio V. ſibi conceſſo, vt per Roi. *de priuil. Inquiſit. nu.*420. *& in tract. de hæret. ſing.*96. Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.*3. *princ. num.*78. Nicol. Garc. *de beneſic. part.*3. *cap.*2. *num.*356. Sanctarel. *d. quæſt.*11. *num.*3. Cened. *d. quæſt.*1. *num.*28. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.*585. *num.*12. Antonin. Diana *reſolut. moral. part.*4. *tract.*8. *reſol.*71. *in fine,* Eſcobar. *de nobilitate & puritate probanda part.*1. *quæſt.*4. §.6. *num.*71. Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori Eccleſiaſt. cap.*13. *num.*23. metipſum *d. alleg.*53. *num.*156. *& de Canon. cap.*24. *numer.*2. vbi aduerto ſemotis his priuilegijs hoc illis minimè competere.

Collector generalis Cameræ Apoſt. Subcollectores, Aduocati, Procuratores, Fiſcales, & Notarij in cauſis ſpoliorum, & aliorum iurium dictæ Cameræ, eorum officio durante, lucrantur diſtributiones quotidianas in abſentia, ex priuilegio Sixti V. *ſub dat.* 8. *Maij* 1590. vt referunt Monet. *de diſtribut. quotid. part.*2. *quæſt.*11. *num.*111. Sanctarel. *d. quæſt.*11. *num.*6. Cened. *d. quæſt.*1. *nu.*64. Marcel. Vulpe *dict. cap.*13. *numer.*28. Ego ipſe *dict. allegat.*53. *num.*157. 77.

Archidiaconus, vel Canonicus viſitans Eccleſiam, iura, vel redditus ſuæ præbendæ, non amittit diſtributiones quotidianas, cùm viſitando prædicta iura, & loca ſeruiat Eccleſiæ in re vtili, vt per Nicol. Garc. *dict. part.*3. *cap.*2. *num.*333. *cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. part.*2. *lib.*7. *cap.*7. *quæſ.*10. Monet. *dict. quæſt.*11. *num.*63. Cened. *d. quæſt.*1. *num.*136. Sanctarel. *d. quæſt.*11. *num.*9. metipſum *d. alleg.*53. *num.*163. *& de Canon. cap.*24. *num.*4. Marcel. Vulpe *d. cap.*13. *nu.*29. Si verò non viſitaret propriam Eccleſiam ſuæ diœceſis, etiamſi illam viſitaret ex officio, & iure ſibi competenti, tunc non poterit percipere diſtributiones, vt referunt deciſum Monet. *d. q.*11. *num.*63. Cened. *d. quæſt.*1. *n.*36. *&* 74. Nicol. Garc. *d. cap.*2. *num.*332. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.*1. *tit.*6. *l.*6. *de viſitat. num.*81. *&* 108. Sanctarel. *d. quæſt.*11. *num.*10. Ego ipſe *d. alleg.*53. *num.*126. Et hoc caſu durante viſitationes non poteſt Archidiaconus percipere fructus illius Canonicatus, quem obtinet ex diſpenſatione, vel ex illius Eccleſiæ conſuetudine, ſtante quòd fructus Canonicatus diſtincti ſunt à fructibus præbendæ, niſi pro tribus menſibus vacationis cauſa à Concilio permiſſis, prout reſolutum atteſtantur Nicol. Garc. *d. cap.*2. *ex num.*332. *in* 2. *dub.* & Armendar. *d. l.*6. *de viſitat. num.*82. aduertentes hæc de lucrandis fructibus locum habere, niſi extet Eccleſiæ conſuetudo, vt Archidiaconus viſitans nihil fructuum percipiat, quia ea ſeruanda erit. 78.

Pœnitentiarius ſi dum recitantur diuina Officia audiat in Eccleſia confeſſiones, percipit quotidianas diſtributiones, vt referunt deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ.*498. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.*389. *num.*5. *& reſolut.*477. *num.*6. *in* 2. *edit.* Salazar de Mendoça *in libello de inſtit. Canonic. pœnitent. num.*6. Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.*19. *num.*6. *verſ. tertiò excipitur, & cap.*33. *num.*5. Monet. *de diſtrib. quotid. part.*2. *quæſt.*11. *num.*64. *cum ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris canon. rub.*7. *cap.*6. *num.*27. Barthol. à S. Fauſto *de horis Canon. lib.*3. *quæſt.*74. Nicol. Garc. *de beneſic. part.*5. *cap.*4. *num.*124. *& ſeq.* Bonacin. *de horis Canon. quæſt.*5. *puncto* 3. §.5. Raguc. *de voce Canon. in Cap. quæſt. vltim. num.*7. Sanctarel. *var. reſolut. quæſt.*7. *num.*13. nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones* 24. *ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trident. innouatas, conſtit.*11. *num.*23. *pag.*102. Trullench *in Decalogum lib.*1. *cap.*8. *dub.*12. §.5. Caſtr. Palao *tom.*2. *diſput.*3. *puncto* 9. §.5. *à num.*1. Ego ipſe *d. part.*3. *allegat.*53. *num.*160. *& allegat.*55 *num.*30. Etiamſi audiat Confeſſiones peccatorum venialium, & non reſeruatorum, ex Nicol. Garc. *num.*125. Moneta *num.*65. & Sanctarel. *num.*13. dictis locis; dummodo tamen intra Eccleſiam, non verò extrà etiam infirmorum confeſſiones audiat, Nicol. Garc. *in addit. ad d. part.*5. *cap.*4. *nu.* 125. *in fine,* Ego ipſe *d. alleg.*55. *num.*32. Trullench *d.* §.5. *verſ. non tamen.* 79.

Theologus, ſeu obtinens præbendam theologalem diebus, quibus legit, habendus eſt tanquam præſens in choro, non modò pro illis horis, vt ſi manè legat pro horis matutinis, & Miſſa ſolemni, ſed etiam pro tota die, & percipere poteſt diſtributiones quotidia- 80.

nas,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nas, ita declarante Gregorio XIII. deciſum referunt Nicol Garc. d.cap.2.num.118. Aloyſ. Ricc. in d. praxi rerum fori Eccleſ. reſol 386. num.6. & reſol.389. num 6. Nald. verb. diſtributiones nu.9. Gonzal ad reg.8.Cancel §.7 proœm. num 180 Armendar. d. tit. de reſidentia canonicor.num.68. Monet d. part.2. quæſt.10. num.27. & quæſt.11.nu.75. Bonacina d. quæſt 5. puncto 3. §.6. Sanctarel. d. quæſt 11. numer.15. Ego ipſe d part.3. alleg.56. num 8. Sanch. in conſil. moralibus part.1.lib.2.cap.2.dub.95.num.5. Caſtro Palao in opere morali tom.2. diſputat.3. puncto 9. §.6. Trullench in Decalog lib.1. cap.8. dub.12. §.6.

81\. Concilio generali nomine Capituli intereſſentes lucrantur diſtributiones quotidianas, vt reſoluunt Coſm. in pragmat. ſanction tit de collation.§.1. in gloſſ. nihil, in fine, Iacobat. de Concil. lib.5. art.6. ad fin. Rebuff. in praxi, part.3.tit.de diſpenſat. de non reſid. num 34. Salzed. ad Bernard. in pract.cap.52.littera C. verſ. quartus caſus, Cened. d.quæſt.1. num.67. Sanctarel. d.quæſt.11.num.7. Ego ipſe d. alleg.53 num.158.

82\. Concilio prouinciali, vel Synodali intereſſentes diſtributiones quotidianas percipere reſoluunt Salzed. ad Bernard. in pract. cap.52.littera C. verſ. idemque pari ratione, Cened. d. quæſt.1. num.67. verſ. idem pari ratione, Sanctarel. d. quæſt.11. num.22.& quæſt.10. num.17.in princip. Barthol. à S. Fauſto de horis canon. lib.3. quæſt.52. Vgolin. de poteſt.Epiſcopi p.1.cap.19.§.2.num.6. verſ. primò excipitur.

83\. Animarum curæ incumbentes imminenti ſuæ dignitati, vel Canonicatui, dum ſunt in actu adminiſtrandi Sacramenta, vel alia exercenda, quæ ſpectant ad ipſam curam, diſtributiones quotidianas lucrantur,& tanquam præſentes in choro habentur, vt referunt deciſum Fr. Leo in theſauro fori Eccleſ.part.3.cap.2.num.24.Aloyſ.Ricc. d.reſol.389. num.4. Raguc. de voce Canon. in Capitulo quæſt. vltim. num.6.Nicol. Garc. d.cap.2. num.335. Armendar. d.lib.2.tit.23.l.2.§.2. de reſidentia Canon.num.58. Cened. d. q.1.num.75.Zerol. in praxi Epiſcop.p.1.verb.diſtributiones.§.3. verſ.ſecundò debentur.Lel.Zech. de republ.Eccleſiaſt.c.24.nu.6. Barthol. à S. Fauſto d.lib.3.q.76. Bonacin.d.q.5 punct.3. §.7. Sanctarel.d.q.11.num.11. Steph. VVeyms d.conſt.11. numer.21. in princ. Marchin. de Sacrament. Ordinis tract.3. part.2. cap.35. ſub num 9. verſ. idem dicendum, Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccleſ. cap.13. num.18. Trullench in Decalogum lib.1. cap.8. dub.12.§.7. Ego ipſe d.alleg.53.num. 127.Si vero haberent curam animarum in alijs Eccleſijs dum in eis reſiderent, ac Sacramenta adminiſtrant, non poſſunt percipere diſtributiones, quas perciperent ſi in Eccleſia Cathedrali, vel collegiata, in qua habent canonicatus, vel dignitates, reſiderent, vt reſoluunt Monet. d.quæſt.11. num 69.Sanctarel.d.quæſt 11.num.13. Barthol. à S. Fauſto d.lib.3.q.76.Trullench.d.§.7.nu.1. in fine.

84\. Canonicus miſſus à ſuo Epiſcopo ad viſitanda limina Apoſtolorum eius nomine, vel comitans ipſum Epiſcopum ad eadem limina, ex conſtitut. Sixti V. diſtributiones quotidianas lucrantur, ita Aloyſ. Ricc. in d. praxi reſolut.389. num.1. in 2.edit. Nicol. Garc. d.cap.2. num.349. Monet. d.part.2.q.8.num.28. Armendar. vbi ſupr. num.62. Franc. Leo d.cap.2.nu.23. Barthol.à S.Fauſto d.lib.3.q.52. Sanctarel.d.quæſt.11.nu.14.Marcel.Vulpe d.cap.13. nu.27. Ego ipſe d. alleg.53. num.159.

85\. Obſes datus ab Eccleſia, ac etiam repreſſaliarum cauſa captus, & detentus, diſtributionibus quotidianis non priuatur, vt reſoluit Monet. d. p.2. q.5. num.56. cum ſeqq. quem refero Ego ipſe d.allegat.53.num.165.Cened.d. lib.1.q.1.num.21. verſ. octauus caſus, & de vi detento, aut prohibito ad Eccleſiam accedere, vide Steph. Gratian. diſcept. forenſ.tom.4.cap.591. num.36.vbi nu.38. agit de expulſo præſertim ſine ſua culpa.

86\. Abſens pro euidenti Eccleſiæ vtilitate diſtributiones quotidianas non amittit, præcipuè ſtante conſuetudine quòd Canonicus Miſſus à Capitulo pro aliquo ſeruitio ipſius Eccleſiæ, ſeu Capituli percipiat omnes fructus,& quotidianas diſtributiones, vt per dict. cap. vnic. de cleric. non reſident. libro 6. tenent Aloyſ. Ricc. in dict. praxi reſolut.389. in 2. edit. Seraph. deciſ.1239. part.2. Nicol. Garc. dict. cap.2.num.362. Gutier. canon. lib.1. cap.1. numer.148. Anton. Fabric.lib.2.tit.5.de præbend.num.40.vbi ait iuſtam abſentiæ cauſam ad lucrandas diſtributiones eſſe vtilitatem Eccleſiæ, qualis eſt proſecutio litium, & procuratio communium negotiorum, Chopin.lib.2.monaſticon tit.3. num.15.Vgolin.d.part.1.cap.19.§.2.verſ.4.Trullench in Decalog. lib.1.cap.8. dubit.12.in princ à num.1. Armendar.d.loco num.73.& 95. Barthol.à S.Fauſto d.lib.3.quæſt.48 vbi intelligit, ſi alias choro intereſſe ſolebat, & abeſt in euidentem ſuæ Eccleſiæ vtilitatem, hoc eſt, manifeſtam, Stephan. VVeyms d conſtit.11 num.21. pag.100.in fine, vbi maximè dum euidenter apparet eum agere negotia in rem, & vtilitatem Eccleſiæ, nil fucatè quærere. Ego ipſe d.alleg.53.num.171.

87\. Abſenti à ſeruitio Eccleſiæ pro defenſione iurium ipſius Eccleſiæ, vel ſui beneficij debentur fructus, & diſtributiones, ita Nicol.Garc.in addit.ad tract.de benefic.p.3. cap.2.num.49.Bartholom.à S.Fauſto d.lib.3.quæſt 52.nu.1. Rota coram Seraph.deciſ.1098.nu.5. & in Aſten. fructuum 15.Martij 1613.coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo,& in Calaguritana fructuum, & diſtributionum 26.Martij 1614.coram bonæ mem.Vbaldo ſen.

88\. Infirmus, qui perſonaliter diuinis Officiis intereſſe non poteſt, quotidianas percipit diſtributiones in abſentia, ita probat c.1.de cleric.non reſid.lib.6.reſoluunt Couarr. lib.3.var.c.13.n.8.Nauarr.conſ.2.n.3.de cleric.non reſid. & de horis canon.c.11.n.10. Selu.de benefic.part.4.q.6.num.9.Fuſc. de viſit lib.1.c.15.n.25.verſ.& infirmo,& cap.20.n.26.Thom. Act.in tract.de infirmis, p.1.c.50.n.25.Hoied.de incompat.beneſ.p.1.c.17.n.15. Ludouic.Gom. in reg.de infirmis, q.9.verſ. 47.Gutier.canon.lib.1.cap.1.n.140.Spin.in ſpeculo teſtament. gloſſ.9.princ.n.30.Franc.Leo in theſauro fori Eccleſ. p.4.c.2.n. 3.Piaſec in praxi Epiſcop.p.2.c.3.n.9. verſ.infirmus, Carol.de Graſſis de effectib.cleric.effectu 1.n.1172.Vgolin.de officio Epiſcopi,cap.19.§.2.nu.6. verſ.excipitur, Azor.inſtit.moral.part.2. lib.7.cap.7.quæſt 10.Anton.Fabric.in praxi benef.lib.2.tit.5. de præb.num.39.Cened. d.lib.1.quæſt.1.nu.7. Marcel.Vulpe dict.cap.13.num.19. Trullench in Decalog lib.1.cap.8.dub.8. nu.2.cum ſeq. Nic.Garc.d.p.3 c.2.n.563. Monet.d.p.2.q.5.n. 48.& q.6.à n.1.Armend.d.rub de reſid Canon.nu.75.Raguc. d.q. vltim n.8. Cened.d.q.1. num.7.Sanctarel.var.reſol.q.8. à princip.Bonacin.de horis canon.diſp.2.quæſt.5.puncto 1.Barthol.à S.Fauſto in ſimili tract.lib.3.q.26. Ego ipſe d. alleg.53. num.166.nouiſſimè Stephan.VVeyms d. conſtit.11. nu.15. vbi poſtquam retulit verba d. c.vlt.de cleric. non reſid.lib.6. ibi, vel infirmitas, ſeu iuſta & rationabilis neceſſitas corporis, vel euidens Eccleſiæ vtilitas, quærit,& explicat quæ nam infirmitas cenſeatur iuſta? quæ corporis neceſſitas rationabilis? & quæ vtilitas Eccleſiæ euidens? & late proſequitur numeris ſeqq. & à nu.16.dicit quòd illa particula disiunctiua, ſeu, efficit vt merito dubitare poſſimus an alia rationabilis, & corporalis neceſſitas faciat abſentem lucrari diſtributiones, quàm quæ eſt ex cauſa corporalis infirmitatis, & num 18.concludit iuſtam, & rationabilem corporalem neceſſitatem ſubeſſe, quæ abſentem excuſet, & pro præſenti haberi faciat, non ſolum quando per inualitudinem grauem diuinis Officijs intereſſe nequit, ſed etiam quando alia quauis neceſſitate impeditur cur minus corporaliter eiſdem Diuinis intereſſe poſſit; putà per hoſtilitatem, per periculum latronum, per aquarum inundationem, per contagium, per exilium, per iniuſtam incarceratioñe, & per alia ſimilia impedimenta,quę non patiũtur corpus beneficiati Diuinis intereſſe.

89\. Quoad hunc effectum infirmus dicitur ille, qui ad Eccleſiam ſe conferre non poteſt,quia eſt debilis in cruribus, ſeu tibijs, vt per Menoch.de arbitrar. caſu 60. num. 14. & ſeq. Monet.d.q.6.num.16.Cened. d.q.1.num.13.Bartholom.à S.Fauſto d.lib.3.quæſt.31.

90\. Vel cæcus effectus, ex eod.Monet.num.16.& Cened. 13. dictis locis, Aloyſ. Ricc. in praxi aurea reſol.397. Trullench d.c.8.dub.8.num.6.Aldan.in compendio canon.reſol. lib. 2. tit.8.num.10. vbi refert ſub die 20.Iulij 1629.fuiſſe reſolutum Canonicum, qui lumen oculorum amiſit, & propterea Miſſas, & diuina Officia celebrare non poteſt, diſtributiones quotidianas, & cætera emolumenta lucrari, perinde ac ſi diuinis intereſſet.

91\. Vel podagra laborat, ex eod.Monet.num.18.& Cened. num.13. cit.locis. Trullench in Decalog.lib.1.c.8.dub.8.nu.6.

Vel

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

92. Vel medicinam ſumit, aut ſanguine minuitur, Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p.2. lib.3. c.15. num.*10. Monet. *d.p.2. q.6. num.*8. Cened. *d.q.*1 *num.*7. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*3. *q.*39. Sanctarel. *d. quæſt.*8. *num.*4. Ego ipſe *d. alleg.*53. *nu.*169. Steph. VVeyms *d. conſtit.*11. *num.*15.

93. Vel ſanitatis cauſa balnea, ſeu alium locum petit. Monet. *d.q.*6. *num.*10. Cened. *d.q.*1. *num.*11. Sanctarel. *d.q.*8. *n.*4. Trullench *in Decalog. lib.*1. *c.*8. *dub.*8. *num.*3. Ego ipſe *d. alleg.*53. *num.*169.

94. Vel lepra, aut alio morbo contagioſo cogitur ab Vrbe diſcedere, Monet. *d.q.*6. *num.*11. Cened. *d.q.*1. *nu.*12. Sanctarel. *d.q.*8. *num.*5. Ego ipſe *d. alleg.*53. *num.*170.

95. His omnibus infirmitatibus detentos poſſe diſtributiones quotidianas percipere, quamuis propria culpa in eas inciderint, reſoluunt Petr. Nauarr. *de reſtit. lib.*6. *cap.*2. *dub.*4. *num.*239. Garc. *d. par.*3. *cap.*2. *num.*363. Azor. *d. c.*7. *q.*11. Macign. *de horis canon. c.*71. *num.*58. Zerol. *in praxi Epiſcop. part.*1. *verb. diſtributiones* §.3. *verſ.*6. Cened. *d.q.*1. *nu.*8. Nald. *in ſumm. verb. diſtributiones num.*11. Monet. *d.q.*6. *n.*12. Sanctarel. *d.q.*8. *num.*6. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*3. *quæſt.*28. Gutier. *canon. lib.*1. *cap.*1. *num.*138. Lotter. *de re benefic. lib.*3. *q.* 27. *num.*136. Marcel. Vulpe *d.c.*13. *num.*20. Trullench *in Decalog. lib.*1. *c.*8. *dub.*8. *nu.*4. Ego ipſe *d. alleg.*53. *num.*168.

96. Et procedunt ſuprà dicta ſi illi dum erant ſani, conſueuerant intereſſe diuinis Officijs, aliàs ſecus, ſecundùm Macign. *de horis canon. cap.*71. *nu.*56. Vazq. *in opuſculo de benef. c.*4. *dub.*3. Monet. *d.q.*6. *num.*21. Cened. *d. quæſt.*1. *num.*9. Azor. *d. cap.*7. *quæſt.*11. Sanctarel. *d.q.*6. *num.*8. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. hora canonica, differ.*2. Bartholom. à S. Fauſto *d. lib.*3. *quæſt.*23. Trullench *in Decalog. lib.*1. *cap.*8. *dub.*8. *num.*5. metipſum *dict. alleg.*53. *num.*167.

97. Peſtis ex cauſa à ſua Eccleſia abſens lucratur diſtributiones ſi peſtis graſſetur, & probetur legitima conſuetudo quòd diſtributiones huiuſmodi dari conſueuerint abſentibus ex iuſta cauſa. Ita Mencoh *de arbitr. caſu* 153. *nu.*10. Benzon. *in ſpeculo Epiſc. & Curator. lib.*1. *diſp.*1. *q.*1. *concl.*3. Monet. *d.p.*2. *q.*5. *à num.*76. Bonacin. *de horis can. diſp.*2. *q.*5. *punct.*2. *num.*7. Barthol. à S. Fauſto *in ſimili tract. lib.*3. *q.*35. Cened. *d. quæſt.*1. *num.*18. Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſcop. verb. peſtis numer.*4. Anton. Fabric. *d. lib.*2. *tit. de prabend. num.*39. Homobon. de Bonis *in reſp. moralib. vol.*2. *ſuper Sacramenta reſp.*201. latè Ciarlin. *controuerſ. forenſ. c.*26. *per tot.* Ioan. Angel. Boſſi. *in diſcept. moralib. diſcept.*2. *nu.*27. Ego ipſe *in tract. de Canonic. cap.*24. *num.*40. *& ſeq.* Aldan. *d. tit.*8. *num.*11. vbi refert ita fuiſſe deciſum *in Mediolanen.* 9. *Nouembris* 1630.

98. Senio ita confectus vt reſidere, & intereſſe diuinis non poſſit, modò aliàs intereſſe conſueuerit, percipere debet quotidianas diſtributiones, ſicut reſoluunt, deciſumque referunt Azor. *d. lib.*7. *cap.*7. *q.*12. Franc. Leo *d.c.*2. *num.*27. Monet. *d. part.*2. *q.*7. Armendar. *dict. loco num.*73. Cened. *d.q.*1. *num.*15. Aloyſ. Ricc. *d. reſol* 389. *num.*7. Sanctarel. *dict. q.*8. *num.*12. Barthol. à S. Fauſto *d. lib.*3. *quæſt.*34. Stephan. VVeyms *dict. conſt.*11. *num.*20. *pag.*100. Marcel. Vulpe *d. cap.*13. *num.*22. Ego ipſe *d. alleg.*53. *num.*164.

99. Abſens à choro, ac etiam à ciuitate ob metum ne occideretur ab inimicis, à Principe, &c. poteſt percipere quotidianas diſtributiones, modò interim curet Canonicatum reſignare, vel permutare, aut rationem aliquam inire, qua & ſuæ, & Eccleſiæ indemnitati conſultum ſit, vide Couar. *lib.*3. *var. cap.*13. *num.*8. *verſ. decimò eadem ratione,* Azor. *d. cap.*7. *q.*11. Nicol. Garc. *d. cap.*2. *num.*351. Monet. *d.p.*2. *q.*5. *num.*71. Anton. Fabric. *d. lib.*2. *tit. de prabend. num.*39. dum ait iuſtam abſentiæ cauſam ad lucrandas diſtributiones eſſe neceſſitatem recedendi, vt tempore hoſtilitatis. Cened. *d.q.*1. *num.*20. *verſ. idemque iuris,* Sanctarel. *var. reſol. q.*9. *num.*2. Aldan. *d. tit.*8. *num.*12. vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum *ſub die* 17. *Septembr.* 1616. *&* 22. *April.* 1617.

100. Timens redire ad patriam, vel in ea commorari, ob bellum ciuile, aut externum, poteſt percipere diſtributiones, vt tenent Sfort. Odd. *in tract. de in integr. reſtit. art.*9. *n.*92. Menoch. *de arbitr. caſu* 153. *n.*12. Sanctarel. *d.q.*9. *n.*4.

101. Per vim ab aliquo detentus vt propter ea nõ poſſit in Eccleſia diuinis intereſſe Officijs, lucratur diſtributiones quotidianas, vt reſoluunt Nauarr. *d. conſil.*11. *num.*4. Iacob. de Graff. *p.*2. *cap.*15. *num.*10. Azor. *d. cap.*7. *quæſt.*10. Monet. *d.q.*2. *q.*5. *nu.*54. Cened. *d.q.*1. *num.*20. *verſ quinto,* Sanctarel. *d.q.*9. *num.*8. Trullench *d. lib.*1. *cap.*8. *dub.*8. *num.*6.

Carceratus iniuſtè lucratur diſtributiones quotidianas 102.
ſi veniat abſoluendus, vt per Couarr. *lib.*3. *var. cap.*13. *nu.*8. *verſ. undecimo,* Nauarr. *conſ.*10. *&* 11. *num.*3. *& ſeq. de cleric. non reſid.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ.*9. Macign. *de horis canon. cap.*71. *num.*66. Læl. Zech. *de rep. eccleſ. cap.*24. *num.*6. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*5. §.9. *num.*15. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.*1. *verb. diſtributiones* §.8. Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.*585. *num.*15. Azor. *inſtit. moral. part.*2. *lib.*7. *cap.*7. *quæſt.*11. Armendar. *d. tit. de reſidentia canon. num.*77. Anton. Fabric. *d. lib.*2. *tit. de prabend. num.*39. *in fine,* dum ait iuſtam abſentiæ cauſam ad lucrandas diſtributiones eſſe impedimentum reſidendi, ſiue aſſiſtendi ſine culpa abſentis contingens, puta in iniuſtè carceratis, vel excommunicatis, Rot. *deciſ.*168. *p.*4. *diuerſ.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.*4. *cap.*501. *num.*49. Marcel. Vulpe *d.c.*13. *num.*24. Lotter. *d. lib.*3. *q.*27. *num.*142. Trullench *in Decalogum lib.*1. *cap.*8. *dub.*10. *num.*2. vbi *num.*3. limitat primo modo ſi antea diuinis intereſſe conſueuerit: ſecundo modo ſi ob propriam culpam non fuerit in carcerem coniectus, etiamſi poſtea falſis teſtibus crimen purgauerit, & in ſui fauorem ſententiam obtinuerit. Nald. *verb. diſtributiones, num.*10. Grilenzon. *conſ.*165. *per tot.* Nicol. Garc. *d. cap.*2. *num.*362. Monet. *d.p.*2. *q.*5. *num.*80. Bonacin. *de horis canon. diſput.*2. *q.*5. *punct.*2. §.1. Barthol. à S. Fauſto *in ſimili tract. lib.*3. *q.*32. Aldan. *d. tit.*3. *num.*15. vbi refert deciſum *ſub die* 9. *Maij* 1626.

Exulatus iniuſtè non debet amittere quotidianas di- 103.
ſtributiones, vt docent Cou. *d. cap.*13. *num.*8. *verſ. decimò,* Ceuall. *d.q.*585. *num.*16. Bernard. Sandoual. *de officio eccleſ. p.*6. *cap.*17. *circa med.* Cened. *d.q.*1. *num.*43. Sanctarel. *d.q.*9. *num.*6. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.*4. *cap.*591. *num.*36. vbi intelligit quando tale impedimentum accidit abſque culpa beneficiati. Ego ipſe *de Canonicis c.*24. *nu.*44.

Excommunicatus iniuſtè non amittit diſtributiones 104.
quotidianas ſi eo tempore, quo excommunicatio iniuſtè in eo lata fuit, præſens erat in loco ſui beneficij, ſolituſque erat diuinis officijs ante impedimentum excommunicationis adeſſe, vt reſoluunt Cou. *d. cap.*13. *num.*8. *verſ. caterùm,* Sayr. *de cenſur. lib.*2. *c.*5. *num.*27. Auila *eod. tract. p.*2. *c.*6. *diſp.*1. *dub.*1. *concl.*1. Bonacin. *in ſimili tract. diſp.*2. *q.*2. *puncto* 4. §.2. *num.*5. *& de horis Canon. diſp.*2. *q.*5. *puncto* 2. §.2. Barthol. à S. Fauſto *eod. tract. lib.*3. *q.*36. Henriq. *in ſumm. lib.*13. *cap.*13. §.4. *in fine,* Surd. *de aliment. tit.*1. *q.*82. *num.*15. *verſ. aliàs ſecus,* Monet. *d.p.*2. *q.*15. *num.*32. Caſtro Palao *in opere mor. tom.*2. *diſp.*3. *puncto* 1. §.2. *num.*4. Trullench *in Decalog. lib.*1. *cap.*8. *dub.*11. *num.*2. Sanctarel. *d.q.*9. *num.*9. Ego ipſe *d. alleg.*53. *num.*174. *& in collect. ad cap. paſtoralis* 53. *num.*14. *de appell.* vbi *num.*15. oſtendi à quo detecta iniuſtitia excommunicationis diſtributiones forſan amiſſas ipſe repetat. Lotter. *d. lib.*3. *q.*21. *nu.*139. Marcel. Vulpe *d. cap.*13. *num.*24. Ferentil. *in annot. ad deciſ.*694. *num.*10. *tom.*3. *deciſionum Buratti.* Quod intelligitur, niſi conſuetudo adſit vt iniuſtè excommunicatus, vel aliàs legitimè impeditus etiam abſens ab oppido, vel loco ipſas lucretur, quam quidem ſeruandam eſſe tradunt Gutier. *d. cap.*1. *num.*141. Cened. *d.q.*1. *num.*49. *in fine,* vbi *nu.*50. *in principio,* conſulit vt dum pendet quæſtio ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia cenſuræ, petatur fructus & redditus conſeruari, vt conſtito de iniuſtitia reſtituantur ipſi abſoluto, cum hoc difficilius fieri poſſit fructibus iam conſumptis.

Suſpenſus iniuſtè ab officio, vel beneficio non amittit 105.
diſtributiones, vt docent Monet. *d.q.*15. *num.*46. Cened. *d.c.*1. *num.*59. Bonacin. *d. puncto* 2. §.4. Sanctarel. *d.q.*9. *num.*13. Squilante *de obligat. cleric. p.*4. *num.*15. Ego ipſe *d. alleg.*53. *num.*176. Stephan. Gratian. *d. cap.*591. *num.*38. Lotter. *d. lib.*3. *q.*27. *nu.*139. Trullench *in Decalog. lib.*1. *cap.*8. *dub.*11. *nu.*3. Caſtro Palao *tom.*2. *diſp.*3. *puncto* 1. §.2. *num.*9.

Eccleſia interdicta, aut polluta exiſtente, Canonicus 106.
non eſt priuandus diſtributionibus quotidianis, ſi interdicto, aut pollutioni cauſam non dedit; ita Cened. *d.q.*1. *num.*59. *&* 60. Bonacina *d. puncto* 2. §.6. Sanctarel. *d. quæſt.*9. *num.*14. Trullench *d. lib.*1. *cap.*8. *dub.*11. *num.*8.

Priuato

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

107. Priuato iniuſtè debentur fructus, & diſtributiones quotidianæ, cæteraque emolumenta, quæ præſentibus tantùm, & intereſſentibus lucrifieri conſueuerunt pro toto eo tempore, quo ob dictam priuationem munera ſuo beneficio incumbentia obire, atque horis Canonicis intereſſe non potuit, vt tenet Aldan. *d. tit. 3. num. 20.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe reſolutum à S. Congreg. Epiſcop. ſub die 26. *Maij* 1625. & reſoluunt citati à Trullench *in Decalog. lib. 1. cap. 8. dub. 11. num. 5.*

108. *pp Quauis colluſione, aut remiſſione excluſa.*] Non poſſe Epiſcopum, vel Capitulum remittere, aut donare amiſſas diſtributiones ob non reſidentiam, per hunc text. tradunt Nauar. *de horis Canon. cap. 22. miſcel. 14. num. 48. & conſ. 5. num. 1. de cleric. non reſid.* Menoch. *de arbitr. caſu 429. num. 6.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 3. num. 8. in fine pag. 124.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 23. de reſident. rub. an Canonici, vel alij habentes dignitatem teneantur reſidere in ſuis Eccleſiis, n. 90. & 91.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. diſtributiones 4.* Sanctarel. *var. reſol. q. 13. num. 7.* Trullench *in Decalog. lib. 1. cap. 8. dub. 16.* Ego ipſe *d. p. 3. alleg. 53. n. 140.* Rot. *in Hiſpal. diſtributionum 2. Maij 16 3. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano.* eſt 1. in impreſſ. poſt tract. *de diſtrib. quotid.* Alexandri Monet.

109. Conſenſus enim Canonicorum non poteſt facere vt qui non interfuit Diuinis, habeat diſtributiones quotidianas, & neque ſtatuto, aut lege hoc poteſt conſtitui, ſicut reſoluunt Nauarr. *de horis Canon. cap. 5. num. 20. & cap. 21. num. 63.* Menoch. *d. caſu 429. num. 6. in addit.* Mendez de Cabedo *diuerſor. iuris argument. lib. 1. cap. 9.* Bonacin. *de Sacrament. diſp. 4. quæſt. vlt. puncto 7. §. 5. num. 8.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ. 493. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 384. num. 7. in 2. edit.* Immo nec totum Capitulum per conſuetudinem poteſt concedere quòd abſens lucretur diſtributiones quotidianas, etiamſi per momentũ temporis durauerit abſentia, ſecundùm Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 384. n. 8.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 166. nu. 31.*

110. Nec etiam eos poſſe remittere diſtributiones præteritas, quamuis abſit omnis fraus, & conuentio, per hunc text. reſoluunt Durant. *de ritibus Eccleſ. lib. 3. cap. 25. nu. 5.* Azor. *d. lib. 7. cap. 7. q. 9.* Sanctarel. *d. quæſt. 13. nu. 6.* ſublata ſententia gloſ. *verb. ſuas, in c. vnic. de cleric. non reſid. lib. 6.* niſi ſibi iam applicatæ, & traditæ fuiſſent, vt per d. gl. *verb. ſuas, & ibi* Gemin. *in §. qui verò n. 10.* Nauarr. *miſcel. 59. de orat. n. 4. & 5.* Azor. *d. c. 7. q. 9.* Monet. *d. p. 3. q. 5. n. 6.* Sanctarel. *d. q. 13. n. 5.* Barthol. à S. Fauſto *de horis Canon. lib. 3. q. 91.*

111. *qq Omnes verò Diuina per ſe, & non per ſubſtitutos, &c.*] Ita Rot. *deciſ. 659. num. 3. p. 4. diuerſ.* Trullench. *in Decalog. lib. 1. cap. 7. dub. 31. num. 3.* Ego ipſe *in tract. de Canonicis cap. 31. num. 3.* Et ſi factum ſit aliquod ſtatutum quòd Canonici poſſint inſeruire per ſubſtitutos, vel alternatim vnus pro alio, eius ratio habenda non eſt, quia eſt contra hoc decretum, vt per Zerol. *in praxi Epiſcop. par. 2. verb. Canonicus §. 5.* Nicol. Garc. *de benef. part. 3. cap. 2. num. 498.* Rot. *d. deciſ. 659. part. 4. diuerſ.*

112. Obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel Portiones in Eccleſiis, præſertim cathedralibus cuiuſcunque qualitatis ſint, tenentur munera eiſdem Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionibus in decantatione Miſſæ, Euãgelij, Epiſtolæ & ſimilium functionum præſtatione incũbentia, & annexa per ſe ipſos ſubire, & exercere. Quòd ſi aliquando aliquis legitimo impedimento detentus ea per ſe ipſum adimplere non poterit, tunc alios, eiuſdem tamen ordinis, & gradus, non autem inferioris, Dignitates nempe alias Dignitates, Canonici Cànonicos, & portionarij reſpectiuè portionarios in ſua quiſque hebdomada, ne graduum & ordinum prærogatiuæ confundantur, deputare debebunt, idq; per Epiſcopum opportunis remedijs, etiam huius decreti vigore prouidẽdum erit, ita deciſum refert Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 496.*

113. Si Dignitas, & Canonicatus ſint adinuicem, & æquè principaliter vnita, cùm vbi duo beneficia obtineantur, illa obtinens vtriuſque onera ſubire per ſe ipſum tenetur, ſecus verò ſi vnio facta ſit acceſſoriè, & non æquè principaliter, idem etiam dicendum eſt ſi facta ſit ad vitam obtinentium dumtaxat, quia per iſtam vnionem ad vitam non extinguitur titulus beneficij vniti, ita atteſtatur reſolutum idem Nicol. Garc. *d. cap. 2. nu 506. & ſeq.*

114. Verùm ſi Portio vnita ſit Dignitati perpetuò, & acceſſoriè, & per viam incorporationis, tunc quia per iſtam vnionem Portio deſijt eſſe Portio, & eius titulus, & effectus, extinctus fuit, ac effecta eſt vnum tantùm beneficium, obtinens Dignitatem, cui ſic eſt vnita Portio, non tenebitur ſeruire tanquam Portionarius, nec ſubire onera aliàs competentia ratione Portionis, vt cenſuit Rot. *in Burgen. ſeruitij Decanatus 13. Iunij 1594. coram Litta*, quam refert Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 509.*

115. Canonici cogendi ſunt ad perſonaliter canendum Miſſam illis diebus, quibus ex inſtituto, & legitima conſuetudine illius Eccleſiæ debent, vt refert deciſum Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 495.*

116. *rr Et Epiſcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti aſſiſtere,*] &c. In ciuitate tamen, licèt extra Cathedralem Eccleſiam, non autem in diœceſi, vt per Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Canonicus pen.* Scip. de Rubeis *in aphoriſm. Epiſcop. verb. aſſiſtentia num. 2.* quos refero *in tract. de Canonicis cap. 33. num. 9.* vbi *num. 10.* atteſtor ſic fuiſſe deciſum in S. Congr. Rit. *ſub die 2. Auguſti 1631.*

117. Epiſcopo Miſſam priuatè celebranti in Cathedrali non teneri Canonicos aſſiſtere, refert reſolutum Scip. de Rubeis *d. verb. aſſiſtentia num. 4.* per me citatus *d. cap. 33. nu. 12. & nu. 18.* aſſero fuiſſe deciſum in vna Bracharen. teneri Canonicos aſſiſtere Epiſcopo Suffraganeo, quando nomine proprij Epiſcopi functiones Epiſcopales exercet, & per tot. illud *cap. 33.* plura de aſſiſtentia Canonicorum Epiſcopis facienda cumulaui.

118. *ss Atque in choro ad pſallendum, &c.*] Teneri Canonicos ſub onere, & obligatione reſtitutionis diſtributionum pſallere, ſeu canere in choro cum alijs, & non ſatisfacere ſi ſolùm aſſiſtant, & interſint Horis, & per Capellanos, & alios beneficiarios pſallant, ipſi verò vel ibi, vel domi priuatim recitent Horas, per hunc text. tradunt Nauarr. *de Orat. c. 10. nu. 47. & cap. 11. num. 41. & miſcel. 79.* Sandou. *de officio diuino part. 6. c. 16.* Ludou. Lop. *in inſtruct. conſcient. part. 2. cap. 90.* Læl. Zech. *de republic. eccleſ. cap. 2. de Canonic. ſub num. 6.* Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. p. 1. cap. 51. num. 12. & cap. 52. num. 22. & cap. 53. num. 4. & 5.* Fr. Emman. *in ſumm. tom. 1. cap. 145. num. 5.* Fernandez *in examine Theologiæ moralis p. 4. c. 5. §. 12. nu. 2.* Soar. *de Relig. to. 2. tract. 4. lib. 4. cap. 12. num. 8. cum ſeqq.* Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 62. à num. 2.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 10. c. 11. quæſt. 11.* Petr. de Ledeſma *p. 2. tract. 9. c. 4. concl. 2. diffic. 1.* Leſſi. *de iuſtit. lib. 2. cap. 34. num. 184.* Squilante *de obligat. cleric. part. 1. à num. 60.* Paul. Layman. *in ſumm. Theolog. moral. lib. 4. tit. 2. c. 7. nu. 6.* Oliuer. Bonart. *de obligat. horarum Canon. lib. 3. q. 13.* latè Sebaſt. Cæſar. *in relect. de eccleſiaſtic. hierarch. diſp. 12. §. 1. n. 7. cum ſeq.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. diſp. 10. q. 3. num. 4. prope fin.* Vgolin. *de offic. Epiſcop. p. 1. cap. 19. §. 1. num. 4.* Caſtr. Palao *in opere morali tom. 2. diſp. 3. puncto 4. num. 5.* Marcel. Vulpe *in praxi iudic. fori eccleſ. cap. 13. num. 14.* Ego ipſe *de Canonic. cap. 34. nu. 9. cum ſeqq.*

Contra Medin. *in inſtruct. Confeſſor. p. 1. cap. 14. §. 11. ad fin.* Petr. Nauarr. *de reſtitut. lib. 2. cap. 2. ex nu. 21.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 18. à num. 175.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 514.* Monet. *de diſtrib. quotid. part. 2. quæſt. 2. per tot.* latè Ced. *pract. & canonic. quæſt. lib. 1. quæſt. 2. à princ.* & præcipuè ex *num. 14.* Ioan. de la Cruz *in director. conſcient. præcepto 3. art. 3. dub. 7. concl. 4.* Gauant. *in comment. ad rub. Miſſalis to. 2. tract. 1. cap. 5. num. 4.* Anton. Diana *moral. reſolut. part. 2. tract. de horis canon. reſol. 6. & p. 4. tract. 4. reſol. 217. in fine.* Sanch. *in opuſc. moral. tom. 2. lib. 2. cap. 2. dub. 100. num. 2.* Caſtr. Palao *tom. 2. diſp. 3. puncto 3. nu. 5.* Trullench *in Decalog. lib. 1. cap. 8. dub. 7.* exiſtimantes non pſallentes diſtributiones ſuas facere, licèt non canant, ſed priuatim, vel voce ſubmiſſa recitent.

Niſi loquantur huiuſmodi Doctores eo caſu, quo in aliquibus Eccleſijs viget conſuetudo, aut ſtatutum vt Canonici & beneficiarij choro ſatisfaciant intereſſendo & faciendo vt Capellani, & Cantores cantent, & pſallant, & reliqua exequantur munera, vt illi admittunt, & ex citatis pro prima ſententia non diſſentiunt Petr. Nauarr. *dict. cap. 2. numer. 217. & 221.* Azor. *dict. quæſt. 6.* Nicol. Garc. *d. c. 2. nu. 522.* Soar. *d. c. 12. nu. 11. & 13.* Cened.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*d. quæſt. 2. num. 12.* Leſſi. *d. cap. 34. num. 185.* Squillante *d. p. 1. num. 61. in fine.* Oliuer. Bonart. *d. lib. 2. cap. 23. num. 13.* Paul. Layman. *d. num. 6 verſ. dico ſecundò*, Antonin. Diana *d. reſolut. 6. in fine*, Sebaſt. Cæſar *d. §. 1. numer. 11.* Barthol. à S. Fauſto *de horis Canon. lib. 3. quæſt. 14.* Marchin. *de ſacram. Ordinis part. 6. tract. 2. cap. 9. diffic. 7.*

φφ *Veſtitu inſuper decenti*, &c. ] Iubet clericos beneficiatos Eccleſiarum Cathedralium vti veſtitu decenti tam in Eccleſia, quàm extra illam, ad majorem ſuæ dignitatis ſplendorem, refert Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſt. 8. num. 14. verſ. quod tamen, pag. 76. in fine.*

## Monitiones S. Caroli Borromæi ad Canonicos.

*Vos, qui in cathedrali Eccleſia Dignitates obtinetis, Canonici item tum eiuſdem Eccleſiæ, tum reliquarum quarumuis Eccleſiarum collegiatarum, vel vrbanarum, vel diœceſanarum, quicumque ſitis in omni Canonicalis diſciplinę officio, ita agite vt canonicè, nempe Canonum legibus ad vitæ veſtræ inſtitutum pertinentibus, & conſtitutionum Prouincialium, Diœceſanarumque ratione congruenter viuatis; idque primò maximè ſtudete, vt in conſpectu Dei omnipotentis puro corde, & caſto corpore miniſtretis.*

*Tum ſinguli vos Ordinis dignitati, aut Canonicatui annexi functiones explete, Canonicaliſque muneris partes præſtate, omnes in choro ſtatis horis aſſiſtite, & ad Deũ pro fidelibus pias, religioſaſq; fundite precationes.*

*Dum eo loco eſtis, memores eſtote adeſſe Chriſtum Ieſum Dominum, cui ſeruite cum timore, & tremore.*

*Non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes adeſtote, non mente vaga, non vagis oculis, non indecenti corporis ſtatu.*

*Attentè, ſtudiosè, ritè, piè, religiosè diuinas laudes concelebrate, & pſallite Deo in conſpectu Angelorum, cantantes in cordibus veſtris Domino.*

*In choro nemo priuatim, nemo tacitè officiũ recitet, ſed omnes pariter quicũque adeſtis, ſenes cũ iunioribus, laudate nomen Domini in Pſalmis, Hymnis, & Cãticis.*

*A quibuſcunque colloquijs, & à litterarum, ac librorum lectionibus, atque omni vagatione abſtinete.*

*Pro temporis autem, & officij ratione ſedete, ſtate, genua flectite, caput aperite, & inclinate.*

*Accuratè demum omnia obſeruate, quæ eo de genere vobis præſcripta ſunt, ita vt veſtro exemplo alijs Sacerdotibus, Clericiſque & rectè, riteque pſallendi, & ſanctè orandi, & piè agendi animum addatis.*

*In Pſalmorum autem, Canticorum, & Hymnorum intelligentiam ſtudiosè incumbite, vt dum pſallitis pro ſenſuum ſanctiſſimorum, quos mente concepiſtis, ratione, vos ad omnes pietatis, deuotioniſque effectũ excitetis.*

*Non ordinariè diſtributionum lucro adducti, ſed Dei charitate, Religioniſque cultu commoti, diuinis Officijs adeſtote, vt verè ex animoque Pſalmi verba illa concinnatis: Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.*

*Diuinis officijs abſolutis paululum omnes in choro piè orate, inde obeundi ſigno per Præfectum dato conſurgentes, quo ordine ad chorum acceſſiſtis, eodem in ſacriſtiam redite, vbi cappas, qui illis induti eſtis, & ſuperpellicea ſine ſtrepitu vllo, & ſuſurratione deponite.*

*Canonicales veſtros conuentus ſtatis hebdomadæ diebus capitulariter habete.*

*Omnes qui debetis ad illos conuenite.*

*Inde ne diſcedite niſi miſſione à Capituli præfecto impetrata.*

*Singuli ordine, & loco ſedete.*

*Sententiam modeſtè dicite, & ſuo quiſque loco, non præpoſterè.*

*A verbis ſcurrilibus abſtinete.*

*In reb⁹ cõſultãdis rixas, iurgia, & cõtumelias cauete.*

*In initio & fine vniuſcuiuſque Capituli ſtatas orationes dicite.*

*Priori loco tractanda proponite, quæ ad diuinum cultum, ad ſpiritualis vitæ progreſſum, ad eccleſiaſticam diſciplinam tuendam, tum quæ ad rerum temporalium gubernationem pertinent, ne negligite.*

*Cætera hoc de genere toto ſeruate quæ Prouincialibus conſtitutionibus præſcripta ſunt.*

*Omnia in primis agite pace mutua, concordi voluntate, & charitate fraterna vos inuicem diligite; Canonici enim eſtis, qui pro Collegij ratione ex antiquo inſtituto vnà in collegiata Eccleſia, vnoq; item in Canonicali domicilio collocati fuiſtis, ita vno pacis, & charitatis fœdere, vnaq; animorũ conſenſione coniunctiſſimi, ſicut naſcentis Eccleſiæ miniſtri, quorum erat cor vnum, & anima vna, experiẽdo videte, ſicut in Pſalmo ſcriptum eſt, Quàm bonum, & quàm iucundũ ſit habitare fratres in vnũ.* Hacten⁹ monitiones S. Caroli ad Canonicos.

### *Tabella Canonicis accommodata ad preces horarias deuotè concinendas.*

### Ante Horas.

*Horarum canonicarum inſtitutio ad Dei laudem, & gratiarum actionem primùm omnium recolenda.*

*Quæ ſepteno Horarum numero myſticè deſignantur, breuiter cogitanda.*

*Rerum inanium curæ, & omnium negotiorum ſolicitudo relinquenda.*

*Poſtulandum à Deo vt attentè, deuotè, ac ſtudiosè laudetur.*

*Frequens conſideratio Canonicalis vocationis vt vocibus modulatè cõpoſitis mens bene inſtructa reſpõdeat.*

*Cordis munditiæ ſtudendum vt puris verborum laudibus diuina Maieſtas concelebretur.*

*Hierarchiæ Angelorum diuinas laudes in cœlo proclamantium mentis oculis proponendæ.*

*Humili precatione Sanctorum patrocinium implorãdum, illius præſertim, cuius Officium recitare continget.*

*Nunquam Officium inchoandum niſi collectis ſenſibus, ac præuia mentis eleuatione ad Deum.*

*Cauendum à verbis inutilibus, riſu, iocis, eo maximè tempore, quo itur, vel paulo poſt eundum eſt in chorum.*

### In ipſis Horis.

*Nouerit Canonicus ſe in ſortem Domini vt diuinis laudibus publico nomine vacet.*

*Angelici huius miniſterij Officio ſe inter Angelorum choros verſari contempletur.*

*Diuinæ præſentiam Maieſtatis pſallendo reuerenter adoret.*

*Attentionem in ſingulis verbis adhibeat, quam frequenter excitabit, Dei, quem alloquitur, recordatione.*

*Quæ diſtrahunt importunæ cogitationes ſenſim, ac leuiter repellendo contemnat.*

*Quoties mentem aliò diuertiſſe aduerterit, toties eam*

ſtatim

*ſtatim colligendo dirigat ad Deum.*

*Corpus modeſtè, ac decore componat, oculos præſertim cuſtodiat, vt ſint debitæ attentionis miniſtri.*

*Si quod verbum dicere, vel reſpondere oportebit, id citò, ac breuiter expediat.*

*Quæ recitat, aut canit, ex libro ſibi parato, non ex memoria depromat.*

*Offerat Deo pro ſe ipſo attentationem, & deuotionem tot ſanctorum hominum in Canonicis precibus exoluendis.*

Poſt Horas.

*Deo gratias referat, quòd acceſſum habuerit ad eius laudes, & colloquia.*

*Petat humiliter veniam errorum, quos in hac diuina functione commiſit.*

*Linguam velut inſtrumentum Deo dicatum cautè cuſtodiat.*

*Cordis affectiones ita componat vt externæ conſonent verborum modulationi.*

*Moribus, ac vita Deum perfectè laudare conetur.*

*Superfluis rerum curis ne implicetur vt moleſtos cogitationum tumultus euitet.*

*Quæ verba in pſalmodia ſibi magis fructuoſa guſtarit, ea diutiùs conſeruet.*

*Harmoniæ rerum creatarum ſyncero, ac fidei earum vſu omni tempore concinat.*

*Ad ſupernum Beatorum chorum aſpiret, qui in diuinis præconijs perpetuò exultant.*

*Myſteria Paſſionis Chriſti Domini, quibus horæ canonicæ reſpondent, memoria ſepe retractet.* Hactenus tabella.

---

*Cathedrales tenues Summus Pontif. vnit, aut acceſſione ex fructibus auget. Interea certo modo prouideatur Epiſcopo. Parochiales, ſed tenues Eccleſiæ ſunt augendæ. Penſionibus beneficia tenuia grauari minimè conuenit. Parochias ſuas ſingulas ſinguli parochiani frequentent.*

## CAPVT XIII.


1 *Doctores de materia cap. agentes.*

2 *Vnio alicuius partis fructuum parochialium eſt prohibita.*

3 *Parochialis Eccleſia vniri non poteſt Capitulo Cathedralis etiam ob tenuitatem Canonicatuum.*

4 *Habet locum quando verè eſt Eccleſia parochialis.*

5 *Parochiarum duarum poſſeſſor non eſt moleſtandus quando vni ſolum collatæ ſine diſpenſatione fuerunt per 40. annos.*

6 *Epiſcopus poteſt curam animarum toti Capitulo Cathedralis Eccleſiæ incumbentem transferre.*

7 *Parochiæ, quæ certos fines non habent non comprehenduntur ſub hoc decreto.*

8 *Parochialium exiguitati quomodo prouidendum.*

9 *Parochiales monaſterijs non vniendæ.*

10 *Parochiales habitu tãtum poſſunt monaſterijs vniri.*

11 *Vniones parochialium, quæ fiunt pro fundatione, dotatione Collegiorum, &c. ſaluantur.*

12 *Eccleſiæ Cathedrales, quarum redditus ad ſummam ducatorũ mille non excedunt, nullis penſionibus, aut reſeruationibus fructuũ grauari debẽt.*

13 *Penſio non imponitur ſuper parochiali reſignata, ſi valor illius non excedit centum ducatos.*

14 *Valor centum ducatorum, quæ manere debent Rectori parochialis, intelligendum eſt iuxta morem vniuſcuiuſque regionis.*

15 *Clauſ.* Dummodo remaneant centum pro Rectore, *quomodo iuſtificanda.*

16 *Congrua portio aſſignanda parocho cenſetur ſumma ſcutorum centum.*


QVoniam [a] pleræque Cathedrales Eccleſiæ tam tenuis redditus ſunt, & anguſtæ, vt Epiſcopali dignitati nullo modo reſpondeant, neque Eccleſiarum neceſſitati ſufficiant: examinet Concilium prouinciale, vocatis ijs, quorum intereſt, & diligenter expendat, quas propter anguſtias, tenuitatemque inuicem vnire, vel nouis prouentibus augere expediat, [b] confectaque de præmiſſis inſtrumenta ad ſummum Romanum Pontificem mittat: quibus inſtructus ſummus Pontifex ex prudentia ſua, prout expedire iudicauerit, aut tenues inuicem vniat, aut aliqua acceſſione ex fructibus augeat. Interim verò, donec prædicta effectum ſortiantur, huiuſmodi Epiſcopis, qui fructuum ſubuentione pro diœceſis ſuæ tenuitate indigent: poterit de beneficijs aliquibus, α *dum tamen curata non ſint*, nec dignitate, ſeu canonicatus, & præbendæ, nec monaſteria, in quibus viget Regularis obſeruantia, vel quæ Capitulis generalibus, & certis Viſitatoribus ſubduntur, à ſummo Romano Pontifice prouideri. β *In Parochialibus etiam Eccleſijs*, quarum fructus æque adeò exigui ſunt, vt debitis nequeant oneribus ſatisfacere: curabit Epiſcopus, ſi per beneficiorum vnionem, non tamen regularium, id fieri non poſſit, vt primatiarum vel decimarum aſſignatione, aut per parochianorum ſymbola, ac collectas, aut qua commodiori ei videbitur ratione, tantum redigatur, quod pro Rectoris, aut parochiç neceſſitate decẽter ſufficiat. In vnionibus verò quibuſlibet, ſeu ex ſupradictis, ſeu alijs cauſis faciẽdis, Eccleſiæ parochiales γ *monaſterijs quibuſcumque*, aut Abbatijs, ſeu dignitatibus, ſiue præbendis Eccleſiç Cathedralis, vel Collegiatæ, ſiue alijs beneficijs ſimplicibus, aut hoſpitalibus, militijſve non vniantur, & quæ vnitæ ſunt, [c] reuideantur ab Ordinarijs, iuxta aliàs decretum in [d] eadem Synodo ſub fel. rec. Paulo III. quod etiam in vnitis ab eo tempore citra æquè obſeruetur: non obſtantibus in ijs quibuſcumque verborum formis, quæ hic pro ſufficienter expreſſis habeantur. δ *Ad hæc in poſterum, omnes hæ Cathedrales* Eccleſiæ, quarum redditus ſummam ducatorum mille, & Parochiales, quæ ſummam ε *ducatorum centum*, ſecundùm verum annuum valorem non excedunt, nullis penſionibus, aut reſeruationibus fructuum grauentur. In ijs quoque ciuitatibus, ac locis, vbi Parochia-

[a] Sup. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 6. & 7. & ſeſſ. 14. de reform. cap. 9. & infr. c. 5.

[b] c. vnio. 10. q. 3. c. & tẽporis. cũ ſeq. 19. q. 2.

[c] Seſſ. 7. c. 6.

[d] Sup. ſeſſ. 7. de reformat. c. 6.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

les Eccleſiæ certos non habent fines, nec earum rectores proprium populum, quem regant, ſed promiſcuè petentibus Sacramenta adminiſtrant: mandat ſancta Synodus Epiſcopis, pro tutiori animarum eis commiſſarum ſalute, vt diſtincto populo in certas, propriaſque parochias, vnicuique ſuum perpetuum, ᶜ peculiaremque Parochum aſſignent, qui eas cognoſcere valeat, & à quo ſolo licitè Sacramenta ſuſcipiant; aut alio vtiliori modo, provt loci qualitas exegerit, prouideant. Idemque in ijs ciuitatibus, ac locis, vbi nullæ ſunt parochiales, quamprimum fieri curent; non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs, ζ *& conſuetudinibus*, etiam immemorabilibus.

ᵃ Cap. 1. 13. q. 1. c. plures. 16. q. 1. c. de paroch. & infrà ſeſſ. 14. de reform. c. 9.

1. VIde Archiep. Bononien. *p.4. ſub tit. de vnionib. pag. 253. cum ſeqq.* Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p.2. cap.2. num.70. & cap.16. num.20. cum ſeqq & num.67.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.52. à princip.* Monet. *de decimis, c.8. q.6. num.80. & 81.*

2. *α Dum tamen curata non ſint.*] Non ſolùm vnionem Parochialis eſſe prohibitam, ſed etiam aliquam partem fructuum earum vniri non poſſe refert deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſol.383. num.5. verſ. limita ſextò, in 2. edit.* aliàs *deciſ.492. in 1. edit.* Garc. *de beneſic. p.12. cap.2. num.87.*

3. Parochialem Eccleſiam vniri non poſſe Capitulo Cathedralis etiam ob tenuitatem Canonicatuum, & ob impoſſibilitatem etiam vniendi beneficia ſimplicia, & ob id quoque quòd non decebat minuere eorum numerum, iuxta mentem Concil. *cap.15. ſup. hac ead. ſeſſ.* tenet Aldan. *in compendio canon. reſol. lib.4. tit.8. num.3.* vbi atteſtatur deciſum *in Alexandrina 3. Martij 1594.*

4. Habere locum hoc decretum quando verè eſt Eccleſia Parochialis, & certos habet fines, & non aliàs, refert deciſum Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.6. num.96.*

5. Parochiæ duæ ſi per conſuetudinem, quæ per 40. annos viguerit, tanquam vnitæ, vni ſemper collatæ ſine diſpenſatione fuerunt, non eſſe earum poſſeſſorem moleſtãdum, refert deciſum Garc. *de beneſ. p.12. cap.2. num.243.*

6. Epiſcopum poſſe curam animarum toti Capitulo Cathedralis Eccleſiæ incumbentem transferre accedente conſenſu Capituli per viam vnionis perpetuæ in obtinentem dignitatem in eadem Eccleſia, quæ vnioni conſentiat, aſſerit Aldan. *d. tit.8. nu.4.* atteſtans ſic deciſum *ſub die 30. Martij 1594.*

7. Parochias, quæ certos fines non habent, ſed certum tantùm populum, vt per certas familias diſtinguantur, vſque adeò vt Sacramenta promiſcuè non adminiſtrentur, non comprehendi hoc decreto refert deciſum Garc. *d. p.12. cap.2. num.88.* & Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ. 6. num.96.* Ego ipſe *de Parocho cap.1. num.23.*

8. *β In Parochialibus etiam Eccleſijs, &c.*] Vide Mandoſ. *ad reg.22. de vnionib. q.5. nu.3. ad fin.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.2. c.26. num.25.* Gutier. *pract. lib.1. q.17. num.3. cum ſeqq.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.2. nu.20. & gloſſ.5. §.7. num.61. & 62.* Caſtro Palao *in opere mor. to.2. tract.13. diſp.6. punct.12. nu.1.*

9. *γ Monaſterijs quibuſcumque, &c.*] Vide Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap.11. num.99. cum ſeqq.*

10. Parochiales dum monaſterijs vniri prohibet Concil. *in præſenti*, intelligendum eſſe de Parochialibus, quæ actu, non autem de illis, quę habitu tantùm ſupra hominum memoriam Parochiales exiſtunt, refert deciſum Garc. *in addit. ad ſuum tractat. de beneſic. part.5. cap.3. numer.121.*

11. Saluari tamen, & excipi vniones, quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel conſeruatione Collegiorum, & aliorum piorum locorum ad fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem, bonarumque artium cultum, reſoluunt Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.5. §.7. num.46.* Vgolin. *d. cap.52. §.1. num.1. verſ. ſecundò.*

12. *δ Ad hæc impoſterum omnes hæ Cathedrales, &c.*] Omnes Eccleſias cathedrales, quarum reditus ſummam ducatorum mille non excedunt, nullis penſionibus, aut reſeruationibus fructuum grauari debere, ex hoc cap. colligit Flamin. Pariſ. *de reſign. lib.6. q.2. nu.34. cum ſeqq.* Garc. *p.1. c.5. num.393.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.7. cap.21. q.8.* vbi ait huic cap. eſſe expreſsè derogandum, cùm penſio aliter imponitur, per ea quæ tradit Put. *deciſ.494. lib.2. in antiq.* aliàs *deciſ.493. eod. lib. in correctis*; ſed in hoc videtur contrarium tenendum, immò tacitè diſpenſaſſe Papam omittendo clauſulam, *dummodo remaneant mille pro Epiſcopo*, ex Rot. *in Ferentina penſionis 23. Ianuarij 1602. coram Ortembergo*. impreſſa per Marcheſan. *de commiſſion part.1. pag.535.* & illius memini *in tract. de Clauſulis vſu frequent. clauſ.48. num.2.* ſecundùm Lugdunen. impreſſ. vbi multa de hac clauſula, & illius iuſtificatione.

13. *ε Ducatorum centum, &c.*] Penſionem non imponi ſuper Parochiali reſignata, ſi valor illius non excedit centum ducatos, ex hoc decreto colligunt Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſic. lib.6. quæſt.2. num.21.* Garc. *de beneſic. p.1. c.5. num.375.* vbi ſubdit quòd in penſione quæ conſtituitur ſuper Parochiali, ſolet apponi clauſula, *dummodo remaneant centum ducati liberi pro Rectore*, & quòd dictio illa *liberi*, importat idem quod abſque vllo grauamine, & diminutione, per Rot. *deciſ.298. part.1. diuerſ.*

14. Valorem centum ducatorum, qui ex hoc decreto debet remanere Rectori Parochialis Eccleſiæ, quæ penſione grauatur, intelligendum eſſe iuxta morem vniuſcuiuſque regionis in qua eſt beneficium, referunt deciſum Lel. Zech. *de republ. eccleſ. cap.28. num.4. pag. mihi 323.* Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Parochus vlt. & verb. pecunia 1. & verb. penſio 10.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.4. collect.745. in fine, & in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ.428. num.1. in 1. editione*, aliàs *reſolut.365. num.2. & reſolut.644. in 2. edit.* Nicol. Garc. *in addit. ad d. part.1. cap.5. num.373.* Sel. *in ſelect. canon. cap.81. num.10.* vbi aſſerit reſolutum *in Collen. 13. Iulij 1630.*

15. De Clauſula, illa, *dummodo remaneant centum, &c.*] & quomodo iuſtificetur, & quæ onera ex illis centum ſint deducenda, vel non, dixi latè *in tract. de clauſulis vſu frequent. clauſul.47.* ſecundùm Lugdunen. impreſſ. *& in tractat. de officio, & poteſt. Parochi c.29. ex nu.15. vſque ad nu.20.*

16. Ex his congruam portionem aſſignandam Parocho ex cauſa debiti penſionum carcerato cenſeri debere ſummam ſcutorum centum argenti illarum partium, ait Sel. *d. cap.81. num.8.* aſſerens ſic fuiſſe deciſum *in Albinganen. 27. Iunij 1626.*

*ζ Et conſuetudinibus.*] Præcedentibus ſcilicet, & non futuris, iuxta reſoluta per Anguian. *de legib. lib.2. controu. 20. num.21. & 22.*

---

*In nulla prouiſione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem cuiuſcunque beneficij fiant vllæ fructuum deductiones conuertibiles in vſus non pios, conſuetudinibus laudabilibus exceptis, & per Epiſcopum probatis.*

## CAPVT XIV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*

2 *Epiſcopus cũ conſenſu Capituli ſtatuere nõ poteſt vt aliquid minimũ ſoluatur in ingreſſu Canonicorũ.*

3 *Statuta de ſeruiendo per annum, vel aliquod tempus.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*pus, & nihil percipiendo interim de maſſa groſſa, non comprehenduntur ſub hoc decreto.*

4 *Conſuetudo vt duobus primis annis, quibus quis fuerit Canonicus, fructus Canonicatus ſint hæredis anteceſſoris, valet.*

5 *Conſuetudo, quæ imponit onus recepto, quod tendit in vtilitatem Canonicorum, non valet.*

6 *Conſuetudo eſt admittenda per quod aliquid exigitur ab obtinentibus beneficium, & diſtributiones quod non in ipſorum exigentium vtilitatem, ſed Eccleſiæ, alioſque pios vſus conuertatur.*

7 *Conſuetudines laudabiles non cenſentur quæ ſunt pro inſtauratione, vel reparatione bonorum menſę capitularis.*

8 *Conſuetudo valet vt fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiarij.*

9 *Conſuetudo Eccleſiæ Aſten.*

10 *Conſuetudo donandi aliquid in ingreſſu & admiſſione alicuius ad Canonicatum eſt ſublata.*

11 *Conſtitutio facta per Epiſcopum & Capitulum de ſoluendo certam quantitatem ratione poſſeſſionis Canonicatuum, quæ integrè cedat in fabricam valet.*

12 *Dulciaria multa ſunt de genere prohibitorum.*

13 *Epiſcopus an poſſit de fructibus beneficij conferendi aliquid ſubtrahere.*

IN pluribus Eccleſijs, tam Cathedralibus, quàm Collegiatis & Parochialibus, ex earum conſtitutionibus, aut ex praua conſuetudine obſeruari intelligitur, vt in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia prouiſione ſiue admiſſione ad poſſeſſionem alicuius Cathedralis Eccleſiæ, vel beneficij canonicatuum, aut præbendarum, vel partem prouentuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas certæ condictiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationeſve illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus Eccleſijs dicuntur Turnorum lucra, interponantur: hæc cum ſancta Synodus deteſtetur, mandat Epiſcopis, vt quæcumque huiuſmodi in vſus pios non conuertuntur, atque ingreſſus eos qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ auaritiæ ſuſpicionem habent, fieri non permittant, ipſique diligenter de eorum conſtitutionibus, ſiue conſuetudinibus ſuper prædictis cognoſcant, & illis tantùm, quas vt laudabiles probauerint, exceptis, reliquas, vt prauas, ac ſcandaloſas reijciant, & aboleant. Eos verò, qui aduerſus hæc, in pręſenti decreto comprehenſa, quauis ratione commiſerint, pęnis, [a] contra ſimoniacos editis, ſacris Canonibus, & varijs ſummorum Pontificum conſtitutionibus, quas omnes innouat, teneri decernit: non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, conſtitutionibus, conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, etiam Apoſtolica auctoritate confirmatis: de quarum ſurreptione, obreptione, & intentionis defectu Epiſcopus, tamquam Apoſtolicæ Sędis delegatus, cognoſcere poſſit.

a 1. quæſt. 1. ferè per tot. Conc. Tolet. 6. c. 3. c. cum ſemper. de ſimon.

1. VIde Greg. Lop. *ad l. 15. verb. pro pręmio. tit. 17. part. 1.* Nauarr. *de orat. cap. 7. num. 30. & miſcel 6. num. 3. & conſ. 13. & 72. in antiq.* aliàs 1. & 7. *in nouis, de ſimon.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ. 14.* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 29. n. 27. cum ſeqq.* Fr. Emman *in addit. ad Bullam Cruciata pag. 213.* Cencd *ad Decretal. collect. 16. nu. 2.* Franc. Leon *in theſauro fori eccleſ. p. 2. c. 2. n. 79. & p. 3. c. 1. à n. 2.* Piaſec. *in praxi Epiſcop p. 2. c 4. n. 51.* Flam. Pariſ. *de confident q. 38. nu. 17. cum ſeq.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. reſol. 120. & 489. in 2. edit.* Monet *de diſtribut. quotid p. 2. q. 18. n. 54. cũ ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub. 11. cap. 27. numer. 46. cum ſeqq.* Bonacina *de Simonia queſt. 7. §. 3.* metipſum *in tract. de Canonic. cap. 15. num. 24. cum ſeqq.* Et in maiorem huius decreti obſeruationem Pius V. *ſua conſtit.* incip. *Durum nimis, ſub dat. pridie Kal. Iulij* 1570. reuocauit priuilegia, & conſuetudines Eccleſiarum aliquid recipiendi in collatione, ſeu admiſſione ad poſſeſſionem beneficiorum.

2. Vnde Epiſcopum cum conſenſu Capituli ſtatuerę non poſſe vt aliquid minimũ ſoluatur in ingreſſu Canonicorum, cùm ſit prohibitum per dictam Bullam Pij V. retuli deciſum *d. cap. 15. num. 25.*

3. Nec hoc decreto Concilij, nec dicta Bulla Pij V. comprehendi ſtatuta de ſeruiendo per annum, vel aliquod tempus, & nihil percipiendo interim de maſſa groſſa, niſi peracto integro dicto ſeruitio, vel quod poſt obitum hęredibus debeatur, cùm ſit potius differre, quàm auferre, refert deciſum Garc. *de benefic. p. 11. cap. 5. num. 138.*

4. Si in aliqua Eccleſia ſit conſuetudo vt duobus primis annis, quibus quis fuerit Canonicus, fructus Canonicatus ſint hæredum anteceſſoris, iſtum caſum non comprehendi hoc decreto, & in d. Bulla Pij V. refert deciſum Garc. *d. num. 138.*

5. Conſuetudo, quæ imponit onus recepto, quod tendat in vtilitatem Canonicorum, non valet, ſecus in vtilitatem Eccleſiæ, vel augmentum cultus diuini, item quod conuertitur in vtilitatem fabricæ, Eccleſiæ ſcilicet, vt refert deciſum Garc. *d. tract. de benefic. part. 8. cap. 1. n. 90.*

6. Conſuetudinem rationabilem, & ſimiliter ſtatutum laudabile admittendum eſſe per quod aliquid exigitur ab obtinentibus beneficium, & quotidianas diſtributiones, quod non in ipſorum exigentium vtilitatem, ſed Eccelſiæ, alioſque pios vſus conuertatur, modò non pro ingreſſu ipſo, & admiſſione, ſed ad alium finem excipiatur, tenent Abb. & Felin. *in cap. cùm M. de conſtitut.* idem Abb. *in cap. Iacobus num. 3. de ſimon.* Rip. *reſp. 1. num. 11. de arbitr.* Iacob. de Graff *in aureis deciſ. part. 1. lib. 2. cap. 96. nu. 49.* Flamin. Pariſ. *dict. quæſt. 38. num. 27.* Monet. *d. quęſt. 18. num. 55.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 489. num. 2. & 6.* Ego ipſe *d. cap. 15. num. 29.*

Conſuetudines laudabiles non cenſeri, quæ ſunt pro inſtauratione, vel reparatione bonorum menſæ Capitularis, cederent enim in vtilitatem ſingulorum, reſoluit Garc *d. part. 8. cap. 1. num. 90.* quem refero *d. cap. 15. num. 29. in fine.* 7.

Conſuetudinem valere etiam ſtante diſpoſitione huius decreti vt fructus primi anni reſeruentur hæredibus beneficiarij defuncti, cenſuit Rot. *deciſ. 660. part. 4. diuerſ.* quam refero *d. cap. 15. num. 31.* 8.

Conſuetudinem Eccleſiæ Aſten. quòd fructus ſpectent ad Capitulum donec beneficiatus ſit Sacerdos, valere, quia intentio Concilij *in præſenti* fuit ne ratione collationis aliquid reciperetur, dixi *d. cap. 15. num. 34* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Aſten. 6. Maij 1617.* 9.

Cõſuetudinem donandi aliquid in ingreſſu, & admiſſione alicuius ad Canonicatum, eſſe ſublatam per hoc decretum, aſſerit reſolutum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarrę lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis num. 10. reſponſ. 8.* quem refero *d. c. 15. num. 28.* 10.

Valere conſtitutionem factam per Epiſcopum & Capitulum poſt Concil. Trident. de ſoluendo certam quantitatem rationę poſſeſſionis Canonicatuum, quæ integrè cedat in fabricam, nihil autem ex pecunia notarijs, curſoribus, campanarijs, alijſve Eccleſiæ miniſtris, quibus aliàs conſtituta ſunt ſalaria, attribuendum, aſſerit deciſum Garc. *part. 3. c. 2. num. 198. declar. 9.* quem refero *d. cap. 15. num. 30.* 11.

12. Dulciaria multa eſſe de genere prohibitorum à Concilio *in præſenti* ob aliquem de Capitulo exigendorum pro admiſſione in poſſeſſionem alicuius noui Canonici, refert deciſum Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 2. verb. poſſeſſio beneficij §. 5. in fine.*

13. Si Epiſcopus antequam beneficium alicui conferat, ob aliquam iuſtam cauſam ordinauerit aliquid ſubtrahendum de fructibus beneficij conferendi, & in pios vſus expendendum, non eſſe illicitum; ſi verò ab eo, cui beneficium confert, requirat aliquid ſibi exhiberi de fructibus illius beneficij, idem eſſe ac ſi aliquod munus ab illo exigeret, & non carere vitio ſimoniæ, docet S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 100. *ad* 4. *in finem,* quem referunt Monald. *conſ.* 83. *vol.* 2. Hieron. Zanett. *in tract. de foro conſcientiæ, & contentioſo ſub num.* 8. Aloyſ. Ricc. *dict. reſol.* 489. *num* 8.

---

*In Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum inſignium Præbendis multis, ſed tenuibus, & inſufficientibus hæc ſit ratio, vt ipſæ Præbendæ vnione quorundam aliorum beneficiorum creſcant, aut patronorum conſenſu Præbendarum quarundam fiat tanta ſuppreſſio, quæ non officiat celebrando cultui diuino, non obſtantibus, &c.*

## CAPVT XV.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Epiſcopis nulla datur poteſtas ſupprimendi præbendas vt augeantur diſtributiones, etiam ad augmentum cultus diuini.*
3 *Collegiatæ inſignes quæ dicantur.*
4 *Beneficij tenuitas debet probari, quia beneficia de ſui natura præſumuntur congrua.*
5 *Prælati ſeculares iuriſdictionem habentes quaſi Epiſcopalem beneficia ſupprimere non poſſunt.*
6 *Capitulum Sede vacante non poteſt ſuppreſſionem facere.*
7 *Vicarius Epiſcopi, ſeu Capituli Sede vacante non poteſt ſupprimere.*
8 *Capituli conſenſus requiritur in ſuppreſſione faciendæ.*
9 *Suppreſſio Canonicatuum alicuius Collegiatæ ob tenuitatem vt ritè fiat per Epiſcopum, debet vltra conſenſum Capituli Collegiatæ interuenire conſenſus Capituli Cathedralis.*
10 *Conſenſus Capituli poteſt poſt vnionem interuenire.*
11 *Conſenſus tacitus Capituli ſufficit in vnione facienda.*
12 *Dignitates non poſſunt vniri.*
13 *Epiſcopo non licet vnire beneficia Capellanijs, quæ habent redditus tenues.*
14 *Beneficia viuentium vniri poſſunt ſine tamen præiudicio obtinentium.*
15 *Vniones de beneficijs reſeruatæ validæ ſunt ſi modò fuerint factæ ante ipſorum vacationem.*
16 *Curam animarum toti Capitulo cathedralis Eccleſiæ incumbentem poteſt Epiſcopus de conſenſu Capituli transferre, &c.*
17 *Vnio debet fieri ſingulis præbendis diſtributiuè, non autem menſæ.*
18 *Præbendis ſingulis ſingula beneficia vniri debent, non omnibus ſimul indiſtinctè vnum.*
19 *Vniones fieri poſſunt in diſtributionibus quotidianis vbi illæ tenues ſunt.*
20 *Habet locum in ſuppreſſionibus tantùm perpetuis.*
21 *Conſenſus patroni, & inferioris collatoris, & electorum regulariter neceſſarius eſt in ſuppreſſione beneficiorum facienda.*
22 *Vnio de beneficio iuriſpatronatus facta non valet.*
23 *Redditus præbendarum, ſeu beneficiorum quomodo taxandi ſint cùm eorum aliquot ſupprimēda ſunt.*

α Suprà cap. 13.

α IN *Eccleſijs cathedralibus*, & β *collegiatis inſignibus*, vbi frequentes, γ *adeoque tenues ſunt præbendæ* ſimul cum diſtributionibus quotidianis, vt ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & perſonarum qualitate non ſufficiant, δ *liceat Epiſcopis* ε *cum conſenſu Capituli*, vel ζ *aliquot ſimplicia beneficia*, non tamen regularia, η *ijs vnire*, vel, ſi hac ratione prouideri non poſſit, θ *aliquibus ex ijs ſuppreſſis*, ι *cum patronorum conſenſu*, ſi de iure patronatus laicorum ſint, quarum fructus & prouentus reliquarum præbendarum diſtributionibus quotidianis applicentur, eos ad pauciorem numerum reducere, κ *ita tamen, vt tot ſuperſint*, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Eccleſiæ commodè valeat reſpondere, non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus, & priuilegijs, aut quacumque reſeruatione generali vel ſpeciali, aut affectione, neque prædictæ vniones, aut ſuppreſſiones tolli, ſeu impediri poſſint ex quibuſcunque prouiſionibus, etiam vigore reſignationis, aut quibuſvis alijs derogationibus, vel ſuſpenſionibus.

1. VIde Selu. *de benefic. part.* 4. *quæſt.* 7. *numero* 130. *& ſeq.* Roch. de Curte *de iurepatronat. verb. pro eo quod quæſt.* 12. *ſub num.* 27. Lambertin. *eod. tract. lib.* 3. *quæſt.* 6. *art.* 7. *num.* 10. *cum ſeqq.* Raud. *in tract. de diſpenſat. per Epiſcopum caſu* 117. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 37. *num.* 25. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verb. vnio* §. 7. *verſ. ſecundò*, Garc. *de benefic. p.* 12. *cap.* 2. *num.* 171. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 488. *in* 1. *edit.* aliàs *reſolut.* 379. *numer.* 4. *in* 2. *edit.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.* 52. §. 1. *numer.* 4. Monet. *de diſtribut. quotid. part.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 26. *cum ſeqq. & de commutat. vltim. volunt. cap.* 12. *num.* 113. *cum ſeqq.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 278. *num.* 34 *& cap.* 829. *à princ.* Caſtro Palao *in opere morali tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 6. *punct.* 9. §. 9. *&* 10. Vaſq. *in opuſcul. moral. cap.* 2. §. 4. *num.* 205. met-ipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 67. *& de Canonicis cap.* 3. *à num.* 18.

α *In Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus.*] In alijs verò nullam dari Epiſcopis poteſtatem ſupprimendi præbendas vt augeantur diſtributiones etiam ad augmentum cultus diuini, aſſerit deciſum Monet. *de diſtribut. quotid. part.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 28. quem refero Ego ipſe *d. alleg.* 67. *num.* 2. *in fine.* 2.

β *Collegiatis inſignibus.*] Quæ tales dicantur videbis apud Ioan. Anton. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum præl.* 2. 3.

*præl.2.nu.*8. ſecundùm Romanam impreſſ.& de Synodo Epiſcopi *cap.4.dubit.*14.& apud me *d.tract.de Canonicis c.*2. *num.*18.& ſuprà *in collect.ad cap.*12. *hac eadem ſeſſ.num.*64.

4. γ *Adeoque tenues ſunt præbendæ.* ] Cùm beneficia de ſui natura præſumantur congrua,& illorum redditus potius aucti quàm diminuti,debere probari tenuitatem, & redditus Eccleſiæ diminutos eſſe, notaui *d. allegat.67. num.5. cum ſeqq.*

5. δ *Liceat Epiſcopis.* ] Cùm non vtatur verbo *Ordinarijs*, quod latiùs patet,tenent huiuſmodi facultate iis tantùm, & non alijs conuenire, ac proinde Prælatos ſeculares juriſdictionem habentes quaſi Epiſcopalem, ſupprimere eius beneficia non poſſe etiam in caſibus, in quibus Epiſcopi poſſent in ſua diœceſi, Garc.*d part.12.cap.2.nu.*75.*& ſeq.*Monet.*de diſtribut.quotid.part.1.cap.5.num.*30.vbi hinc infert collegiatæ Eccleſiæ Prælatum hanc ſuppreſſionem præbendarum tenuium facere non poſſe, licet eſſet exemptus, & Eccleſia inſignis, idem repetit *de commutat, vltim.volunt. cap.*12. *à num.*124. vbi *num.*135. id ipſum affirmat de Prælatis Regularibus circa beneficia Regularium ſuarum Eccleſiarum, refero Ego ipſe *dict. tract.de Canonicis cap 3 num.*22.

6. Capitulum Sede vacante non poſſe ex eadem ratione hanc ſuppreſſionem facere,tenet Cuch.*inſtit.maior.lib.* 2.*tit.*9.*num.*87.Azor.*inſtit.moral.part.*2.*lib.*3.*cap.*38.*quæſt.*9. Monald. *conſ.*41. *num* 5. nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. part.*4. *reſolut.* 535. Monet. *dict. cap.* 12. *à numer.* 117. vbi *numer.*122. idem dicit de viſitatore, ſeu adminiſtratore loco Capituli cathedrali Eccleſiæ vacanti dato.

Capitulum Sede vacante non poteſt ſupprimere quodcunque beneficium,& ſibi vnire, ſicut Sede plena non poteſt conſentire vnioni faciendæ ipſi Capitulo directè, & principaliter, & ideo requiritur auctoritas Papæ, *Clement.ſi vna* § *fin.de rebus Eccleſ.*Garc. *part.* 12.*cap.*2. *num.* 68.

7. Vicarium Epiſcopi, vel Capituli Sede vacante non poſſe hanc ſuppreſſionem facere, etiam in caſibus in quibus poſſet Epiſcopus, cuius eſt Vicarius, reſoluunt Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma vicariatus, num.* 102. Sbroz *de officio Vicarij lib.*2.*quæſt.*116.*num.*9.Garc.*d.part.*12. *cap.*2.*num.*69.Stephan.Gratian.*diſcept.forenſ.cap.*278. *num.* 35. Monet. *d.cap.*12. *num.*129. *cum ſequentibus.* Ego ipſe *d. cap.*3. *num.*24.

8. ε *Cum conſenſu Capituli.* ] Vide Garc. *d.cap.*2.*nu.*72. *cum ſeqq.*Monet.*d.cap.*12.*à num.*245.metipſum *d.allegat.*67. *nu.* 9.*& d. cap.*3. *num.*25.

Intelligendum eſſe,tantùm de conſenſu illius Capituli,cui fit vnio,refert deciſum Garc. *d.cap.*2. *num.*76.

9. Suppreſſio Canonicatuum alicuius Collegiatæ ob tenuitatem vt ritè fiat per Epiſcopum,debet vltra conſenſum Capituli Collegiatæ interuenire conſenſus Capituli Cathedralis, ita vt ſuppreſſio, & vnio facta ſine huiuſmodi conſenſibus ſit ipſo iure nulla, de quibus debet legitimè conſtare, nec ſufficit vt ab Epiſcopo enuntietur, ita Sel. *in ſelectis Canon. cap.* 34. *num.*8. atteſtans ſic fuiſſe ☞ deciſum *in Tropien.*1. *Septembris* 1618.

10. Conſenſum huiuſmodi poſſe poſt vnionem interuenire reſoluit Stephan.Gratian *d.cap.*278.*nu.*302.vbi etiam ſubdit nullitatem vnionis ob defectum conſenſus Capituli à nullo poſſe opponi, cùm hæc exceptio illi ſoli concedatur. Contrarium tamen, vt quilibet qui haberet intereſſe poſſit dare de tali defectu, cùm ſolemnitas hæc ſit introducta fauore Eccleſiæ, & ſic fauore publico, amplexa eſt Rot. *deciſ.*455.*num.*5. *part.*2.*recent.* cuius memini *de officio, & poteſt.Epiſcopi part.*3.*allegat.*66. *nu.*25. ſecundùm Lugdunen. impreſſ.

11. Et ſufficere tacitum conſenſum tradit Monet.*d.cap.*12. *num.*251. vbi *nu.ſeq.* aduertit quod quando agitur de ſupprimendis aliquibus præbendis, ſeu earum numero minuendo in Eccleſia aliqua Collegiata, quæ Cathedralis non ſit, iuxta terminos Concilij in præſenti, omnino requiratur conſenſus, vel certè vocatio Capituli prædictæ inferioris Eccleſiæ ratione intereſſe,quod in tali ſuppreſſione,ſeu diminutione prætendere poſſet, & quod requiratur etiam conſenſus Capituli Cathedralis.

12. ζ *Aliquot ſimplicia beneficia,* &c. ] Non comprehendere Dignitates refert deciſum Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ.deciſ.*492. *in* 1.*edit.*aliàs *reſolut.*383.*num.*5. *limit.*4.*in* 2. *edit.*

13. Per hoc decretum non licere Epiſcopo vnire beneficia Capellanijs etiam Cathedralis, quæ habent redditus tenues, cùm loquatur ſolùm de præbendis, item neque ſacriſtiæ,neque fabricæ,refert deciſum Garc. *de benefic.p.* 9.*cap.*2.*num.*190.

14. Beneficia viuentium vniri poſſe, ſine tamen præiudicio obtinentium, ſeruata forma huius decreti, ſed ſi beneficium viuentis vnitum contingat reſignari,& reſignationem per Sedem Apoſtolic.admitti, vnionem pro illa vice ſuſpendi refert deciſum Garc. *de benefic. part.*11. *cap.* 4. *num.* 31.

15. Vniones de beneficijs reſeruatas validas eſſe,ſi modò fuerint factæ ante ipſorum vacationem, quòd ſi poſt vacationem factæ reperiantur,nullas eſſe, & prouiſos à Sede Apoſtol.mitti debere in poſſeſſionem,refert deciſum Garc *de benefic.part.*12. *cap.*2. *num.*102.

16. Curam animarum toti Capitulo cathedralis Eccleſiæ incumbentem poſſe Epiſcopum de conſenſu Capituli transferre per viam vnionis perpetuæ in certam perſonam, ſeu dignitatem eiuſdem Eccleſiæ, refert deciſum Garc.*d part.*9.*cap.*2. *num.*190.

17. η *Iis vnire.* ] Particulam *iis*, referri ad præbendas, ita vt vnio fiat ſingulis præbendis diſtributiuè, non autem menſæ, cenſuit Rot. apud Farin. *deciſ.*565. *part.*2. *recent.*

18. Et ſingulis præbendis ſingula beneficia vniri debere, non omnibus ſimul indiſtinctè vnum, aut plura, reſoluunt Hieronym. Gabr. *conſil.* 188. *num.*3. *&* 4. *lib.*2. Stephan.Gratian. *diſcept.forenſ.cap.*274. *numer.*34. *in fine*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 37. *numer.*25. vbi etiam refert deciſum Concilium *in præſenti* non concedere facultatem vniendi menſæ capitulari, ſed tenuibus præbendis ſingulorum capitularium, quod etiam tenent Aloyſ. Ricc. *in collect.deciſ.part.*4. *collect.*1067 *in fine, & dict reſolut.* 379. *num.*4. Garc. *d. cap.*2. *num.*171. Ego ipſe *d. allegat.*67. *numer.*9.

19. Vniones fieri poſſe in diſtributionibus quotidianis, vbi illæ tenues ſunt, & etiam præbendæ tenues, ſecus ſi non eſſent tenues, quia hoc caſu tenuitati diſtributionum ſuccurri poſſe remedio *cap.* 3. *ſeſſ.* 21. idem licere quando nullæ ſunt diſtributiones, & præbendæ tenues, vel è contra, refert deciſum Garc. *part.* 12. *capitulo* 2. *numer.* 171.

20. θ *Aliquibus ex his ſuppreſſis,* &c. ] Non habere locum in ſuppreſſionibus ad tempus,ſed tantùm in perpetuis,aſſerit Monet.*de commutat.vltim.volunt cap.*12. *num.* 289.

21. ι *Cum patronorum conſenſu.* ] In ſuppreſſione beneficiorum iuxta formam huius decreti facienda regulariter neceſſarium eſſe conſenſum patroni ſiue Eccleſiaſtici, ſiue laici,ac inferioris collatoris, & electorum, tenent Garc.*d.cap.*2. *num.*202. *&* 205. Monet. *de commutat.vltim. volunt.cap.*12. *num.*226.

22. Vnionem de beneficio iuriſpatronatus factam abſque patronorum conſenſu non valere,reſoluunt Roch.*de iurepatron. verb. honorificum quæſt.*3. Lambert. *eod. tract lib.*3. *quæſt.*6.*art.*2. Aloyſ.Ricc.*in praxi rerum fori Eccleſ.deciſ.*486. *in* 1.*edit.*aliàs *reſol.*377.*num.*1. *in* 2.*edit.* vbi *num.*5. aduertit conſenſum patroni non præſumi, nec de eo ſtari aſſertioni Epiſcopi.

23. κ *Ita tamen vt tot ſuperſint*, &c. ] Quomodo autem taxandi ſint redditus præbendarum,ſeu beneficiorum,cùm eorum aliqua ſupprimenda ſunt, ſeu quæ redituum portio, & quantitas remanere debet ſingulis præbendis, ſeu beneficijs illius Eccleſiæ non ſupprimendis, latè per regulas oſtendit Monet, *d.cap.*12. *num.*255. *cum multis ſequentibus.*

*De*

## *De Conſtitutione Vicarij, & œconomi Sede vacante ad Capitulum pertinente.*

### CAPVT XVI.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Vicarius à Capitulo Sede vacante vnus tantùm eligendus.*
3 *Capitulum Sede vacante duos Vicarios ſubſtituere poteſt, vt alternis menſibus ſeruiant.*
4 *Vicarij ad officium ſi plures ob Canonicorum diſcordiam aſſumerentur, magis idoneus remanere debet.*
5 *Capitulum cæteris paribus de gremio debet Vicarium eligere.*
6 *Vicarius Epiſcopi & Capituli non poteſt eſſe Parochus.*
7 *Vicarius poteſt eſſe Canonicus, qui in eadem Eccleſia curam gerit animarum.*
8 *Canonicus ex gremio Capituli in Vicariū Sede vacante electus diſtributiones non percipit dum tempore diuinorum ſuo muneri incumbit.*
9 *Capitulum totum habet adminiſtrationem iuriſdictionis, dum infra octo dies electio Vicarij non fit.*
10 *Capitulum Sede vacante non arctatur infra octo dies Vicarium conſtituere.*
11 *Capitulo Sede vacante currit terminus octo dierum ad eligendum Vicarium à die ſcientię tranſlationis Epiſcopi.*
12 *Capitulum in commiſſione Vicarij poteſt præfigere tempus, & modum procedendi, ſed non pòſt.*
13 *Capitulum Sede vacante poteſt certum tempus in Vicarij deputatione præfigere.*
14 *Capitulum poteſt Vicarium eligere cum clauſula quòd non duret niſi per annum.*
15 *Capitulum ſi conſtitueret Vicarium ſimpliciter abſque temporis præfinitione, eius officium durat durante Sedis vacatione.*
16 *Capitulum facta electione Vicarij non poteſt illum ad libitum reuocare.*
17 *Vicarius Capitularis poteſt ſolum remoueri ex cauſa bene viſa S. Congregationi.*
18 *Vicarius à Metropolitano deputatus in diœceſi ſuffraganei poteſt ad nutum ipſius Metropolitani amoueri.*
19 *Ætas 23. annorum permitti poteſt in Vicario Capitulari.*
20 *Vicarius Capituli Sede vacante non poteſt in locum ſui quempiam ſubſtituere niſi in tribus caſibus.*
21 *Vicario Capitulari propter eius abſentiam ſpectat ſubſtitutionem facere.*
22 *Capitulum non poteſt eligere viſitatorem abſque Vicario.*
23 *Vicarius Capituli Sede vacante non poteſt cognoſcere de cauſis delegatis Vicario Epiſcopi.*
24 *Capitulum, ſeu Vicarius Capitularis non poteſt exequi commiſſiones Apoſtol. directas Epiſcopo, ſeu eius Vicario.*
25 *Vicarius Capitularis poteſt executioni demandare litteras Epiſcopo per S. Congreg. directas.*
26 *Vicarius Capitularis debet eligi Doctor, aut Licentiatus in iure Canonico, vel aliàs quantum fieri poteſt idoneus.*
27 *Vicarius Capitularis debet doctorari in aliqua vniuerſitate.*
28 *Doctoribus in Capitulo exiſtentibus neceſſario vnus ex illis in vicarium eſt eligendus.*
29 *Non obſtante conſuetudine quòd ſinguli vel bini de ipſius gremio per ſingulos menſes adminiſtrent.*
30 *Vicarius collegiatæ defuncto eius Prælato non debet eligi Doctor.*
31 *Capitulum poteſt vbi non eſſet Doctor in actu deputationis dare Vicario conſultorem Doctorem ſibi bene viſum.*
32 *Metropolitanus poteſt deputare Vicarium in Eccleſia ſuffraganea ſi infra octo dies poſt mortem Epiſcopi Capitulum non prouiderit.*
33 *Metropolitanæ Eccleſiæ Capitulo Sede vacante negligente Vicarium conſtituere tunc antiquior ex ſuffraganeis illum conſtituet.*
34 *Capitulum Sede vacante poteſt facta remotione Vicarij, vel officialium illos cogere ad reddendam rationem.*
35 *Vicarius Capituli Sede vacante tenetur finito officio ſtare ſyndicatui.*
36 *Epiſcopus poteſt per ſe rationem adminiſtrationis officij geſti à Vicario Capitulari exigere.*
37 *Capitulum facta electione officialium non poteſt eos ad libitum reuocare.*

a Cōcil. Chalcedon. actione 16. c. 25 in fin. Concil. Vormat. cap. 76.

b Cap. non liceat in 2. 12. q. 2. & c. fin. de ſupp. negl. præl. in 6.

CApitulum, [a] Sede vacante, vbi fructuum percipiendorum ei munus incumbit, α *OEconomum vnum, vel plures fideles*, ac diligentes decernat, qui rerum Eccleſiaſticarum, & prouentuum curam gerent, quorum rationem ei, ad quem pertinebit, ſint reddituri. β *Item Officialem, ſeu Vicarium* γ *infra octo dies poſt mortem* Epiſcopi δ *conſtituere, vel exiſtentem confirmare omnino teneatur,* ε *qui ſaltem in iure canonico ſit Doctor*, vel Licentiatus, ζ *vel aliàs, quantum fieri poterit idoneus,* η *ſi ſecus factum fuerit,* [b] *ad Metropolitanum* deputatio huiuſmodi deuoluatur. θ *Et, ſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit*, aut exempta, Capitulumque, vt præfertur, negligens fuerit, tunc antiquior Epiſcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Epiſcopus in exempta OEconomum, & Vicarium idoneos poſſit conſtituere. Epiſcopus verò ad eandem Eccleſiam vacantem promotus ex ijs, quæ ad eum ſpectant, ab eiſdem OEconomo, Vicario, & alijs quibuſcumque officialibus, & adminiſtratoribus, qui, Sede vacante, fuerunt à Capitulo, vel ab alijs in eius locum conſtituti, etiamſi fuerint ex eodem Capitulo, ι *rationem exigat*, officiorum, iuriſdictionis, adminiſtrationis, aut cuiuſcumque eorum muneris, poſſitque eos punire, qui in eorum officio, ſeu adminiſtratione deliquerint, etiamſi prædicti officiales, redditis rationibus, à Capitulo, vel à deputatis ab eodem, abſolutionem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Epi-

ſcopo

ſcopo teneatur Capitulum de ſcripturis, ad Eccleſiam pertinentibus ſi quæ ad Capitulum peruenerint, rationem reddere.

1. Vide Gig. de penſion. queſt. 65. num. 22. Pauin. de poteſt. Capituli Sede vacante, part. 2. quaſt. 10. num. 1. & 2. Couarr. in cap. relatum il 2. num. 3. de teſtament. Sbroz de officio Vicarij lib. 1. quaſt. 60. Gutier. canon. lib. 2 cap. 17. nu. 22. Emman. Sà in aphoriſm. verb. Vicarius 3. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 37. queſt. 18. & 19. Quarant. in ſumma Bullarij verb. Capitulum Sede vacante, in princip. Galet. in margarita caſuum conſcient. verb. Vicarius Sede vacante. num. 5. Cardoſ. in praxi iudicum, & Aduocat. verb. Capitulum 3. Molin. de iuſtit. tom. 6. tract. 5. diſput. 11. ſub nu. 1. Garc. in addit. ad ſuum tract. de beneſic par. 5. cap. 7. num. 22. Narbon. de appellat. à Vicario ad Epiſcopum, part. 1. num. 102. Franc. Leon in theſauro fori Eccleſ. part. 1. cap. 10. num. 7. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 437. in 1. edit. aliàs reſol. 497. cum tribus ſeqq. in 2. edit. Raguc. de voce canon. q. 37. metipſum de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 3. allegat. 54. num. 165. 166. 172. cum tribus ſeqq. & 178. cum ſeqq. & de Canonicis cap. 42. nu. 28. cum multis ſequentibus, Marcel. Vulpe in praxi iudic fori Eccleſ. cap. 44. num. 1.

α OEconumum vnum, vel plures fideles, &c.] Vide D. Felician. de Vega, Archiep. Mexican. in relect. cap. verum 7. de foro compet. num. 10. vbi hanc diſpoſitionem ita accipiendam eſſe aſſerit, vt res ipſæ ſiue iura Eccleſiæ pro eo tempore conſeruentur in eo ſtatu, quo fuerint, & non vt lites de nouo ſuſcitentur, vel iam cœptæ continuentur, dum Sedes ipſæ non habuerint Prælatum, & Paſtorem.

2. β Item Officialem, ſeu Vicarium, &c.] A Capitulo Sede vacante vnum tantùm Vicarium eligendum, niſi legitimè adeſſet immemorialis conſuetudo duos, aut plures eligendi, tenent Quarant. dict. verb. Capitulum Sede vacante, verſ. nonò dubitatur, quam refero d. allegat. 54. nu. 165. in princip. & d. cap. 42. num. 33. Poſſe etiam Capitulum Sede vacante Vicarios pedaneos conſtituere ſicut Epiſcopus poſſet illos conſtituere, reſoluunt Pauin. de officio & poteſt. Capituli Sede vacante part. 2. quaſt. 10. Molin. de Iuſtit. tract. 5. diſput. 11. num. 11. verſ. Pauinus.

3. Capitulum Sede vacante duos Vicarios ſubſtituere poſſe, vt alternis menſibus vicariatus munere fungantur ſi legitima probetur immemorialis conſuetudo, & illis qualitatibus ſint præditi, quas requirit Concil. in præſenti, aſſerit reſolutum Garc. in addit. ad ſumm. tract. de beneſic. part. 5. cap. 7. num. 37.

4. Si inter Canonicos diſcordia fuiſſet in electione Vicarij, & plures ad hoc officium aſſumerentur, magis idoneum, & habentem qualitates Concilij remanere debere, cæteris remotis, tenent Quarant. d. loco verſ. ſecundò dubitatur, Aloyſ. Ricc. poſt reſol. 505. verſ. ſecundò, Garc. de beneſic. part. 5. cap. 7. num. 23. vbi refert ſic fuiſſe deciſum.

5. Quamuis Capitulum non teneatur eligere perſonam in Vicarium de gremio ipſius Capituli, ſi tamen adeſſet idoneus, cæteris paribus illum eſſe præferendum referunt deciſum Quarant. d. loco verſ. ſextò, dubitatur, Aloyſ. Ricc. in deciſ. curiæ Archiepiſ. Neapol. part. 4. deciſ. 180. Marcel. Vulpe d. cap. 44. num. 25. Ego ipſe d. tract. de Canonicis cap. 42. num. 37.

6. Vicarium Capituli Sede vacante, & etiam Epiſcopi, non poſſe eſſe Parochum habentem curam animarum, tenent Sel. in ſelectis cap. 19. num. 48. vbi refert deciſum ſub die 12. Maij 1629.

7. Creari tamen poſſe Canonicum eiuſdem Eccleſiæ, qui in eadem ciuitate & Eccleſia curam gerit animarum, dixi d. tract. de Canon. cap. 42. num. 38. atteſtans ſic fuiſſe deciſum in Orien. 19. Martij. & 19. Iulij 1619. vbi fuit dictum quòd contrariæ deciſiones intelliguntur de Parocho rurali.

8. Canonicum ex gremio Capituli in Vicarium Sede vacante electum dum tempore diuinorum officiorum ſuo muneri, & officio incumbit, diſtributiones quotidianas non percipere, reſoluit Monet. de diſtribut. quotid. part. 2. queſt. 11. num. 85. & ſtante conſuetudine illum abſentem non excuſante admittunt Rot. deciſ. 222. num. 6. part. 2. diuerſ. Quarant. d. loco, verſ. octauò dubitatur, in fine, quem quidem, ſi in choro interueniat cum Canonicali apparatu, vt diſtributiones quotidianas lucretur, debere ſedere in loco proprio ſui Canonicatus antiquioribus non præcedendo, tradunt Sayr. in floribus deciſ. ſub tit. de offic Vicarij, deciſ. 3. Quarant. d. loco, verſ. octauò dubitatur, in princip. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 475. in 1. edit. aliàs reſol. 499. in 2. edit. Sbroz lib. 2. queſt. 25. num. 17. vbi num. 20. aduertit quod etiam quando non eligitur Vicarius ex Canonicis, illi in proceſſionibus præferendus eſt Archidiaconus, ſeu alia dignitas maior, & prima poſt Pontificalem, refero Ego ipſe d. allegat. 54 num. 167.

9. γ Infra octo dies poſt mortem, &c.] Ante electionem Vicarij infra octo dies faciendam, eo tempore adminiſtrationem iuriſdictionis reſidere penes totum Capitulum, reſoluunt Quarant. d. loco, §. duodecimò quæro, verſ. primo, Aloyſ. Ricc. in praxi rorum fori Eccleſ. poſt reſolut. 505. in notabil. de materia Vicarij à Capitulo Sede vacante, verſ. primo, & in deciſ. curiæ Archiepiſ. Neapol. deciſ. 305. num. 3. part. 4. Raguc. de voce canon. in Capitulo queſt. 37. num. 2. Ego ipſe d part. 3. allegat. 54. num. 163. Sel. d. cap. 19. num. 41. atteſtans deciſum ſub die 19. Septembris 1620.

Contra Sbroz de offic. Vicarij lib. 1. quaſt. 61. Marcel Vulpe d. cap. 34. num. 19. exiſtimantes infra illos octo dies Archidiaconum ſuſtinere Vicarij vices.

10. Infra illos octo dies non arctari Capitulum ad conſtituendum Vicarium, & ſucceſſiuè poſſe de per ſe adminiſtrare tenet Quarant. vbi proximè, verſ. terminum, quem refero d. allegat. 54. num. 163. & d. cap. 42. num. 31.

11. Terminum præfatum octo dierum currere Capitulo etiam à die ſcientiæ tranſlationis Epiſcopi, ad aliam Eccleſiam, quando tamen à Summo Pontif. fuerit Epiſcopus abſolutus à vinculo prioris Eccleſiæ, refert deciſum Quarant. d. verſ. terminum, & ſtatim poſt tranſlationem abſque alio conſenſu Epiſcopum tranſlatum perdere iura primæ Eccleſiæ cenſuit Rot. deciſ. 475. part. 1. recent. & me citato in collect. ad cap. 1. num. 5. de tranſlat. Epiſcopi, Maſſobrius in ſua praxi habendi concurſum requiſ. 1. dub. 9. ſecundùm Roman. impreſſ. atteſtatur reſolutum Eccleſiam à qua volens transfertur, ſeu quam dimittit Epiſcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Epiſcopus ab illius vinculo abſoluitur in Cõſiſtorio Sanctitatis ſuæ, etiam ante expeditionem litt. Apoſt. vel adeptam poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ, & poſteaquam huiuſmodi abſolutionis notitiam habuerit etiam ex teſtimonio, ſeu documento Secretarij S. Collegij, illico teneri eum abſtinere ab exercitio ordinariæ iuriſdictionis, eamque tranſire in Capitulum tanquam Sede vacante, & ita poſſe, & debere Capitulum ſtatim ea iuriſdictione vti, ac Vicarium iuxta hoc decretum præſcriptum eligere, Sedemque vacantem publicare.

12. δ Conſtituere, vel exiſtentem confirmare omnino teneatur.] Capitulum in commiſſione Vicarij poſſe præfigere tempus, & modum procedendi, ſed non poſtea, reſoluit Raguc. de voce Canonicorum in Capitulo, queſt. 40. num. 14. quem refero Ego ipſe d. c. 42. num. 43. Cùm enim iuriſdictio Vicarij Capitularis dependeat ab ipſo Capitulo, poteſt Capitulum illam ampliare, & limitare, ex quo ipſa iuriſdictio reſidet principaliter penes Capitulum, Pauin. d. p. 2. queſt. 10. num. 6. Marcel. Vulpe d. cap. 44. num. 28. Ego ipſe d. cap. 42. num. 43.

13. Capitulum Sede vacante poſſe certum tempus in Vicarij deputatione præfinire, quo elapſo eius iuriſdictionem expirare, refert deciſum Garc. ad ſuum tract. de beneſic. part. 5. cap. 7. num. 37.

14. Capitulum poſſe Vicariũ eligere cum clauſula quòd non duret niſi per annum, dixi Ego ipſe d cap. 42. num. 44. aſſerens ita fuiſſe deciſum ſub die 17. Iunij 1617. credo tamen meliùs fieri ſi Vicarius Capitularis Sede vacante eligatur liberè abſque vlla cõditione mutationis, & aſſignatione aſſeſſoris, & atteſtor ita reſcripſiſſe S. Congreg. Epiſcop. & Regular. Epiſcop. Caietano ſub die 28. Octob. 1587.

Si

15\. Si verò Capitulum conſtitueret Vicarium ſimpliciter abſque temporis præfinitione, eius officium durare durante Sedis vacatione reſoluit Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante, prope fin. verſ. circa quam commiſſionem*, quem refero *dicto allegat. 54. num. 173.*

16\. Capitulum facta electione Vicarij non poſſe illum ad libitum reuocare, & nouum conſtituere, tenent Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 5. collect. 1602. in fine, & in deciſ. curiæ Archiepiſ. Neapol. deciſ.* 187. *part.* 4. Raguc. *de voce canon. in Capitulo quæſt. 37. nu.* 4. Ego ipſe *d. allegat. 54. nu.* 171. Etiamſi in deputatione adeſſet clauſula, *ex cauſis ſibi bene viſis*, ex Sel. *d. cap. 19. num.* 43. vbi refert hoc non fuiſſe deciſum, ſed remiſſum ad S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *in Ecceleſien. 1. Aprilis* 1628.

17\. Ex cauſa tamen bene viſa S. Congreg. negotijs Epiſcoporum, & Regul. præpoſitæ poſſe ſolummodo Vicarium Capitularem ab exercitio vicariatus remoueri, declarauit ipſamet *de anno* 1631. prout iam antea ſæpe ſæpiùs cenſuiſſe refero Ego ipſe *d. cap. 42. num.* 47.

Contra Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante num. 3. verſ. tertiò dubitatur*, & Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Vicarius §. 21. verſ.* 3. Marcel. Vulpe *d. cap. 44. num.* 24. & citati à D. Larrea Granaten. *deciſ. 2. num.* 4. exiſtimantes ex iuſta & rationabili cauſa poſſe Capitulum Vicarium à ſe electum, vel confirmatum reuocare.

18\. Vicarium verò à Metropolitano deputatum in vim huius decreti, quando in Sede vacante Capitulum, ad quod ſpectabat, intra tempus à Concilio præſcriptum illum non deputauit, amoueri poſſe ad nutum ipſius Metropolitani, dixi Ego ipſe *d. cap. 42. nu* 48. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Liman. 29. Septembris* 1625.

19\. Ætatem viginti trium annorum permitti poſſe in Vicario Capitulari ſi aliàs eſt idoneus, non tamen expedire, aſſerit Sel. *d. cap. 19. num.* 44. vbi refert deciſum *ſub die 11. Auguſti* 1618.

20\. Vicarium Capituli Sede vacante non poſſe in locum ſui quempiam ſubſtituere niſi in tribus caſibus, videlicet infirmitatis, ad modicum tempus, & in delegatis, & tunc multò magis teneri ſubſtituere præditum qualitatibus, quas hoc decretum in ipſo Vicario Capituli requirit, quàm ipſum Capitulum, aſſerit Sel. *d. cap. 19. num.* 45. vbi refert deciſum *die 17. Maij* 1600.

21\. Vicario Capitulari propter eius abſentiam ſpectare ſubſtitutionem facere, refert deciſum Garc. *de beneſic. par. 5. cap. 7. num. 23. declar.* 6.

22\. Abſque Vicario non poſſe Capitulum eligere viſitatorem ad viſitandam diœceſim, refert deciſum Garc. *d. c. 7 num. 23. declar.* 7.

23\. Vicarium Capituli Sede vacante non poſſe cognoſcere de cauſis delegatis Vicario generali Epiſcopi, & ſic nec exequi diſpenſationes in matrimonij impedimentis & litteras in forma *Dignum* quæ huiuſmodi generali Epiſcopi Vicario ſolent committi, reſoluunt Garc. *de beneſic. part. 6. cap. 2. à num.* 44. Bonacin. *de legibus, diſput. 1. quæſt. 3. puncto 8. §. 1. num.* 7. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolis. part. 4. deciſ.* 44. Ego ipſe *d. cap. 42. nu.* 57. vbi refero ſic fuiſſe deciſum *ſub die 24. Maij* 1621.

Contra Salas *de legibus diſput. 20. ſect. 17. nu.* 124. Sanch. *de matrimon. lib. 8. diſput. 27. num. 32. cum ſeq.* exiſtimantes Vicarium Capituli poſſe de prædictis cognoſcere, quamuis commiſſio ſit directa Vicario generali Epiſcopi.

24\. Vnde commiſſiones Apoſtol. in forma *Dignum*, & alias directas Epiſcopo, vel eius Vicario generali intuitu officij, vel ſub nomine Dignitatis non poſſe exequi Capitulum, ſeu Vicarium Capitularem Sede vacante dixi *d. cap. 42. nu.* 59. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Camenaten. 2. Auguſti* 1631.

25\. Poſſe tamen Vicarium Capitularem Sede vacante executioni demandare litteras Epiſcopo per Sacram Congreg. directas, & ab illo non exequutas, dixi *eodem cap. 42. numer.* 60. affirmans ſic deciſiſſe S. Congreg. Epiſcop. & Regul. *ſub die 10. Aprilis* 1615. necnon omne illud quod Epiſcopo mortuo per Bullam, ſeu Breue in cauſis iuriſdictionem importantibus conceſſum, ead. S. Congr. *in Tranen. 26. Ianuarij* 1604. & in Neapolitana 10. *Februarij eiuſdem anni.*

a *Qui ſaltem in iure Canonico ſit Doctor*, &c.] Vicarius Capituli Sede vacante debet eligi Doctor, aut Licentiatus in iure Canonico, vel aliàs quantum fieri poteſt idoneus, ita Nauarr. *conſil. 2. aliàs vnic. de offic. Vicar. in nouis*, Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. deciſ.* 2. Petr. Henriq. *conſil.* 90. Sbroz *de offic. vicar. lib. 1. quæſt. 36. num.* 12. Galet. *in margar. caſuum conſcientiæ, verb. Vicarius* 4. Molin. *de Iuſtit. tract. 5. diſp.* 11. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 497. num.* 2. Garc. *de beneſic. part. 5. cap. 7. num.* 12. Marcel. Vulpe *d. cap. 44. num.* 15. Aliàs electionem eſſe irritam & nullam refert deciſum Garc. *d. cap. 7. num.* 10. Nec debere confirmari Vicarium Epiſcopi demortui, niſi eſſet Doctor, dicit reſolutum Sbroz *in addit. ad d. lib. 1. quæſt. 36. num. 12. & quæſt. 55. ſub num.* 2. 26.

Debere doctorari in aliqua Vniuerſitate, non verò à perſona priuata, dixi *d. cap. 42. num.* 51. atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 19. Septembris* 1620. 27.

Exiſtentibus Doctoribus in Capitulo neceſſariò vnum ex illis in Vicarium eſſe eligendum, alioquin deputationem ad Metropolitanum deuolui refert deciſum Garc. *in addit. ad tract. de beneſic. p. 5. cap. 7. num.* 12. 28.

Vicarij electio, ſeu deputatio ſi ex conſuetudine Capituli fieret de ipſius gremio, & bini, vel ſinguli, per ſingulos menſes adminiſtrent, obſeruando ordinem, ſed non eſſent omnes Doctores, vel Licentiati, dicta deputatio non valet, vbi alij Doctores poſſint conſtitui, nec inſpicitur ordo, vel conſuetudo, aut lex noua certam formam præſcribens, argument. text. *in l. ſciendum. § ordine. ff. de legat.* 1. ita refert deciſum Garc. *d. part. 5. cap. 7. nu. 10. & 11. in 1. dub.* 29.

Non extendi ad Eccleſiam Collegiatam defuncto eius Prælato, qui ordinariam iuriſdictionem, & omnia alia iura Epiſcopalia habebat, quia ſi non eſt neceſſe vt Prelatus mortuus ſit Doctor, ergo neque Vicarius, refert deciſum Garc. *d. part. 5. cap. 7. num.* 20. 30.

ζ *Vel aliàs quantum fieri poterit idoneus.*] Poſſe Capitulum vbi non eſſet Doctor, in actu deputationis dare ei conſultorem Doctorem ſibi bene viſum partibus non ſuſpectum in caſibus in quibus eo opus erit, tenēt Sbroz *d. lib. 1. quæſt. 36. num.* 13. Quarant. *d. verb. Capitulum Sede vacante num. 3. in fine.* Aloyſ. Ricc. *poſt d. reſolut. 505. in notabil. de materia Vicarij num. 4. verſ. Capitulum*, & ipſemet addit *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolitan. part. 4. deciſ. 305. nu.* 15. quòd Doctor ſacrorum Canonum præfertur Magiſtro S. Theologiæ quoad hoc officium aſſequendum, & *num.* 12. ſubdit electionem in Vicarium factam de Theologo omiſſo Canoniſta valere; ſed contrarium tenui *dicto c. 42. num.* 53. aſſerens *ſub die 28. Auguſti* 1621. deciſum fuiſſe Doctorem Theologum non poſſe eſſe Vicarium Capitularem Sede vacante. 31.

η *Si ſecus factum fuerit ad Metropolitanum*, &c.] Poſſe Metropolitanum deputare Vicarium, ſeu officialem in Eccleſia ſuffraganea, ſi infra octo dies poſt mortem Epiſcopi Capitulum non prouiderit, de vicario, vel non idoneum elegerit, ex hoc decreto colligunt Quarant. *in ſumm. Bullarij verb. Archiepiſcopi auctoritas num.* 36. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiepiſcop. Neapolitan. cap. 70. num.* 6. Ego ipſe *in tract. de Canonic. cap. 42. num. 55. & de officio, & poteſt. Epiſcopi part. 1. tit. 4 de Archiepiſ. præſtantia, num.* 60. vbi ex Gemin. & Raguc. obſeruo quod ſi moreretur Vicarius creatus à Metropolitano, vel alio ſuperiore ob negligentiam Capituli, Capitulum poteſt infra octo dies creare vt priùs, quia pro prima vice tantùm amiſit ius. 32.

θ *Et ſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit*, &c.] Metropolitanæ Eccleſiæ Capitulo Sede vacante negligente Vicarium conſtituere, tunc antiquiorem ex ſuffraganeis illum conſtituere, vel Eccleſiæ exemptæ Capitulo negligente Epiſcopum propinquiorem eum deputare poſſe, ex hoc cap. colligunt Cuch. *in inſtit. maior. lib. 2. tit. 8. de offic. Vicar. num.* 39. Sbroz *d. lib. 1. quæſt.* 58. 33.

ι *Rationem exigat*, &c.] Capitulum Sede vacante poteſt facta remotione Vicarij, vel aliorum officialium illos cogere ad reddendam rationem adminiſtrationis, eoſque pro culpa punire; non tamen impediri futurum Epiſcopum quando ex hoc decreto ab iiſdem exigat rationem 34.

actio-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

actionum, quas Sede vacante fecerint, & eos punire, etiamſi à Capitulo fuerint abſoluti, ita refert deciſum Garc. *par. 5. cap. 7. num. 23.*

35. Vicarium Capituli Sede vacante teneri finito officio ſtare ſyndicatui aſſerunt Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiep. Neapol. 58. in fine*, Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. dict. verb. Capitulum Sede vacante num. 14.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 481. in 1. edit.* alias *reſol. 504. in 2. edit.* Raguc. *de voce Canonicorum in Capitulo quæſt. 40. num. 13.* Ego ipſe *d. alleg. 54. nu. 181.* Marcel. Vulpe *d. cap. 44. num. 19. in princ.*

36. Epiſcopum per ſe rationem adminiſtrationis officij geſti à Vicario Capituli Sede vacante conſtituto exigere, atque in aliquo delicto compertum punire poſſe, reſoluunt Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 2. §. 2. n. 2.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. p. 4. deciſ. 291.* refert deciſum Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Epiſcopis, num. 99.* citatus per me *d. allegat. 54. num. 183.*

Capitulum facta electione officialium non poſſe eos ad libitum reuocare, & nouos conſtituere, niſi vel œconomos, vel illos officiales, quos etiam viuente Epiſcopo poſſet ipſum deputare, refert deciſum Garc. *d. p. 5. cap. 7. num. 23.* 73.

---

*Singula ſingulis perſonis conferantur beneficia eccleſiaſtica, obtinenti tamen inſufficiens conferri poteſt aliud ſimplex, dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat. Obtinentes plures parochias dimittant vtram voluerint, & alteram teneant.*

## CAPVT XVII.

1 *Doctores de beneficiorum incompatibilitate, & pluralitate agentes.*

2 *Cardinales comprehenduntur hoc decreto.*

3 *Beneficia plura ſimul obtineri non poſſe, ſine diſpenſatione Epiſcopi.*

4 *Epiſcopus habenti vnum beneficium ſimplex quod non ſufficiat ad eius ſuſtentationem, poteſt aliud ſimile conferre abſque Apoſt. diſpenſatione.*

5 *Ordinarius poteſt conferre ſecundum beneficium obtinenti primum ſufficiens iuxta ſuum verum valorem, ſed inſufficiens ob id quod penſione eſt grauatum.*

6 *Beneficium vnum ſufficiens habens non poteſt retinere duo.*

7 *Conſuetudo non excuſat à peccato mort. retinentem plura ſimplicia beneficia, quorum vnum eſt ſufficiens.*

8 *Habet locum hoc decretum in beneficijs iurispatronatus, niſi caueatur in fundatione, vt ſimul cum alijs retineri poſſint.*

9 *Beneficiũ vnum ſufficiens habenti ſi aliud ſufficiens ab Epiſcopo fuerit collatum, habita pacifica poſſeſſione ſecundi vacat primum.*

10 *Ordinarius ſi conferat tertiũ beneficiũ habenti duo ſimplicia inſufficientia, collatio tertij eſt nulla.*

11 *Epiſcopus habenti congruam non poteſt aliud beneficium dare.*

12 *Beneficia duo ſimplicia retinens, & fructus amborum percipiens quorum quodlibet de per ſe erat ſufficiens, ambo ipſo iure vacant.*

13 *Beneficia duo vniformia ſub eodem tecto abſque prouiſione Sedis Apoſt. obtineri non poſſunt.*

14 *Epiſcopus ex cauſa poteſt diſpẽſare, vt quis obtinere valeat duo beneficia diſformia ſub eodem tecto.*

15 *Capellæ plures in eodem Altari quando poſſint poſſideri ab vno.*

16 *Capellanias tres ſub eodem tecto vniformes ſi quis per annum ex collatione Epiſcopi retinuerit incidit in priuationem omnium ipſo iure.*

17 *Beneficium eccleſiaſticum ſufficiens quod dicatur.*

18 *Beneficia duo retineri poſſunt dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat.*

19 *Canonicatus duo in vim decretorum Concil. Trid. ſunt incompatibiles.*

20 *Canonicatus primus ipſo iure vacat per adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi.*

21 *Canonicatus duos retinere pergens vtroque eſt ipſo iure priuatus.*

22 *Conſuetudini permittenti quòd in eadem Eccleſia dignitates cum præbendis canonicalibus teneantur, non eſt derogatum per Concilium.*

23 *Canonicatum pœnitentialem obtinens non poteſt in vim conſuetudinis dignitatem habere.*

24 *Conſuetudo tenendi beneficium curatum, vel ſimplex ſimul cum Capellania in eadem Eccleſia, non eſt ſublata per hoc decretum.*

25 *Capellania, & Manſionaria, quorum fructus ſunt tenues, ſunt incompatibilia beneficia.*

26 *Capellania, cui adiunctum eſt onus deſeruiendi in choro, obtineri non poteſt cum Canonicatu.*

27 *Statutum Eccleſiæ Caſalen.*

28 *Dignitates, quæ nullos, vel tenues habent fructus, poſſunt cum Canonicatu retineri.*

29 *Prouiſus de Canonicatu in vna Eccleſia, & de Decanatu in alia cum diſpenſatione, &c. ſufficit vt in digniore reſideat.*

30 *Diſpenſatus ad beneficia dummodo plura ſimul non ſint, non poteſt obtinere plura, quàm vnum.*

31 *Parochialem Eccleſiam habenti poteſt Ordinarius alteram Parochialem conferre, ſed poſt adeptam poſſeſſionem pacificam ſecundæ vacat prima.*

32 *Parochiales duas habens, quarũ altera eſt beneficio ſimplici in perpetuum vnita, alteram dimittere non tenetur.*

33 *Parochiales duæ vel plures inuicem vnitæ poſſunt legitimè retineri.*

34 *Parochialem vnam habens cum fructibus, & alteram cum nudo titulo, vnam ex ijs, quam velit, tenetur reſignare.*

35 *Monaſterium commendatum cum cura non eſt incompatibile cum Parochiali.*

36 *Parochialem habens vnà cum monaſterio in commendam ad vitam, cui cura imminet animarum, alteram dimittere non tenetur.*

37 *Parò-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

37 *Parochialem habens ob incompatibilitatem dimittendam quomodo prouidendum habenti ad eam regreſſum.*

38 *Pœnas condignas ſubire debet non dimittens vnam ex duabus Eccleſiis Curatis intra tempus à Concil. aſſignatum.*

39 *Parochialis & Canonicatus cadunt ſub incompatibilitate etiam ſtante parua diſtantia, & tenuitate fructuum.*

40 *Præbendam & Parochialem ante Conc. legitimè obtinens, poteſt poſt Conc. vtrumque legitimè obtinere.*

41 *Papa attenta perſonarum & locorum qualitate diſpenſat vt vni Parochialis & Canonicatus conferatur.*

42 *Parochialem in ciuitate, & Canonicatum in Cathedrali obtinens, ſi poteſt vtrique inſeruire, non eſt moleſtandus.*

43 *Parochialem vacantem nō debet Epiſcopus Canonicatum habenti conferre, etiamſi tenues admodum præbendæ eſſent.*

44 *Parochiales Eccleſiæ ſunt incompatibiles cum beneficijs, in quibus aſſignatæ ſunt diſtributiones.*

45 *Capellania, quæ habet onus celebrandi certas Miſſas, & coadiuuandi in cura animarum, eſt beneficium incompatibile cum alio beneficio Curato.*

46 *Parochialem obtinens vnà cum Canonicatu ex diſpenſatione Apoſt. ante Conc. obtenta, potuit poſt Conc. abſque alia diſpenſatione optare aliam præbendam pinguiorem.*

47 *Terrulæ beneficiates non ſunt incompatibiles.*

48 *Beneficia duo incompatibilia à Papa obtinens, illaque in litteris exprimens, cum quo non fuit diſpenſatum, obtineri poſſunt.*

49 *Beneficia, ſeu legata pia, quæ non habent Altare, ſeu Capellam, non inducunt incompatibilitatem.*

50 *Eccleſia Baptiſmalis, licèt non ſit in reliquis Curata, eſt incompatibilis.*

51 *Diſpenſatio præſumpta, in qua fundatur reg. de trienniali, non habet locum contra decreta Conc.*

52 *Concordat decretum in præſenti cū alio cap. 4. ſeſſ. 7. de reform.*

53 *Beneficium incompatibile obtinens, & recipiens ſecundum ſimile, ipſo iure vacat primum.*

54 *Beneficia plura obtinēs ex diſpenſatione Papæ ſine cauſa rationabili, an ſit tutus in foro conſcientiæ.*

CVm Eccleſiaſticus [a] ordo peruertatur, quando vnus plurium officia occupat Clericorum, ſanctè ſacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Eccleſijs conſcribi. Verùm quoniam multi improbæ cupiditatis affectu ſe ipſos, non Deum, decipientes, ea, quæ bene conſtituta ſunt, varijs artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt: ſancta Synodus debitam regendis Eccleſijs diſciplinam reſtituere cupiens, præſenti decreto, quod in quibuſcumque perſonis, quocumque titulo, α *etiamſi Cardinalatus honore fulgeant*, mandat obſeruari, ſtatuit vt in poſterum β *vnum tantùm beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur*, quod quidem ſi ad vitam eius, cui confertur, honeſtè ſuſtentandam non ſufficiat, γ *liceat nihilominus aliud ſimplex* δ *ſufficiens*, ε *dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat*, eidem conferri. Hæcque ζ *non modò ad Cathedrales Eccleſias*, ſed etiam ad alia omnia beneficia, tam ſæcularia, quàm regularia quæcumque, etiam commendata, pertinenant, cuiuſcumque tituli, ac qualitatis exiſtant. η *Illi verò, qui in præſenti plures parochiales* Eccleſias, aut vnam cathedralem, & aliam parochialem obtinent [b], θ *cogantur omnino*, quibuſcumque diſpenſationibus, ac vnionibus ad vitam non obſtantibus vna tantum parochiali, ι *vel ſola cathedrali retenta*, alias parochiales κ *infra ſpatium ſex menſium* dimittere: alioquin, tam parochiales, quàm beneficia omnia, quæ obtinent [c], λ *ipſo iure vacare cenſeantur*: ac tanquam vacantia liberè alijs idoneis conferantur: μ *nec ipſi antea illa obtinentes, tuta conſcientia, fructus* poſt dictum tempus retineant. Optat autem ſancta Synodus, vt reſignantium neceſſitatibus commoda aliqua ratione, prout ſummo Pontifici videbitur, prouideatur.

a Seſſ. 4. Nic. cap. 15. & 16. Antioch. c. 3. & Arelat. 1. c. 2. & 22. & Mileui. c. 15. c. quia in tantum ad hec, & c. cum nō ignores de præb. cum alleg. ſuprà ſeſſ. 7. de reform. cap. 1. c. referente, & cap. multa de præb. 21. c. per totam. cap. quia nō nulli. de cle. non reſid.
b Sup. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 4.
c Cap. execrabil iuſ. qui verò in extrauag. tant. com. tit. de præbend.

1. DE beneficiorum incompatibilitate & pluralitate agunt ex profeſſo Dionyſ. Carthuſ. & Hieron. Curiel. *in ſuis tract. de pluralit. benefic.* Hoied. *de incompatib. benefic.* Rebuff. *in praxi benefic. p. 1. tit. de diſpenſat. ad plura beneficia.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 2. cap. 7. nu.* 8. Bernard. & Salzed. *in pract. cap 49. in nouiſſ. impreſſ.* Sbroz *de offic. vicarij lib. 1. quæſt. 45.* Cened. *ad Decretal. collect.* 150. Duen. *regul.* 171. Selu. *de benefic. part. 3. quæſt. 39. à princ.* Menoch. *de arbitr. caſu* 259. Ludou. Beia *reſponſ. caſuum conſcient. part. 1. caſu* 59. Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 3. princ. ex num.* 71. Aluar. Pelag. *de planctu Eccleſ. lib. 2. c.* 27. Albert. Troc. *de vero, & perfecto clerico lib. 2. cap.* 45. Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de collat. §. cui rei, in gloſſ. pluralitatis,* Paul. Comitol. *reſponſ. moral lib. 1. quæſt.* 73. Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. part. 2. cap. 3. à n.* 10. Sot. *de iuſtit. lib. 3. quæſt. 6. art.* 3. Mich. Salon. 2. 2. *q.* 63. *art. 2. controu.* 5. Vaſq *in opuſc. de benefic. c. 4. §. 2. dub. 5. num.* 159. *cum ſeqq.* Molleſ. *in ſum Theolog. moral. tract. 6. c.* 9. Monet. *de opt. canon. c. 6. q. 6. à n.* 67. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. c. 19. n.* 260. *cum ſeq.* Garc. *de benefic. p. 11. c. 5. n.* 260. *cum ſeq.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 7. de benefic. incompatibil.* Vgolin. *de officio Epiſcopi cap. 14. §.* 2. Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, requiſ. 7. dub. 16. cum duobus ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. part. 4. deciſ. 226. numer. 16. & deciſ.* 236. nouiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo iure deſumptas, & per Concil. Trid. innouatas, conſtit. 12. pag. 109. cum ſeq.* & præcipuè *à n.* 7. Marcel. Vulpe *in praxi indic. fori Eccleſ. c. 48. n. 57. cum ſeqq.* Sanch. *in conſil. moralib. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 5. cum ſeqq.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi p. 3. allegat.* 62. Multa exempla aliquorum qui fuerunt æternaliter condemnati propter beneficiorum pluralitatem, referuntur *in prato ſpirituali, lib. 5. in florib. de apibus c. 6. 7. &* 8. & apud Villadieg. *p.* 5. vbi de fructibus Sanctorum. *tit. de auaritia diſc. 6. §. el autor del libro de apibus.*

α *Etiamſi Cardinalatus honore fulgeant.*] Vide Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 5. q. 6. num.* 116. Vgolin. *de officio Epiſcop. c. 14. §. 2. num. 1. in fine,* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 4. c. 3. q. 4. & lib. 6. cap. 12. quæſt.* 5. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 236. num. 2. part. 4.* 2.

β *Vnum tantùm beneficium Eccleſiaſticum ſingulis conferatur.*] Plura beneficia ſimul obtineri non poſſunt, licèt ſint ſimplicia ſine diſpenſatione Papæ, quod ex verbis Concilij ſic moderandum, ſi vel perſonalem requirant reſidentiam, vel ſint ſufficientia. Ita deciſum refert Stephan. VVeyms *d. conſtit. 12. num. 9. pag. 110. in fine.* 3.

γ *Liceat nihilominus aliud ſimplex,* &c.] Epiſcopum habenti vnum ſimplex beneficium quod non ſufficiat ad eius ſuſtentationem, poſſe aliud ſimile conferre abſque diſpenſatione Apoſtol. ſed non poſſe plura ſimplicia vltra duo vſque ad ſufficientem eius ſuſtentationem conferre 4.

ferre

ferre citra diſpenſationem Apoſtol. referunt deciſum, Garc. part.11.cap.5.num.310.in 1.& 2 declar. Armendar.in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.4. tit.7.de benefic.incompat. num.32. cum duobus ſeqq. Maſſobr. in praxi habendi concurſum requiſ.7.dub.16. ſecundùm Roman.impreſſ. Marcel. Vulpe d.cap.48.num.58.prope fin.

5. Ordinarium poſſe conferre ſecundum beneficium obtinenti primum ſufficiens iuxta ſuum verum valorē, & honeſtam ipſius poſſidentis ſuſtentationem, ſi tempore, quo ſecundum confertur, non ſufficiat propter onus penſionis ſuper tali beneficio impoſitum, dummodo prouiſus poſt collationem ſibi factam non conſenſerit penſioni: referunt deciſum Garc. d.cap.5. num. 310.dub.4. Armendar. d.tit.7. de benef. incomp. num.37. in 4.reſp. Ego ipſe d. alleg.62. num. 7. reſoluunt Azor. inſtit. moral.p.2.lib.8 cap.10.quæſt.8. & cap.12.q.6. Gonzal. ad reg. 8.Cancel gloſſ.5 §.5. à num.14. Maſſobr. in ſua praxi habendi concurſum requiſ.7.dub.17.

6. Habens vnum beneficium ſufficiens non poteſt retinere duo, & habens duo per ſe ſeparatim inſufficientia, ſed ſimul iuncta ſufficientia, non poteſt retinere tertium, vt reſoluunt Hoied. de incompat. benef.par.1. cap.19. num.1.cum ſeqq. Flamin. Pariſ. ad reſignat. benefic.lib.3.q.1. num.138. Garc. d.cap.5.num.268.

7. Conſuetudo non excuſat à peccato mort. retinentem plura ſimplicia beneficia, quorum vnum eſt ſufficiens, ita Flamin. Pariſ. d tract.de reſignat. benefic.lib.5.quæſ. 6.num 119. & alij citati per me d.alleg.62.num.8. vbi num. 10.in fine, aduerto quòd hodie de conſuetudine non datur diſpenſatio ad plura beneficia ſimplicia, ſed Prælati inferiores ſummo Pont. videntur quòd conferre poſſint, & de facto conferunt, nulla habita ratione an ſint pinguia, vel tenuia, quæ ſecundùm ea quæ habentur in hoc decreto, non ſunt laudabilia, refert me non citato Aloyſ. Ricc. d.deciſ.236.num.5.part.4.

8. Diſpoſitionem Concilij in præſenti prohibentis Epiſcopo conferre vni vltra duo beneficia, locum habere in beneficijs iuriſpatronatus, niſi caueatur in fundatione, vt ſimul cum alijs retinere poſſint, reſoluit Garc. dict. part.11.cap.5 num.286. Aldan. in compendio canor. reſolut. lib. 3.tit.10. num.8. atteſtans in Bouenen.13. Nouembris 1607. fuiſſe deciſum beneficium tertium ſimplex etiam de iurepatronatus non poſſe retineri cum duobus alijs priùs obtentis abſque Sedis Apoſt. diſpenſatione, hujuſmodique priora beneficia poſt pacificam poſſeſſionem tertij vacare eidem Sedi Apoſt.

Contra Lambert. de iurepatron.p.1.lib.2.q.7.art.15.num. 15. Maſſobr. in praxi habendi concurſum requiſ.7.dub.18. exiſtimantes diſpoſitionem Concil. in præſenti locum non habere in beneficijs iuriſpatronatus, ac proinde vniuerſalem obſeruantiam & praxim eſſe vt Epiſcopi inſtituant præſentatos à patronis, tametſi tertium, & quartum habeant beneficium, & Lamber. atteſtatur ſe fuiſſe inſtitutum in triginta ſeptem beneficijs, quorum maxima pars erat patronatuum laicorum, & clericorum, & omnium fructus non aſcendebant ad ſummam ducatorum 130. de camera.

9. Habenti vnum beneficium ſufficiens, ſi aliud ſufficiens ab Epiſcopo fuerit collatum, habita pacifica poſſeſſione ſecundi, vacare primū, aſſerunt deciſum Garc. d.cap.5. num.283. in 2.declar. Armendar. d.tit.7. de benefic. incompatibil.num.8.& 9. quos refero d. p.3. alleg.62. num.3.

10. Ordinarius ſi conferat tertium beneficium habenti duo ſimplicia beneficia aliàs ad ſuſtentationem inſufficientia, collationem tertij eſſe validam, ſed ſi tertium ſit ſufficiens, vacare illa duo priora beneficia, ſin minus, teneri prouiſum dimittere alterum ex illis, & ſi continuauerit poſſeſſionem amborum, recipiendo ex illis fructus, vtrumque beneficium vacare, referunt deciſum Garc. de benef.p.11. cap.5.num.310. in 1.& 2.declar. Armendar. d.tit. 7.de benefic.incompatib.num.37.in reſp.ad dub.1.& 2. Vgolin. d.cap.14 §.2.num.2.verſ.tertio.

11. Epiſcopum habenti congruam non poſſe aliud beneficium dare, & ſi dederit, vacare primum illud, quod habebat, dummodo beneficium titulare ſit, quāuis difforme à ſecundo recepto, & ſi ambo retinere tentauerat accepta pacifica poſſeſſione ſecundi, vacare vtrumque, referunt deciſum Garc. d.part.11.cap.5.nu.30. Armendar. d.tit.7.de benefic. incompatib. num.31.

12. Obtinens beneficium eccleſiaſticum ſufficiens ad honeſtè ſuſtētandum ſi inſtitutus fuit ab Epiſcopo ad aliud beneficium primum per aſſecutionem ſecundi, procul dubio ipſo iure vacauit; ſecundum verò ita demum vacat, ſi vtrumque retinere ſciens præſumpſerit, Sel. in ſelect.canon.cap.21.num.10. vbi aſſerit reſolutum in Salamantina 31. Maij 1607. Ex retentione enim vtriuſque beneficij, & perceptione fructuum amborum per duos annos abſque diſpenſatione Apoſt. vtrumque ipſo iure vacaſſe, refert deciſum idem Sel. citato loco, & vidi ſatis diſputari hunc articulum, & ſic concluſum in ſacra Congr. Conc. de hoc anno 1632.

13. Beneficia duo vniformia ſub eodem tecto abſque prouiſione Sedis Apoſt. obtinere non poſſe clericum, niſi id dictet ſtatutum, vel Eccleſiæ conſuetudo, vel Epiſcopus cum eo expreſsè diſpenſauerit, cùm vtrumq; conferendo nō intelligatur tacitè diſpenſaſſe, tenet Sel. d.c.21. n.11. atteſtans ſic fuiſſe deciſum ſub die 1. Nouemb. 1607.

14. Epiſcopum ex cauſa poſſe diſpenſare, vt quis obtinere valeat duo beneficia difformia ſub eodem tecto, dummodo quodlibet per ſe non ſit ſufficiens ad ſuſtentationem prouiſi, referunt deciſum Garc. p.11.cap.5 num. 377. Armendar. d.tit.7. de benefic. incompatib.num.7. Franc. Leo in theſauro fori eccleſ. part.2. cap.8. num. 55. Molfeſ. in ſum.Theolog.moral.tract.6.cap.9. num.46. Azor. inſtit.moral. part 2.lib.3 cap.50.q.6.& lib 6.cap.11. q.2.& 4.& cap.13.q.6. Stephan. VVeyms d.conſtit.12.nu.15.in fine, vbi quòd non poteſt Epiſcopus diſpenſare vt obtineantur duo beneficia conformia. Ego ipſe d.alleg.62.num.17. Conformia beneficia cenſentur non illa, quæ vno, eodemque nomine nuncupantur, ſed quæ ad vnum, eundemque finem ſunt inſtituta, & quæ idem officium, idemque onus habent; vnde ex aduerſo ſatis intelligitur, quæ cenſenda ſint diſſimilia, ſeu difformia, nimirum, quæ diſſimile habent officium, alio, ſeu diuerſo, & non planè eodem tempore explendum: item ſub eodem tecto dicuntur eſſe beneficia, quę ſunt intra eandem Eccleſiam, vel eius ambitum, ſeu circuitum, ita Steph. VVeyms d.conſtit.12.num.16.

15. Capellæ plures in eodem Altari ſub eadem inuocatione cum diuerſis oneribus Miſſarum, quæ antiquitus conferebantur pluribus clericis, & ad præſens reperiuntur poſſideri ab vno ſub titulo vnius capellaniæ, non poſſunt retineri hodie abſque diſpenſatione Apoſtolica, ita Sel. d. cap.21. num. 12. vbi refert ſic fuiſſe deciſum ſub die 17. Auguſti 1630.

16. Capellanias tres ſub eodem tecto vniformes ſi quis per annum ex collatione Epiſcopi retinuerit, incidit in priuationem omnium ipſo iure, non obſtante Epiſcopi diſpenſatione, ita deciſum fuiſſe in vna Caurien. refert Sel. citato loco.

17. d Sufficiens.] Quod dicatur beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens ad congruam ſuſtentationem arbitrio iudicis relinqui paulo plus, vel minus æſtimandum conſideratis conſiderandis, qualitate ſcilicet perſonarum, locorum, & temporum, reſoluunt Nauarr. de orat.miſcel.62. Flamin. d.lib.5.q.6.num.131.& ſeq. Zerol. in praxi Epiſcop.part.1.verb. beneficium §.7.concl.8.princip. Gonzal. ad reg.8.Cancel.gloſſ.15. num.39. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib.30.tract. 3.num.285. Proſp. de Auguſt. in addit. ad Quarant. in ſum. Bullary, verb. beneficiorum reſignationes cauſa 8. Menoch. de arbitr.caſu 216. Garc. d.part.11.cap.5. num.320. Maſſobr. in praxi habendi concurſum. requiſit.7.dub.14. cum ſeqq. Ego ipſe d.alleg.62. num.11.

18. e Dummodo vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, &c.] Vide Corraſ. de benef. p.1. cap.5. num.2. Hoied. de incompat.benef.p.1.cap.17.num.30. Zerol. d.p.1.verb.beneficium, §.7. Azor. d.p.2.lib.3.c.8.q.6. Valer. Reginald. d.tract.3.num. 279. Garc. d.c.5.num.260 Sanch. d.lib.2.cap.2.dub.6.num.6. vbi ait quòd ſimplex exigens ſeruitium, id eſt, el ſimple ſeruidero, non dicitur requirere reſidentiam, quia iam ex legitima conſuetudine congruè ſeruitur per Vicarium.

19. f Non modò ad Cathedrales Eccleſias, &c.] Canonicatus duos in vim decretorum Concilij Trid. eſſe incompatibi-

les, referunt deciſum Garc. d p.11.cap.5.num.381. in 1.declar. Armendar. d tit.7.de benef.incompatib.num.41.

20. Itaut poſt adeptam pacificam poſſeſſionem ſecundi, Canonicatum primum ipſo iure vacare, aſſerunt reſolutum Garc.d.cap.5.num.84.in 6.declar. & nu.381.in 2.declar. Armendar. d.tit.7. de benef.incompat. num.17. & 42. Aloyſ. Ricc.in praxi rerum fori eccleſ.deciſ.383. in 1.edit. aliàs reſol. 332.num.12.in 2.edit. Ego ipſe d.alleg.62. num.28.

21. Et ſi duos huiuſmodi Canonicatus ſimul retinere perrexerit, vtroque eſſe ipſo iure priuatum, referunt deciſum Garc.d.cap.5.num.381.in 3.declar. Armendar. d.loco nu.43. Ego ipſe d.alleg.62. num.29. Nec præſumpta diſpenſatione, in qua fundatur regula de triennali, ſe tueri, & defendere poſſe, tenent Garc. d cap.5.num.381.in 4. declar. Armendar. d loco num.44.

22. Conſuetudini permittenti quòd in eadem Eccleſia dignitates cum præbendis canonicalibus teneantur, non eſſe derogatum à Conc. in præſenti referunt deciſum Garc.d.cap.5.num.246.& ſeq. Armendar.d.tit.7.de benef.incompat.num.26. Ego ipſe d.alleg.62.num.18. prope fin.

23. Canonicatum obtinens, cui poſt Conc. munus ſit iniunctum Pœnitentiarij, non poteſt in eadem Eccleſia vnà cum dicto Canonicatu obtinere dignitatem in vim conſuetudinis Eccleſiæ permittentis Canonicum poſſe retinere Canonicatum cum dignitate, referunt deciſum Garc.in addit.ad tract.de benef.p.11.cap.5.num.249. Armendar.d.tit.7.de benef.incomp. num.9.& 27.

24. Conſuetudinem tenendi beneficium Curatum, vel ſimplex ſimul cum Capellania in eadem Eccleſia ſublatam eſſe per hoc decretum, referunt deciſum Nicol. Garc.de benef.p.5.cap.8.num.87.in reſp.ad 6.dub. Armendar. d.tit.7.de benef.incomp. num.28.

25. Capellaniam, & Manſionariam, quorum fructus ſunt tenues, eſſe incompatibilia beneficia, nec poſſe retineri ſub eodem tecto ſine diſpenſatione Apoſt. refert deciſum Garc. d.p.11.cap.5.num.243.

26. Capellaniam, cui adiunctum eſt onus deſeruiendi in choro, obtineri non poſſe cum Canonicatu per hoc decretum, non autem ſi haberet onus ſimpliciter celebrandi Miſſam, niſi eſſent ſub eodem tecto, & tunc poſſe cum diſpenſatione Apoſtolic. refert deciſum Garc. d. num. 243.

27. Statutum Eccleſiæ Caſalen. diſponens quòd Capellani teneantur, & debeant continuò intereſſe officio diuino cum Canonicis, alioquin puniantur ſecundùm Capituli diſcretionem, inducere reſidentiam præciſam, & incompatibilitatem ex præſcripto huius decreti, refert deciſum Sel.d.cap.21.num.15.

28. Dignitates cum Canonicatu, quæ nullos, vel tenues habent fructus, licèt haberent ſedem in choro, quæ ex conſuetudine per Canonicos obtineri ſolent, iuxta, cap. 1. de conſuet. lib.6. non comprehendi ſub hoc decreto, refert deciſum Armendar. d.tit.7. de benef. incompat. num. 56.

29. Prouiſus de Canonicatu in vna Eccleſia, & de Decanatu in alia eiuſdem diœceſis, cum diſpenſatione quòd dictum Canonicatum vnà cum Decanatu ſimul retinere poſſit cum derogatione conſtitutionum Apoſtol. ac ſtatutorum etiam iuramento roboratorum, addita tamen clauſul. quod debitis non fraudentur obſequijs. ſufficit vt reſideat in digniori, & per alium adimplere debet onera in alia Eccleſia, ita Sel. d.cap.21. num.16. atteſtans deci-
☞ ſum in Colonien. 13. Aprilis 1630.

30. Diſpenſatus ad beneficia, dummodo plura ſimul non ſint, non poteſt obtinere plura quàm vnum, quamuis illud ad vitam obtinentis honeſtè ſuſtentandum minimè ſufficeret, refert deciſum Garc. in addit. ad ſuum tract.de benefic.p.11 cap.5.num.235. Sel.d.cap.21.nu.18. atteſtans ita fuiſſe reſolutum in Neocaſtren. 3. Februarij 1629. & in Ale-
☞ xandrina 11. Maij 1630.

31. n Ille verò, qui in præſenti plures Parochiales, &c.] Parochialem Eccleſiam habenti poſſe Ordinarium alteram Parochialem conferre, ſed poſt adeptam poſſeſſionem pacificam ſecundæ vacare primam, refert deciſum Armendar.d.tit.7.de benefic.incompat.num.71.& 85. Quod autem dicitur in princip. text. ibi, vnum tantùm beneficium eccleſiaſticum ſingulis conferatur, intelligendum eſſe cum effectu, vt vnum poſſit retineri, quia Ordinarius poteſt inſtituere præſentatum, vel conferre aliud beneficium incompatibile, vel ratione reſidentiæ, vel ratione ſufficientiæ, dummodo habita poſſeſſione pacifica ſecundi beneficij dimittatur primum, refert deciſum Garc.d par. 11.cap.5. num.283.

Parochiales duas habens, quarum altera eſt beneficio 32.
ſimplici, vel dignitati in perpetuum vnita, alteram dimittere non tenetur, vt refert deciſum Garc. p.12.cap.2.num. 24. Armendar. d.loco num.69. & 79.

Parochiales duæ, vel plures ſi ſunt inuicem vnitæ, non 33.
ſunt comprehenſæ ſub hoc decreto, ſed poſſunt legitimè retineri tanquam non incompatibiles, refert deciſum Garc.d.p.12.cap.2.num.42. & Armendar. d.tit.7.de benefic. incomp. num.92.

Parochialem vnam habens cum fructibus, & alteram 34.
cum nudo titulo, vnam ex ijs, quam velit, teneri reſignare, refert deciſum Armendar. d.tit.7.de benefic.incomp. num.68.

Non comprehenduntur in hoc decreto cum Paro- 35.
chiali obtinentes monaſterium commendatum cum cura, cùm illud non veniat appellatione Parochialis Eccleſiæ, de qua agitur in præſenti. Ita referunt deciſum Gonzal.ad reg.8.Cancel.gloſſ.5.§.8.num.65. Armendar.d.tit.7.de benefic.incompatib. num.72.

Habentem Parochialem & monaſterium in com- 36.
mendam ad vitam, cui cura imminet animarum, alteram dimittere non teneri referunt deciſum Gonzal. d. gloſſ.5.§.8.nu.65. Zerol.in praxi Epiſcop.p.2. verb.Parochia 5. Garc.de benef.p.4.cap.4.num.35. Armendar.d.tit.de benef.incomp.num.78.

Parochialem habentem, quam ex hoc decreto dimit- 37.
tere tenetur, ſi ea eſt obligata alteri ratione regreſſus, hunc qui habuerit regreſſum, conueniendum eſſe primò, an ipſe cum aliqua penſione reſignanti reſeruanda Parochialem velit, quòd ſi eam recipere recuſet, alteri reſignare debere cum ſuſpenſione regreſſus, refert deciſum Armendar.d.tit.de benef.incomp.num.74.& 90.

Non dimittentem curam ex duabus Eccleſijs Curatis 38.
intra tempus à S.Concil. aſſignatum, debere condignas pœnas ſubire, & puniri, prout in eo ſtatuitur, refert deciſum Armendar. d.tit.de benef.incomp. num.91.

Ex diſpenſatione Epiſcopi cauſa ſaltem vtilitatis, vel 39.
neceſſitatis Eccleſiæ, poſſe ſimul plures Eccleſias Curatas retineri, ſi adeò tenues ſint, vt ſingulæ proprium non poſſent Sacerdotem alere, tenent Sot. de iuſtit. lib. 3. q.6. art.3. verſ.primus caſus, Hoied.de incompat benefic.p.2.cap.5.à princip. Rot. deciſ.484. p.1. diuerſ. Verùm ipſamet Rot. in vna Leodien. Canonicatus 5. Iulij 1610. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, inter recent. deciſ. quam refert Ioan. à Cochier in comment. ad reg. 52. Cancel. num.4. pag. 477. cum ſeq. & Ego ipſe in addit. ad collect. cap.de multa, de præben. non obſtante exiguitate diſtantiæ, & tenuitate fructuum Parochialis cuiuſdam, & Canonicatus, quos quidam ex diſpenſatione Epiſcopi poſſidebat, cenſuit eos cadere ſub incompatibilitate, & ſi vtrumque retinere pergeret, eſſe vtroque ipſo iure abſque alia admonitione priuatum.

θ Cogantur omnino.] Prohibere retentionem cenſuit Rot.deciſ.624.num.2.p.4.diuerſor.

ι Vel ſola Cathedrali retenta, &c.] Præbendam & Paro- 40.
chialem ante Concil. legitime obtinentem poſſe poſt Concil. vtrumque beneficium obtinere, dummodo in Parochiali reſideat, refert deciſum Armendar.d.tit.de benef. incompat. num.9.

Papam attenta perſonarum, & locorum qualitate di- 41.
ſpenſare vt vni Parochialis & Canonicatus conferatur, ſi vtrique inſeruire poteſt, refert deciſum Armendar. d. tit.de benefic. incomp.num.82.

Parochialem in ciuitate, & Canonicatum in Cathe- 42.
drali habenti, ſi poſſit vtrique inſeruire, non eſſe moleſtiam inferendam, deciſum refert Armendar. d.tit.de benef. incomp. num.49.

Parochialem vacantem non debet Epiſcopus Cano- 43.
nicatum habenti conferre, etiamſi tenues admodum

præben-

præbendæ eſſent, vt refert deciſum Armendar. *dict. loco num.* 48.

44. Parochiales Eccleſias eſſe incompatibiles cum beneficijs, in quibus aſſignatæ ſunt diſtributiones quotidianę, quas à diuinis abſentes amittunt, refert deciſum Armendar. *d. tit. de benefic. incomp. num.* 47.

Dignitatem Eccleſiæ Collegiatæ, cui à principio cura animarum iniuncta eſt, aut illi principaliter imminet, non acceſſoriè, comprehendi in hoc decreto, refert deciſum Armendar. *d. tit. de benefic. incomp. num.* 67.

45. Capellaniam, quæ habet onus celebrandi certas Miſſas, & coadiuuandi in cura animarum Eccleſiæ Plebanatus eſſe beneficium incompatibile cum alio beneficio Curato, vel aliàs perſonalem reſidentiam requirente, & licèt eius Rector non ſubijciatur *cap. licet, de elect. lib.* 6. tamen comprehendi ſub decretis Concil. Trid. loquentibus de beneficiariorum, non tamen Curatorum reſidentia, refert deciſum Armendar. *d. tit. de benefic. incomp. num.* 50.

46. Parochialem obtinens vnà cum Canonicatu ex diſpenſatione Apoſtolica ante Conc. Trid. obtenta, potuit poſt Conc. abſque alia diſpenſatione optare præbendam pinguiorem, vt refert deciſum Garc. *p.* 5. *c.* 1. *n.* 343.

Terrulas beneficiales, ſeu pia loca cum onere Miſſas,
47. aliave diuina Officia celebrandi, quæ neque Eccleſiæ habent aliquam denominationem, non comprehendi ſub hoc decreto, immo ex ſtylo Cancellariæ vnica collatione plures vniri conferri poſſe in titulum ſimplicis beneficij, referunt deciſum Garc. *d. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 318. Armendar. *dict. tit. de benefic. incompat. num.* 38. Maſſobr. *in praxi habendi concurſum requiſ.* 7. *dub.* 19.

48. Beneficia duo incompatibilia à Summò Pont. impetrantem, illaque in litteris exprimentem, cum quo tamen non fuit diſpenſatum, obtineri poſſe niſi eſſent duæ Parochiales, ante Concil. referunt deciſum Garc. *dict. cap.* 5. *num.* 327. & Armendar. *dict. tit. de benefic. incompat. num.* 39.

49. Beneficia, ſeu legata pia, quæ non habent Altare, ſeu capellam, non inducere incompatibilitatem, refert deciſum Garc. *in addit. ad d. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 318.

50. Eccleſiam Baptiſmalē, licèt non ſit in reliquis Curata, eſſe incompatibilem, & hoc decreto comprehendi refert deciſum Maſſobr. *in praxi habendi concurſum requiſ.* 1. *dub.* 14. *num.* 9.

51. Præſumptam diſpenſationem, in qua fundatur regula de triennali, non habere locum contra decreta Concilij *in hoc cap. & in cap.* 4. *ſeſſ.* 7. *& in cap.* 15. *ſeſſ.* 25. *de reform.* referunt deciſum Garc. *d. p.* 11. *cap.* 5. *num.* 379. Armendar. *d. tit. de benefic. incompat. num.* 40. Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 111. *&* 112. nouiſſime Stephan. VVeyms *d. conſtit.* 12. *num.* 17. *pag.* 115. Ego ipſe *d. alleg.* 62. *num.* 29. vbi *num.* 30. reſoluo ex curſu decem, vel viginti annorum in dubio præſumi poſſe diſpenſationem ad plura beneficia.

ϰ *Infra ſpatium ſex menſium.*] Vide Garc. *d. p.* 11. *cap.* 5. 52.
*num.* 77. optimè aduertentem huic decreto non aduerſari aliud ſuprà *ſeſſ.* 7. *de reformat. cap.* 4. quia hoc de quo in præſenti, agit de obtinentibus tunc plures Parochiales, aut vnam Cathedralem, & aliam Parochialem ex diſpenſatione, ſeu vnione ad vitam, quibus iniunxit Concilium quòd vna retenta, alias infra ſex menſes demitterent, non tamen loquitur de pluribus parochialibus beneficiis poſt Concil. obtentis, de quibus agit *d. cap.* 4.

λ *Ipſo iure vacare cenſeantur.*] Habentem beneficium 53.
Curatum, Perſonatum, vel Dignitatem, iuxta *cap. de multa, de præbend.* vel quodcumque aliud quomodolibet incompatibile iuxta hoc decretum, & recipientem ſecundum ſimile, ipſo iure vacare primum, & ſi illud retinere contenderit, etiam ſecundo ſpoliari tradunt Bernard. *in pract. cap.* 49. *in nouiſſ. edit.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 3. *à numer.* 74. Viui. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 6. *pag.* 182. Gutierez *conſil.* 10. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. libro* 3. *quæſtione* 1. *num.* 51. Azor. *inſtitut. moral. parte* 2. *libro* 7. *cap.* 16. *quæſtione* 9. latè Flores de Mena *var. libro* 2. *quæſt.* 13. *per tot.* Valer. Reginald. *d. lib.* 38. *tract.* 3. *num.* 309. Monet. *de opt. canon. c.* 6. *q.* 6. *num.* 69. Garc. *d. p.* 11. *c.* 5. *nu.* 7.

μ *Nec ipſi antea illa obtinentes tuta conſcientia fructus, &c.*] Vide Henriquez *in ſum. lib.* 14. *cap.* 56. §. 2. *in fine, iuncto commento litt.* O.

An obtinens plura beneficia ex diſpenſatione Papæ, 54.
ſine cauſa tamen rationabili, ſit tutus in foro cōſcientiæ? Vide Ludou. Lop. *in inſtruct. conſcientiæ tom.* 1. *c.* 252. *& ſeqq.* Cordub. *in q. lib.* 1. *q.* 20. Conrad. *in reſp. caſuum conſcient. q.* 35. *in addition.* Hoied. *de incompat. benef. p.* 2. *c. fin. nu.* 38. Vega *in ſum. p.* 1. *c.* 36. *caſu* 30. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 1. *c.* 31. *n.* 7. *&* 8. Cardin. Tolet. *in inſtruct. Sacerdot. lib.* 5. *c.* 81. Petr. de Ledeſma *in ſum. p.* 2. *tract.* 7. *c.* 1. *circa* 9. *&* 11. *concluſ.* Valer. Reginald. *d. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 289. *verſic. ſextum dubium.* Leſſi. *de iuſtit. li.* 2. *c.* 34. *n.* 151. *cum ſeq.* Vaſq. *in opuſc. de benefic. c.* 4. §. 2. *dub.* 9. *n.* 170. Molfeſ. *in ſum. Theolog. mor. tract.* 6. *c.* 9. *n.* 53.

---

*Parochialis Eccleſiæ vacatio quando contingit, fiat examen per concurſum, præmiſsis edictis, deſcribuntur qualitates eorum, qui debebunt examinare. Si Eccleſia fuerit iuriſpatronatus eccleſiaſtici, & inſtitutio pertineat ad Epiſcopum, quædam ſtrictius erunt obſeruanda, quàm caſu quo Eccleſia fuerit iuriſpatronatus laicorum,* &c. *Attentè hoc cap. legendum, & ſeruandum ad amuſsim.*

## CAPVT XVIII.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Examen per concurſum eſt faciendum in vacatione Parochialis Eccleſiæ.*
3 *Parochiales litigioſæ concurſu non conferuntur.*
4 *Parochialis, quam quis acquirit per regreſſum, & prius poſſedit, non confertur per concurſum.*
5 *Parochialis vnita Dignitati, vel Canonicatui, non eſt conferenda per concurſum.*
6 *Parochialis vacans in Curia, ſeu apud Sedem, prouideri ſolet in Dataria ſine concurſu.*
7 *Parochialis ſubiecta, vel annexa monaſterio, ſeu de eius menſa, non confertur per concurſum.*
8 *Parochialis, ſeu beneficium Regulare, quod Regularibus cōferri conſueuit, ſine cōcurſu prouidetur.*
9 *Prioratus Regulares concurſu non conferuntur.*
10 *Eccleſia parochialis quæ eſt actu Regularis, non confertur per concurſum.*
11 *Parochiales, quę de menſa nuncupantur, non ſubiacent concurſui.*
12 *Abbatia, cui vnita eſt perpetuò, & acceſſoriè parochialis Eccleſia, concurſu non confertur.*
13 *Cura animarum, quæ in Eccleſia collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios concurſu non confertur.*
14 *Beneficia curam animarum habentia, quę verè ſunt dignitates, non ſubiacent concurſui.*
15 *Dignitas habens curam animarum in Eccleſiis collegiatis concurſu non confertur.*
16 *Vicaria perpetua parochiæ vnita concurſu non confertur.*

17 *Vicaria concurſu confertur ſi totalis cura in eius vicarium transferatur.*

18 *Patrimoniales Eccleſiæ quæ?*

19 *Receptiuæ Eccleſiæ quæ?*

20 *Canonici cathedralis, vel collegiatę Eccleſię, quibus cura animarum non prouidentur pręuio concurſu.*

21 *Beneficia curata, quæ in fauorem in manibus Papę reſignantur, concurſu non conferuntur.*

22 *Parochialis Eccleſiæ reſignatio quando fit in manibus Sanctiſſimi, non eſt neceſſarium examen per concurſum.*

23 *Examinatus ad Parochialem ſibi reſignatam ſi reprobetur, poteſt intra ſex menſes à die datæ litterarum aliud examen ſubire.*

24 *Epiſcopus non poteſt admittere conſanguineos, vel familiares tam ſuos, quàm reſignantium ad examen concurſus Parochialium in eius manibus reſignatarum.*

25 *Examen per concurſum non requiritur in permutationibus Eccleſiarum Parochialium.*

26 *Vacare in Curia, & vacare apud Sedem, an differant.*

27 *Concurſus fieri debet in vacatione Parochialis Eccleſiæ etiamſi reſeruata ſit, vel affecta.*

28 *Beneficia curata reſeruata Sedi Apoſtol. ab eadem Sede conferuntur approbato ab examinatoribus in diœceſana Synodo approbatis.*

29 *Parochiales reſeruatę, vel affectę ſpecialiter vigore indulti S.R.E. Cardinalium prouidentur per concurſum.*

30 *Vicarij deputatio cum congrua eſt de forma concurſus.*

31 *Vicarij deputatio donec prouideatur de Rectore ſpectat ad Epiſcopum.*

32 *Inferiores, qui non habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum facultate congregandi Synodum, non poſſunt conſtituere vicarium.*

33 *Vicarium in caſibus repentinis an ad alium præter Epiſcopum pertineat.*

34 *Nominatio vicariorum ad quos ſpectet.*

35 *Examen per concurſum non eſt neceſſarium in Parochialibus, quæ conſuetudine optantur.*

36 *Commendæ ad ſex menſes amplius poſt Conc. non ſunt in vſu.*

37 *Epiſcopus poteſt differre conſtitutionem vicarij vſque ad tres dies.*

38 *Vicarius cum congrua eſt conſtituendus in qualibet Eccleſia parocho vacante.*

39 *Vicarium conſtituere in Parochiali vacante quando non ſit neceſſarium.*

40 *Vicarius deputandus cum congrua dummodo aliàs ſit idoneus, non eſt neceſſariò examinandus.*

41 *Vicarius cum congrua eſt deputandus in Eccleſijs Baptiſmalibus vacantibus.*

42 *Congrua portio aſſignanda vicario eſt arbitraria Epiſcopo.*

43 *Congrua portio aſſignanda vicario poteſt eſſe duorum aureorum ſingulis menſibus.*

44 *Vicarius ſemel conſtitutus cum congrua non poteſt remoueri.*

45 *Inferiores Epiſcopo concurſus facere non poſſunt niſi habeant ius congregandi Synodum &c.*

46 *Commendatarius Abbas quando poſſit concurſum facere.*

47 *Inferiores Epiſcopo quãdo poſſint concurſus facere.*

48 *Concurſum facere, & examinare promouendos ad Parochiales ſpectat ad Ordinarium.*

49 *Commendatarius Abbas nullius diœceſis poterit cõcurſum inſtituere ſi habeat ius congregandi Synodum.*

50 *Abbas habens iura quaſi Epiſcopalia non habet ius concurſum faciendi, niſi probetur ius habere congregandi Synodum.*

51 *Abbas ius habens conferendi aliquam Parochialem in eius vacatione non poteſt proponere edictum examinis, nec facere concurſum.*

52 *Edicta proponit Ordinarius loci vbi exiſtit beneficium curatum quamuis illius collatio ſpectet ad Ordinarium alterius diœceſis.*

53 *Inferior habens præuentionem cum Ordinario.*

54 *Epiſcopus manutenendus eſt in ſua quaſi poſſeſſione inſtituendi donec inferior coram Iudice competẽti legitimè probauerit ius cogendi Synodum habere.*

55 *Edictum eſt proponendum intra decem dies, & totidem remanere debet affixum.*

56 *Edictum non poteſt apponi cum maiori termino viginti dierum.*

57 *Terminus decem vel viginti dierum non currit à die habitæ notitiæ vacationis Eccleſiæ.*

58 *Edictum pro concurſu Parochialis apponere poteſt Epiſcopus intra quatuor vel ſex menſes reſpectiuè à die vacationis.*

59 *Epiſcopus tenetur ad Parochialem vacantem plures examinatoribus nominare, & alios etiam ab alijs nominatos admittere.*

60 *Epiſcopus poteſt occurrente vacatione beneficij Curati vocare, & admittere ad concurſum habentem aliud beneficium Curatum.*

61 *Regulares clerici etiam ordinum militarium ad cõcurſum Parochialium admittendi non ſunt.*

62 *Monoculus diſpenſatus ad Ordines ſuſcipiendos poteſt admitti ad concurſum.*

63 *Epiſcopus non poteſt limitare certum numerum perſonarum ad concurrendum in concurſu Parochialium.*

64 *Edicta concurſus proponere debent Ordinarij in beneficijs Curatis reſeruatis Sedi Apoſtol.*

65 *Edictum apponi debet ab Ordinario loci vbi exiſtit beneficium.*

66 *Edictum apponi eſt de ſubſtantia & forma concurſus Parochialium.*

67 *Tempus, quo debet eſſe affixum edictum, eſt arbitrarium Epiſcopo modò non excedat viginti dies.*

68 *Edictum aliud concurſus non eſt proponendum, ſed ille, qui comparuerit examini eſt ſubijciendus.*

69 *Niſi nolit ſe examini ſubijcere, nec Parochiam curet obtinere.*

70 *Parochialis abſque concurſu conferri poteſt quando nullus comparet, vel aliàs nemo idoneus reperitur.*

71 *Examen & concurſus factus ante lapſum terminum edictorum eſt nullus.*

72 *Termino decem vel viginti dierum elapſo nullus eſt admittendus.*

73 *Veniens ad concurſum Parochialis poſt terminum in edicto præfixum, re tamen integra, eſt vtique admittendus.*

74 *Niſi legitimo impedimento ceſſante id faciat.*

75 *Examen ſtatim elapſo termino edicti poteſt per*

Epi-

*Epiſcopum inchoari, ſed non poteſt eadem die claudi.*

76 *Vnus examinari poterit & approbari ſi ille ſolum ad concurſum comparuerit.*

77 *Examen concurſus poteſt fieri coram Vicario etiam Epiſcopo non impedito.*

78 *Concurſus, & examen factum coram examinatoribus non ſynodalibus eſt nullum.*

79 *Examen concurſus in Parochialibus etiam modici valoris de forma eſt faciendum cum tribus examinatoribus.*

80 *Examinatores pluſquam tres, ſed non pauciores adhiberi debent in concurſu.*

81 *Approbatus nemo cenſetur ſi ex tribus examinatoribus quilibet eorum approbauerit.*

82 *Examinatores vt ſint tres non ſtatuit præciſè Concil. ſed quod non poſſint adeſſe pauciores.*

83 *Examinatores debent ſingulis annis proponi in Synodo ad minus ſex.*

84 *Examinatores debent proponi nominatim, & non in genere.*

85 *Examinatores ſynodales in Synodo ad ſummum viginti eligi poſſunt.*

86 *Examinatores non poſſunt eligi ſub nomine dignitatis, ſed tantùm ſpecialem perſonam.*

87 *Iudicum ſynodalium nominatio ſpectat principaliter ad Epiſcopum.*

88 *Examinatores quomodo in Synodo proponendi.*

89 *Conſtitutio Pij V. in conferendis locum non habet niſi in his diœceſibus, in quibus fuit coacta Synodus.*

90 *Examinatores quibus conditionibus, & qualitatibus præditi eſſe debeant.*

91 *Examinatores aliqui ſi intra annum ſuæ electionis mortui fuerint, ad ſuperſtites facultas examinandi vnà cum Epiſcopo pertinet.*

92 *Vicarius Capituli Sede vacante in locum examinatorum abſentium, vel defunctorum alios ſufficere non poteſt.*

93 *Examinatores ſynodales quando omnes intra annū deputationis mortui fuerint, quid faciendum.*

94 *Examinatores ſynodales durant donec alij in Synodo deputati fuerint.*

95 *Epiſcopus nouus quid facere debeat ſi ex examinatoribus ſynodalibus omnes præter vnum mortuos inuenit.*

96 *Epiſcopus non excuſatur ſi poſt annum adhibeat examinatores ſuperſtites non extantibus ſex.*

97 *Epiſcopo non licet auctoritate ordinaria ſibi aſſumere examinatores non ſynodales extraneos, qui ſuppleant.*

98 *Epiſcopo non licet ſubrogare alios examinatores in locum condemnatorum.*

99 *Collatio Parochialis an deuoluatur ad Sedē Apoſt. quando in concurſu non interfuerunt examinatores ſynodales.*

100 *Concurſus, in quibus fuerunt adhiti examinatores deputati in Synodis præcedentibus, ſunt nulli.*

101 *Epiſcopus, qui non conſtituit examinatores in Synodo, ſed ex ſe ipſo deputauit, nulliter prouidet de Parochialibus.*

102 *Concurſus eſt nullus in quo cum examinatoribus ſynodalibus interuenit alius, qui non erat examinator ſynodalis.*

103 *Examinatores neceſſariò eligi debent, qui ſint Magiſtri, ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, vel iure Canonico.*

104 *Epiſcopus non poteſt eligere examinatores ſynodales, qui non ſint Doctores.*

105 *Examinatores ſi non iurarunt, concurſus coram eis habitus vitiatur.*

106 *Examinatores ſynodales non poſſunt quicquam prorſus occaſione examinis nec ante, nec poſt accipere.*

107 *Examinatores non poſſunt quicquam ex fructibus beneficij vacantis accipere.*

108 *Ordinarius non poteſt ſtatuere aliquod ſtipendium etiam minimum examinatoribus deputatis in Synodo pro concurſu Parochialium.*

109 *Examinatores priuantur beneficijs antea obtentis ſi occaſione examinis ſiue antea, ſiue poſt aliquid accipiant etiam gratis & liberaliter datum.*

110 *Examinatores peracto examine debent eos ex communi ſententia renuntiare Epiſcopo, quos idoneos reperirent.*

111 *Et illos poſſunt remittere ad Ordinarium.*

112 *Exminatores conuenientius palam inter ſe ſua vota conferre debent.*

113 *Examinatores debent dare vota dum ſimul congregati ſunt cum Epiſcopo.*

114 *Examinatores tenentur ſignificare quis dignus, & quis dignior ſub peccato mort.*

115 *Epiſcopus non habet votum deciſiuum in concurſu.*

116 *Epiſcopus ex approbatis in concurſu poteſt vnum licèt omnia ſuffragia non reportauerit ſicut alij, eligere.*

117 *Examinatores non tenetur explicitè referre ſingulas qualitates eorum, qui ſunt examinati.*

118 *Idoneitas reſpectu ſcientiæ, ætatis, morum, & prudentiæ conſideratur in concurſu Parochialium.*

119 *Examinatores poſſunt etiam extraiudicialiter informari de qualitatibus examinandorum.*

120 *Epiſcopus poteſt eligere etiam extra locum examinis, & abſentibus ipſis examinatoribus.*

121 *Iudicare quis ex concurrentibus ad Parochialem vacantem ſit magis idoneus ſpectat ſolum ad Epiſcopum.*

122 *Examinatores debent vota ſua dare, ſed Epiſcopus non tenetur ex collatione votorum eligere.*

123 *Examinatores ſinguli poſſunt, & debent dare vota ſuper qualitate cuiuſlibet examinati.*

124 *Facultas eligendi magis idoneum in concurſu ad Epiſcopum, non autem ad inferiorem collatorem pertinet.*

125 *Electio facta de magis idoneo ſignificanda eſt intra quatuor menſes.*

126 *Electio & prouiſio in concurſu Parochialis facta de digno omiſſo digniore eſt nulla.*

127 *Dignum eligens omiſſo digniore quando per concurſum & oppoſitionem prouiſio beneficij facienda eſt, tenetur ad reſtitutionem.*

128 *Simoniam committit dignus offerendo in concurſu pecuniam digniori, vt deſiſtat ab oppoſitione.*

129 *Idoneus iudicandus, qui muneri, cui præficitur, eſt aptior.*

130 *Originarius.*
131 *Doctor.*
132 *Sacerdos.*
133 *Diſpenſatione non indigens.*
134 *Beneficium nullum habens.*
135 *Ditiores & nobiliores.*
136 *Parochialis vacans quando fuerit iuriſpatronatus Eccleſiaſtici quomodo prouidenda.*
137 *Epiſcopus tenetur inſtituere ad Parochialem iuriſpatronatus Eccleſiaſtici dignum præſentatum à patrono omiſſo digniore.*
138 *Edicta concurſus proponere debet Ordinarius quãuis inſtitutio ad inferiores pertineat.*
139 *Beneficium Curatum iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſi vacauerit in menſe reſeruato Sedi Apoſtol. nulla habetur ratio patronorum.*
140 *Inſtitutio ad Parochialem Eccleſiam vacantem, quæ iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſit, vbi facienda eſt à Papa, ius eligendi digniorem ad ſolum Epiſcopum pertinet.*
141 *Electio dignioris ad Parochialem vacantem ſpectat ad patronum iuriſpatronatus Eccleſiaſtici.*
142 *Et illum inſtituere debet Epiſcopus.*
143 *Præſentatio ad Parochialem facta à patrono Eccleſiaſtico de aliquo antequam ſit ab examinatoribus approbatus in concurſu eſt nulla.*
144 *Examen per concurſum non requiritur in collatione Parochialium iuriſpatronatus mixti.*
145 *Examen per concurſum fieri non debet in vacatione Parochialium, quæ ſunt iuriſpatronatus laicorum, ſed ſufficit quòd deputatus à patronis examinetur ab examinatoribus Synod. & idoneus iudicetur.*
146 *Examen per concurſum requiritur inter plures præſentatos ad Parochialem iuriſpatronatus Eccleſiaſtici.*
147 *Non habet locum contra inſtitutionem, vel fundationem.*
148 *Concurſui locus non eſt in Parochialibus iuriſpatronatus, quod origine erat totum laicale.*
149 *Parochiales iuriſpatronatus laicorũ deuolutæ ſubiacent concurſui.*
150 *Parochialium in collatione facta iure deuoluto ſeruari debet forma examinis, quæ coram inferiore requiritur.*
151 *Præſentatus à patronis laicis ad Eccleſiam Parochialem ſufficit quòd examinetur coram alijs examinatoribus non ſynodalibus.*
152 *Patronus laicus ad Parochialem ſui iuriſpatronatus non tenetur preſentare digniorem, ſed ſufficit dignum.*
153 *Deuolutio, aut appellatio vlla impedire aut ſuſpendere non poteſt quominus examinatorum relatio executionem habeat.*
154 *Appellatio ſuſpenſiua, non verò deuolutiua prohibetur in hoc caſu.*
155 *Appellatio non datur ſimpliciter ab electione Epiſcopi in concurſu dum appellare volens fuit approbatus ab examinatoribus ſynodalibus.*
156 *Appellatio à mala electione, ſiue irrationabili iudicio Epiſcopi admittitur ſolum ad effectum deuolutiuum.*
157 *Reiectus in concurſu Parochialis poteſt prouocare præelectum ad nouum examen.*
158 *Collatio Parochialis facta ſine examine per concurſum eſt nulla.*
159 *Parochialis ſine examine per concurſum, vel contra formam poſitam à Concil. non poteſt in foro conſcientiæ acceptari.*
160 *Parochiales ita exigui redditus vt examinis per concurſum operam ferrent, vel nemo eſſet qui ſe examini vellet ſubijcere, quomodo conferenda.*
161 *Parochialium tenuium collatio an poſſit fieri ſine concurſu.*

EXpedit maximè animarum ſaluti, à dignis atque idoneis Parochis gubernari, id vt diligentius, ac rectius perficiatur, ſtatuit ſancta Synodus, vt α *cùm Parochialis Eccleſiæ vacatio,* β *etiamſi cura Eccleſiæ, vel Epiſcopo incumbere dicatur,* & per vnum, vel plures adminiſtretur, etiam γ *in Eccleſijs patrimonialibus,* δ *ſeu receptiuis* nuncupatis, in quibus conſueuit Epiſcopus ε *vni, vel pluribus curam animarum dare,* quos omnes id infraſcriptum examen teneri mandat, per obitum, ζ *vel reſignationem,* η *etiam in Curia,* ſeu aliter quomodocumque contigerit, θ *etiam ſi ipſa Parochialis Eccleſia reſeruata, vel affecta* fuerit generaliter, vel ſpecialiter, etiam vigore indulti, ſeu priuilegij in fauorem ι *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſeu Abbatum,* vel Capitulorum, κ *debeat Epiſcopus* * *ſtatim,* λ *habita notitia vacationis* Eccleſiæ, μ *ſi opus fuerit,* ν *idoneum in ea Vicarium* ξ *cum congrua,* eius arbitrio, fructuum portionis aſſignatione, conſtituere, qui onera ipſius Eccleſiæ ſuſtineat, ο *donec ei de Rectore prouideatur:* π *Porro Epiſcopus,* & qui ius patronatus habet, ρ *intra decem dies,* vel aliud tempus, ab Epiſcopo præſcribendum, σ *idoneos aliquot Clericos* ad regendam Eccleſiam coram deputandis examinatoribus nominet. Liberum ſit tamen etiam alijs, qui aliquos ad id aptos nouerint, eorum nomina deferre, vt poſſit poſtea de cuiuſlibet ætate, moribus, & ſufficientia fieri diligens inquiſitio. Et, ſi Epiſcopo, aut Synodo prouinciali pro regionis more videbitur magis expedire, τ *per edictum etiam publicum* vocentur qui volent examinari, υ *Tranſacto conſtituto tempore,* φ *omnes qui deſcripti fuerint,* [a] χ *examinentur* ψ *ab Epiſcopo, ſiue eo impedito, ab eius Vicario generali,* ω *atque ab alijs examinatoribus* αα *non paucioribus, quàm tribus,* ββ *quorum votis, ſi pares ſingulares fuerint,* accedere poſſit Epiſcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur. γγ *Examinatores autem ſingulis annis* in diœceſana Synodo ab Epiſcopo, vel eius Vicario ad minus ſex proponantur, qui Synodo ſatisfaciant, & ad ea probentur. Adueniente que vacatione cuiuſlibet Eccleſiæ, tres ex illis eligat Epiſcopus, qui cum eo examen perficiant, indeque ſuccedente alia vacatione, aut eoſdem, aut alios tres, quos maluerit, ex prædictis illis ſex eligat. δδ *Sint verò hi examinatores, Magiſtri,* ſeu Doctores, aut Licentiati in Theologia, aut iure canonico, vel alij Clerici, ſeu Regulares, etiam ex ordine mendicantium, aut etiam ſeculares, qui ad id videbuntur magis idonei, εε *iurentque omnes* ad ſancta Dei Euangelia ſe, quacunque humana affectione poſtpoſita, fideliter munus executuros. [b] ζζ *Caueantque, ne* * *quidquam prorſus* occaſione huius examinis, nec ante, nec poſt accipiant,

a Infra Seſſ. 7. de reform. cap. 9.

b Cap. quando 14. diſt.

piant, alioquin ſimoniæ vitium, tam ipſi, quàm alij dantes incurrant, à qua abſolui nequeant, niſi di-
miſſis beneficijs ηη *quæ quomodocumque etiam antea obtinebant*, & ad alia in poſterum inhabiles reddan-
tur. Et de his omnibus non ſolùm coram Deo, ſed etiam in Synodo Prouinciali, ſi opus erit, rationem
reddere teneantur, à qua, ſi quid contra officium eos feciſſe compertum fuerit, grauiter eius arbitrio pu-
niri poſſint, θθ *Peracto deinde examine renuncientur*, ιι *quotcumque ab his idonei iudicati fuerint* κκ *ætа-
te, moribus, doctrina, prudentia*, & alijs rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis, [c] λλ c Seſſ.25.c.7.
*ex hiſque Epiſcopus eum eligat*, μμ *quem cæteris* * *magis idoneum iudicauerit*, atque illi, & non alteri, col-
latio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre. νν *Si verò iuriſpatronatus Eccleſiaſtici erit*, ac
inſtitutio ad Epiſcopum, & non alium pertineat, ξξ *is, quem patronus digniorem* οο *inter probatos ab
examinatoribus* iudicabit, Epiſcopo præſentare teneatur, vt ab eo inſtituatur. Cùm verò inſtitutio ab alio,
quàm ab Epiſcopo, erit facienda, ππ *tunc Epiſcopus ſolus ex dignis* eligat digniorem, quem patronus
ei præſentet, ad quem inſtitutio ſpectat. ρρ *Quòd ſi ius patronatus laicorum fuerit*, debeat qui à patrono
præſentatus erit, σσ *ab eiſdem deputatis, vt ſuprà, examinari*, ττ *& non, niſi idoneus repertus* fuerit, ad-
mitti. In omnibuſque ſupra dictis caſibus non cuiquam alteri, quàm vni ex prædictis examinatis, & ab
examinatoribus approbatis, iuxta ſupradictam regulam de Eccleſia prouideatur, nec prædictorum exa-
minatorum relationem, quo minus executionem habeat, υυ *vlla deuolutio, aut appellatio*, etiam ad Se-
dem Apoſtolicam, ſiue eiuſdem Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuncios, ſeu Epiſcopos, aut Metro-
politanos, Primates, vel Patriarchas interpoſita impediat, aut ſuſpendat, alioquin Vicarius quem Ec-
cleſię vacanti antea Epiſcopus arbitrio ſuo ad tempus deputauit, vel forſan poſtea deputabit, ab eius Ec-
cleſiæ cuſtodia, & adminiſtratione non amoueatur, donec aut eiſdem, aut alteri qui probatus, & electus
fuerit, vt ſupra, ſit prouiſum, φφ *aliàs prouiſiones omnes ſeu inſtitutiones*, præter ſupradictam formam
factæ ſurreptitiæ eſſe cenſeantur, non obſtantibus huic decreto exemptionibus, indultis, priuilegijs, præ-
uentionibus, affectionibus, nouis prouiſionibus, indultis conceſſis quibuſcumque [d] Vniuerſitatibus etiam d Seſſ.7.c.5.
ad certam ſummam, & alijs impedimentis quibuſcumque. χχ *Si tamen adeò exigui redditus* dictæ Paro-
chiales fuerint, vt totius huius examinationis operam non ferant, aut nemo ſit, qui ſe examini quærat
ſubijcere, aut ob apertas factiones, ſeu diſſidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur, facilè grauiores rixæ,
ac tumultus poſſint excitari, poterit Ordinarius, ſi pro ſua conſcientia cum deputatorum conſilio ita ex-
pedire arbitrabitur, hac forma omiſſa, priuatum aliud examen, cæteris tamen, vt ſupra, ſeruatis, adhibere.
Licebit etiam Synodo prouinciali, ſi qua in ſupradictis circa examinationis formam addenda, remitten-
dave eſſe cenſuerit, prouidere.

1. VIde Archiep. Bononien *part.4. de examine per concurſum pag.446. cum ſeqq.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.2. cap.5.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.1. quæſt.7. num.7. & lib.8. quæſt.9. num.77. cum ſeqq.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.2. cap.5. à num.17.* Petr. de Ledeſma *in ſumma part.2. tract.7. cap.1. concluſ.7. à princip.* & præcipuè *diffic.13. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. collect.1562. & 1569. & in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.414. cum ſeqq. in 1. edit.* aliàs *reſolut.351. cum ſeqq. in 2. edit.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.6. num.121. cum ſeqq.* Garc. *de benefic. part.9. cap.2. num.103. cum ſeqq.* Vgolin. *de offic. Epiſcopi cap.50. §.3. cum ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canonic. rub.5. cap.3. à num.9.* Filhuc. *in quæſt. moral. tom.3. tract.41. de benefic. cap.4. num.134. cum ſeqq.* Maſſobr. *in praxi habendi concurſum ad Parochiales Eccleſias vacantes*, ſecundùm Romanam impreſſ. Aldan. *in compend. canon. reſolut. lib.3. tit.9.* Caſtr. Palao *in opere morali tom.2. tract.13. diſput.3.* Alzed. *de precell. Epiſcop. dignit. part.2. cap.9.* Vaſq. *in opuſcul. de benefic. cap.2. §.3. num.82.* Scl. *in ſelect. Canonicis cap.52.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi part.3. allegat.60. & de officio & poteſt. Parochi cap.2.* Et ſuper collatione Parochialium Eccleſiarum emanauit Conſtitutio Pij V. incip. *In conferendis, ſub dat. Romę 15. Kal. Aprilis* 1566.

*a Cùm Parochialis Eccleſiæ vacatio*, &c. ] In vacatione
2. Parochialis Eccleſiæ examen per concurſum eſſe faciendum ex hoc cap. colligunt Maſſobr. *in d. praxi prel.5.* Ego ipſe *d. allegat.60. num.13. & d. c.2. num.14.* Vnde Curata beneficia, quæ non habent Parochiam, concurſu non conferri probat idem Maſſobr. *prælud.3. dub.2.* & multo minus beneficia ſimplicia ſecundùm Aloyſ. Ricc. *in dict. praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.415. in 1. edit.* aliàs *reſol.352. in 2. edit.* Seraphin. *deciſ.442. num.5.* Maſſobr. *in dicto praxi præl.5. in princip. numer.7.* Ego ipſe *dict. allegatione 60. num.36.*

3. Parochiales litigioſas concurſu non conferri, cùm ſoleat à Sede Apoſtol. in illis ſubrogari alius gratioſè abſque concurſu, & vt plurimum collitigans, tenent Gonzal. *dict. gloſſ.6. num.150.* Garc. *d. part.9. cap.2. §.1. num.170.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.358. verſ. tertiò*, Maſſobr. *in d. praxi præl.3. dub.3. à num.18.* Nouar. *in ſingul. iuris Canon. concluſ.65. num.5.* Ego ipſe *d. allegat.60. num.27. & d. cap.2. num.15.*

Parochialem, quam quis acquirit per regreſſum, & 4.
priùs poſſedit, non conferri per concurſum aſſerit deciſum Garc. *d. p.9. cap.2. num.199.* quem refero *d. allegat.60. num.34.* & me citato in illo loco Maſſobr. *præl.3. dub.3. numero 37.*

Parochialem vnitam Dignitati, vel Canonicatui per 5.
concurſum conferendam non eſſe, tenent Anaſtaſ. Germon. *de indult. Cardin. §. quibuſuis num.7. & 8.* Læl. Zech. *de republ. Eccleſ. cap.28. de Parocho num.8.* Aloyſ. Ricc. *in dict. praxi deciſ.417. in 1. edit.* aliàs *reſolut.354. num.2.* & latiùs *reſolut.381. in 2. edit.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.5. §.7. num.2.* Garc. *dict. part.9. cap.2. num.193.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.273. num.48.* Nouar. *in ſingul. Canonic. concluſ.65. num.4.* Salgado *de poteſt. Regia tom.1. part.3. cap.9. num.11.* Rot. *deciſ.323. num.8. part.2. recent.* Ego ipſe *d. allegat.60. num.25. & 26. d. cap.2. num.18.* Caſtr. Palao *d. diſput.3. §.5. num.6.*

Parochialem vacantem in Curia, ſeu apud Sedem, 6.
ſiue per obitum, aut ſimplicem reſignationem, vel dimiſſionem ex vi decreti de dimittendo primum incompatibile, prouideri ſolere in Dataria ſine concurſu, & ſufficere quòd prouiſus examinetur ſuper ſufficientia, reſoluunt Gonzal. *d. gloſſ.6. num.15.* Garc. *d. part.9. cap.2. num.153.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.2. cap.5. num.17. verſ. de Curatis.* Maſſobr. *dict. præl.3. dub.3. num.45.* Ego ipſe *d. cap.2. num.25.* Alzed. *d. part.2. cap.9. num.5.* Caſtr. Palao *dict. §.5. num.2. in fin.*

Parochialem ſubiectam, ſeu annexam monaſterio, 7.
vel de eius menſa quando monaſterium nominat Rectorem, & Epiſcopus confirmat, concurſu non conferri cenſuit Rot. *deciſ.102. part.1. recent.* quam refero *d. cap.2. num.20.* Quando autem dicatur beneficium de menſa monaſterij, vide Rot. *deciſ.204. part.2. recent.*

Parochialem, ſeu beneficium Regulare, quod Regu- 8.
laribus conferri conſueuit, ſine concurſu prouidendum aſſerunt Piaſec. *in praxi Epiſcopi p.2. cap.5. num.18. verſ. hoc decre-*

decretum, Gonzal. d. gloſſ. 6. num. 162. Garc. d. cap. 2. nu. 197. Vgolin. de officio Epiſcopi cap. 50. §. 3. verſ. quarto, Aloyſ. Ricc. in dict. praxi deciſ. 421. in 1. edit. alias reſolut. 358. num. 1. in 2. edit. Maſſobr. dict. præl. 3. dub. 3. numer. 34. Filliuc. dict. tract. 41. cap. 4. num. 145. Rot. deciſ. 326. num. 6. part. 2. recent. Ego ipſe d. allegat. 60. num. 33. & d. cap. 2. num. 21. Caſtr. Palao d. §. 5. num. 1.

9. Prioratus Regulares habentes curam animarum ſolitos commendari Regularibus concurſu non conferri, dicit Garc. d. cap. 2. num. 199. quem refero d. allegat. 60. num. 34. & d. cap. 2. num. 22. quibus addo Caſtro Palao dict. §. 5. num. 12. Ioan. de Solorzano de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 17. num. 21.

10. Eccleſiam Parochialem, quæ eſt Regularis actu, licèt habitu prætendatur ſecularis, & eſt ſolita commendari, quamuis habeat curam animarum, non eſſe ſubiectam huic decreto, neque requiri in ea concurſum dum confertur, tenet Aldan. d. tit. 9. num. 6. atteſtans ſic fuiſſe deciſum in Tudertina 3. Auguſti 1600.

11. Parochiales, quæ de menſa nuncupantur, & ſpectant ad Abbatiam Balnei Camaldulen, & ab ipſo Abbate cõferri conſueuerunt ſecularibus in titulum perpetuæ vicariæ, non ſubiacere concurſui ab ipſo Epiſcopo Burgi S. Sepulchri vti viciniori inſtituendo aſſerit Aldan. d. tit. 9.
☞ numer. 7. vbi refert ita fuiſſe reſolutum ſub die 15. Nouembris 1601.

12. Abbatiam, cui vnita eſt Parochialis Eccleſia, concurſu non conferri, dummodo hæc vnio auctoritate Sedis Apoſtol. ac perpetuò, & acceſſoriè facta ſit, refert deciſum Garc. dicto part. 9. cap. 2. num. 195.

13. Curam animarum, quæ in Eccleſia Collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios, concurſu non conferri aſſerunt Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 8. quæſt. 9. num. 94. Proſp. de Auguſtino in addit. ad Quarant. in ſumma Bullarij verb. benefic. Paroch. collat. quæſt. 3. verſ. quorum primus eſt, Gonzal. d. gloſſ. 6. num. 158. Vgolin. de offic. Epiſcopi, cap. 50. §. 3. in fine, Aloyſ. Ricc. in d. praxi reſol. 358. verſ. quarto, & in deciſ. curiæ Archiepiſcop. Neapolit. deciſ. 370. numero 1. part. 4. Ego ipſe dict. allegat. 60. numero 30. & dict. cap. 2. num. 26.

14. Beneficia curam animarum habentia, quæ verè ſunt dignitates, concurſui non ſubiacere, refert deciſum Garc. in addit. ad tract. de benefic. part. 9. cap. 2. num. 196.

15. Dignitatem habentem curam animarum in Eccleſijs Collegiatis concurſu non conferri, nec in illa examen eſſe neceſſarium, quale requiritur in Parochialibus, referunt deciſum Gonzal. d. gloſſ. 6. num. 162. Piaſec. d. part. 2. cap. 5. num. 18. in fine, Galet. in margarita caſuum conſcient. verb. beneficium pag. 24. & verb. Canonicus, vltim. Garc. d. part. 9. c. 2. num. 195. Maſſobr. d. prælud. 3. dub. 3. à num. 38. Borgnin. Caualc. deciſ. 17. num. 18. part. 2. Ego ipſe d. alleg. 60. nu. 28. & 29. & d. cap. 2. num. 27. & fuit dictum in Cremonen. Præpoſituræ 25. Februarij 1622. coram bonæ mem. Vbaldo, vbi etiam habetur hoc procedere in dignitatibus Eccleſiarum collegiatarum actu, non autem habita tantùm, vt in Tudertina Prioratus 17. Nouembris 1589. coram Orano, vbi dicitur quod hoc caſu attenditur actus, non verò habitus, per gloſſ. notabilem in cap. licet canon. de elect. lib. 6. vbi quòd ſi Collegium eſſe deſinat per mortem Canonicorum, debent ſubſtitui alij, & quod ius Collegij remanet etiam in vno donec fuerit auctoritate ſuperioris deſtructum, Barbat. conſil. 74. numero 1. & ſeqq. inter conſilia Alexand. libro 4. & ipſe Alexand. ei ſubſcribens conſil. ſeqq. numero 34. in quibus terminis loquitur dicta deciſio in Tudertina Prioratus, & quod ibi præſupponitur quòd Prioratus, de quo agebatur, mutaſſet ſtatum, & quòd in Bullis Pontificum enuntiaretur non Conuentualis, & ſic quòd deſierat eſſe Conuentualis auctoritate Summi Pontiſ. ſecus autem ſi Eccleſia non amiſit collegialitatem auctoritate Pontificis, quia tunc ſufficit habitus tantùm ad hoc vt dignitas habens curam animarum in ea exiſtens non conferatur per concurſum, ex adductis per Franc. in dict. cap. licet canon, numero 2. verſ. quoad difficultatem, & ibi Archid. ſub numero 2. de elect. libro 6. Mandoſ. ad reg. 3. Cancel. quæſtione 3. ſub numero 3.

Vicaria perpetua Parochiæ vnita concurſu non confertur, ſed ſolùm ad nominationem, ſeu præſentationem illius, cuius Dignitati, vel beneficio Parochialis eſt vnita, & annexa, deputandus, & inſtituendus eſt Vicarius cum Ordinarij, ſeu eius Vicarij præuio examine & approbatione, vt habetur in Conſtit. Pij V. incip. Ad exequendum Paſtoralis officij debitum, ſub dat. Kal. Nouembris 1567. Ita Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. §. 3. num. 53. & 54. Garc. d. part. 9. cap. 2. num. 292. Aloyſ. Ricc. in d. praxi reſol. 358. num. 1. verſ. ſecundo, Vgolin. d. cap. 50. §. 3. verſ. octauo, Filliuc. d. tom. 3. tract. 41. cap. 4. num. 147. Lotter. de re benefic. tom. 1. lib. 2. quæſt. 31. num. 21. Caualer. deciſ. 595. num. 4. & deciſ. 599. num. 1. Rot. deciſ. 102. nu. 1. part. 1. recent. & deciſ. 579. num. 4. & deciſ. 710. num. 2. part. 2. recent. & in Dertuſen. Vicariæ 28. Nouembris 1616. coram bonæ mem. Vbaldo, & in Barchinonen. Vicariæ 17. Maij 1624. coram R. P. D. Merlino, Buratt. deciſ. 214. num. 1. & deciſ. 303. num. 10. & deciſ. 931. num. 1. & 2. Vnde Vicarios perpetuos in Parochialibus Capitulo vnitis non eſſe præuio curſu inſtituendos refert deciſum Garc. in addit. ad ſuum tract. de benefic. part. 9. cap. 2. num. 294. Hinc prouenit, vt manutenendus Epiſcopus non ſit in quaſi poſſeſſione liberè conferendi per concurſum vicariam perpetuam Capitulo vnitam cum facultate Vicarium nominandi, nulla expectata electione, vel nominatione, vt per Ludouic. Poſt. in tract. mandati de manutenendo, obſeru. 45. num. 45. num. 36. & Rotam apud ipſum deciſ. 186. nu. 3. nam quando Eccleſia Parochialis eſt ſubiecta monaſterio, aut annexa, vel de menſa, tunc non eſt locus huic Concilij decreto, ſed monaſterium nominat, Epiſcopus vero ſine concurſu approbat, Rota deciſ. 99. à num. 1. apud Farin. part. 1. in poſthum. 16.

Verùm ſi nondum exercitium, ſed cura totalis, actualis ſcilicet, & habitualis in Vicarium transferatur, tunc eius vicariam concurſu conferendam eſſe reſoluit Lotter. dict. quæſtione 31. numer. 22. & cenſuit Rot. deciſ. 579. & 710. part. 2. recent. & coram Buratto deciſ. 214. numer. 2. Præſumitur autem totalis cura in Vicariũ tranſlata quando certa portio, ſeu congrua aſſignantur Rectori Eccleſiæ cæteris fructibus remanentibus penes Vicarium, ſicut per contrarium vbi certa portio, ſeu congrua aſſignatur Vicario, cura beneficij vniti dicitur tranſlata in Rectorem Eccleſiæ, cui fit vnio, & ſolum nudum exercitium remanet penes Vicarium, ex adductis per Caputaquen. deciſ. 339. num. 2. verſ. ratio eſt, p. 3. Caualer. d. deciſ. 595. num. 2. Rot. in d. Dertuſen. Vicariæ coram bonæ mem. Vbaldo, & in d. Barchinonen. Vicariæ coram R. P. D. Merlino. Buratt. d. deciſ. 214. num. 4. 17.

β Etiamſi cura Eccleſiæ, vel Epiſcopo incumbere dicatur.] Vide Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 5. num. 158. & ſeq. Maſſobr. in d. praxi requiſ. 1. dub. 7. à princip.

γ In Eccleſiis patrimonialibus.] Quænam ſint, tradunt Mil. in ſuo repertor. verb. beneficium patrimoniale. Hoied. de incompatilibus benefic. part. 1. cap. 24. num. 85. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 9. §. 1. Maſſobr. in d. praxi prælud. 4. 18.

δ Seu receptiuis.] Quæ ſic dicantur, oſtendunt Gonzal. d. gloſſ. 9. §. 3. Garc. de benefic. part. 5. cap. 2. num. 517. Maſſobr. in d. praxi prælud. 5. 19.

ε Vni, vel pluribus curam animarum dare, &c.] Hoc non intelligi de Canonicis Cathedralis, vel Collegiatæ Eccleſiæ, quibus cura animarum incumbit, & per quos ipſa cura animarum exercetur, referunt deciſum Garc. d. part. 9. cap. 2. nu. 179. Vgolin. d. cap. 50. §. 3. in fine, Aloyſ. Ricc. in d. praxi reſolut. 358. verſ. quarto, & in deciſ. curiæ Archiep. Neapolit. deciſ. 370. part. 4. Maſſobr. d. requiſ. 1. dub. 7. num. 6. Ego ipſe d. allegat. 60. num. 30. 20.

ζ Vel reſignationem.] Intelligi de reſignatione ſimpliciter facta, & non de ea, quæ fit in fauorem in manibus Papæ, in qua examen per concurſum fieri non debere, tenent Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 1. quæſt. 7. num. 7. Gutier. canon. lib. 2. c. 11. Zerol. in praxi Epiſcop. part. 1. verb. Parochia, §. 2. dub. 5. & 6. Leſſ. de iuſtit. lib. 2. cap. 34. numer 84. Aloyſ. Ricc. in d. praxi deciſ. 416. in 1. edit. alias reſol. 351. verſ. amplia quintò, & reſol. 353. Proſper de Auguſtino in addit. ad Quarant. in ſumma Bullarij, verb. benefic. Paroch. collat. q. 3. verſic. tertius, Gonzal. dict. gloſſ. 6. num. 121. & 122. Mareſcot. var. reſolut. lib. 1. cap. 52. num. 6. Vgolin. d. cap. 50. §. 3.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§.3. *verſ. ſecundo*, Maſſobr. *in d. praxi requiſ.13. dub.3.* Ego ipſe *d.allegat.60. num.21.* Et addit Gonzal. *citato loco* reſignatarium prouiſum à Papa, vel mandatum de prouidendo in forma *Digni* obtinentem, examinari dumtaxat debere abſque concurſu, & approbari ſi idoneus repertus fuerit ad curam animarum, ſiue reſignatarius ſit præſens in Curia, ſiue abſens in partibus.

22. Parochialis Eccleſiæ reſignatio cùm ſit in manibus Sanctiſſimi, quia tunc non dicitur vacare antequam alteri acquiratur, nec in ea poteſt ſtatim deputari Vicarius, non eſt neceſſarium examen per concurſum, ſed ſatis eſt reſignatarium ab examinatoribus in Synodo deputatis ſimul cum Ordinario probari idoneum, vt refert deciſum Garc. *d.part.9. cap.2.num.159.*

23. Ordinarius, cui directæ ſunt litteræ Apoſtol. reſignationis Parochialis in forma *Dignum*, poteſt procedere ad illarum executionem, ſtante quòd reſignatarius primò & ſecundò examinatus, non fuit approbatus ab examinatoribus, dummodo tamen intra ſex menſes à die datæ litterarum examen ſubierit, ita Aldan. *d.tit.9. numer.15.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in nullius 2. Decembris 1628.*

24. Ad examen concurſus Parochialium in manibus Epiſcopi reſignatarum non poteſt ille admittere conſanguineos, vel familiares tam ſuos, quàm reſignantium ex Bulla Pij V. anno eius 3. *Kalendis Aprilis*, vt refert deciſum Garc. *d.p.9. cap.2.num.211.*

25. In permutationibus Eccleſiarum Parochialium non requiritur examen per concurſum, ſi tamen adſit magna inæqualitas numeri Parochianorum, vel permutantes non fuiſſent examinati eo tempore, quo Parochiales adepti ſunt, tunc illi examinandi ſunt, ſed abſque concurſu; ſed ſi fiat permutatio cum beneficio ſimplici, erit neceſſarium examen, ſed non per concurſum, vide Læl. Zech. *de republic. Eccleſiaſt. cap.28. de Parocho, numer.6.* Flamin. Pariſ. *dict. libro 8. quæſt.9. numer.95.* Vgolin. *dict. cap.50. §.3. verſ. ſeptimo*, Garc. *d. part.9. cap.2.nu.165.* Leſſ. *d.cap.34.dub.16.* Aloyſ.Ricc. *in d. praxi deciſ.419. in 1. edit.* aliàs *reſol.356. in 2.edit.* Filliuc. *d.tract.41. de benefic.cap.4.nu.137.* Ego ipſe *d.allegat.60.num.23. & d.cap.2.num.23.*

26. *n Etiam in Curia.*] Vide *ſuprà* dicta *in verſic. Parochialem vacantem in Curia.* Vacare in Curia, & vacare apud Sedem in quo differant, notant Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.13. num.32.* & Ioan. à Cochier *ibidem gloſſ.6. numer.4.* Ego ipſe *de officio, & poteſt.Epiſcopi, part.3.allegatione 57. numer.24.*

27. *θ Etiamſi ipſa Parochialis Eccleſia reſeruata, vel affecta,* &c.] Concurſum fieri debere in vacatione Parochialis Eccleſiæ, etiamſi reſeruata ſit, vel affecta generaliter, aut ſpecialiter, reſoluunt Læl. Zech. *de republ. Eccleſ.cap.28. de Parocho, num.6.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verb. Parochus, §.2. dub.4. &* 10. Mareſcot. *var. reſol. lib.1. cap.52. num.2.* Aloyſ.Ricc. *in d.praxi reſol.352. verſ.amplia tertiò, in 2.edit.* Filliuc. *d.to.2. tract.41. nu.141.* Ego ipſe *d.c.2.nu.14.*

28. In beneficijs Curatis reſeruatis Sedi Apoſtol. & quibuſuis alijs etiam ex antiqua conſuetudine ordinarios proponere edicta concurſus, & à Sede Apoſtol. prouiſionem fieri approbato ab examinatoribus in Synodo diœceſana deputatis, referunt deciſum Anaſtaſ. Germon. *de indultis Cardinal. §.quibuſuis, num.17.* Flamin. Pariſ. *de reſignat.benefic. lib.10. quæſt.7. nu.12.* Gonzal. *dict. gloſſ.6. num.12.* Garc. *d.part.9. cap.2.num.154.* Salgado *de protect. Regia tom.1. part.3 cap.9.num.98.* Ego *d.cap.2.num.14. prope fin.*

29. *ι Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſeu Abbatum,* &c.] Procedere diſpoſitionem huius decreti etiam in Parochiali reſeruata, vel affecta ſpecialiter vigore indulti, ſeu priuilegij in fauorem S. R. E. Cardinalium, ſeu Abbatum, vel Capitulorum, reſoluunt Aloyſ.Ricc. *in d.praxi reſol.351. verſ.amplia quartò*, Maſſobr. *in d.praxi prælud.26. num.23. & 24.* Rot. *deciſ.48.num.1. part.1. diuerſ.* Ego ipſe *d. cap.2 ſub num.14.*

30. *κ Debeat Epiſcopus ſtatim,* &c.] Deputationem Vicarij cum congrua eſſe de forma concurſus, & Ordinarium poſſe in huiuſmodi Vicarios deputare alios viciniores Parochos, vel alios etiam hebdomadarios, vel diurnos, nec ceſſationem congruæ facere ceſſare obligationem deputationis Vicarij poſt Garc. reſoluit Maſſobr. *in d.praxi req.1. dub 1.* quem refero *d.cap.2.num.31.*

31. Deputationem Vicarij donec prouideatur de Rectore, ſpectare ſemper ad Epiſcopum, in cuius diœceſi Parochialis eſt, deciſum refert Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ lib.1. tit.18. l.7. de Epiſcopis, num.86.*

32. Inferiores, qui non habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem cum facultate congregandi Synodum, non poſſe conſtituere Vicarium reſoluunt Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.2. cap.18. num.52.* Garc. *d.part.9. cap.2. num.8.* Maſſobr. *in d.praxi requiſ.1. dub.8. & 11.* Ego ipſe *d. alleg.60. num.3. & 4. & cap.2.num.34.*

33. Vicarium conſtituere tempore vacationis ad cuſtodiam Parochialis vacantis, licèt ſpectet ad ipſum Epiſcopum, tamen in caſibus repentinis ſi vicaria eſt ad præſentationem alicuius Collegij, illum poteſt conſtituere quamprimum donec Epiſcopus certior ſit factus, & prouiderit, ita refert deciſum Garc. *d.part.9. cap.2.num.11.*

34. Nominatio Vicariorum ad beneficiatos pertinet, hoc eſt, ad eos, ad quos beneficia ſpectant, ad quam nominationem poterit Epiſcopus præfigere terminum decem dierum, & Ordinarij, vel eius Vicarij approbatio præuio examine neceſſaria eſt, ex Bulla Pij V. *Ad exequendum*, ita refert deciſum Garc. *d.part.9. cap.2.num.294.*

35. Conſuetudo à tempore, cuius initij non eſt memoria qua Parochi Eccleſias Parochiales pro tempore vacantes optant, non eſt ſublata per Concil. & in illis parochialibus, quæ optantur, nõ eſt neceſſarium examen per concurſum, ita refert deciſum Garc. *d.p.9.c.2.num.165.*

36. Commendæ, quæ ad ſex menſes in Eccleſijs Curatis fieri poterant ab Ordinarijs, ex *cap.nemo, de elect. in 6.* ampliùs poſt Concilium locum non habent, cùm debeat in eis deputari Vicarius iuxta formam huius decreti, vt refert deciſum Garc. *de benefic. part.4. cap.4. num.15.*

37. ** Statim.*] Poſſe Epiſcopum differre conſtitutionem Vicarij vſque ad tres dies à die notitiæ vacationis, non autem vlteriùs, aſſerit Maſſobr. *d.requiſ.1. dub.13.* quem refero *d.cap.2. num.34.*

38. *λ Habita notitia vacationis,* &c.] Vicarium cum congrua eſſe conſtituendum in qualibet Parochiali vacante, ſiue de iure, & de facto, ſiue de facto tantùm, & ſiue per obitum, ſiue per ſimplicem reſignationem, vel priuationem vacent, reſoluit Maſſobr. *in d. praxi requiſ.1. dub.2.*

39. *μ Si opus fuerit.*] Hæc verba eò tendunt, quia in eadem Eccleſia poſſunt adeſſe alij miniſtri Sacramentorum, qui interea curam quoque illam, quæ ad defunctum ſpectabat, exercerent, vel aliqui vicini Parochi libenter idem præſtarent, aut alij ſimiles caſus eueniret, quibus appareret non eſſe opus conſtituere alium Vicarium, ita refert deciſum Garc. *d.part.9.cap.2.num.13.* vbi aduertit Ordinarium omni diligentia vti debere vt aliquem inueniat, qui velit, & poſſit hoc munus obire, qui ſi reperiri nequiuerit ſaltem illud curet vt aliqui mercenarij diurni, vel hebdomadarij, aut vicini Parochi curam animarum interea exerceant.

40. *ν Idoneum in ea Vicarium,* &c.] Vicarium deputandum cum congrua, dummodo aliàs ſit idoneus, non eſſe neceſſariò examinandum, tenet Maſſobr. *in d praxi requiſ.1. dub.12.*

41. In Eccleſijs Baptiſmalibus licèt non ſit ponendus cõcurſus, Vicarium tamen cum congrua eſſe deputandum, reſoluit Maſſobr. *d.requiſ.1. dub.14.*

42. *ξ Cum congrua,* &c.] Congruam portionem aſſignandam Vicario eſſe arbitrariam Epiſcopo, penſata qualitate perſonæ, beneficij, & loci, referunt deciſum Garc. *d.part.9.cap.2.num.15.* & Maſſobr. *d requiſ.1. dub.25.*

43. Et poſſe eſſe duorum aureorum ſingulis menſibus, aſſerunt Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb Vicarius* 8. Campan. *in diuerſorio iuris canon, rub.7. cap.6. num.116. in fine*, quos refero *d cap.2.num.35.*

44. *ο Donec ei de Rectore prouideatur.*] Vicarium ſemel conſtitutum cum congrua non poſſe remoueri ſine cauſa, quia Epiſcopus non retractat quod ſemel exequutus eſt pro exequutione Concilij, tenet Maſſobr. *d.requiſ.1. dub.26.* vbi *dub.27.* reſoluit quod ſi Vicarius conſtitutus cum congrua ſubeat examen, & eligatur tanquam magis idoneus

neus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

neus, debet ſe retrahere à proſequutione exercitij curæ, & adminiſtratione bonorum, alioquin incurret pœnam *cap. auaritia, de elect. in 6.* refero Ego ipſe *d. c. 2. num. 36.*

45. *π Porrò Epiſcopus*, &c.] Inferiores Epiſcopo, qui non habent iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ac ius congregandi Synodum, & legitimè conſtet illam congregaſſe, examinatoreſque in ea elegiſſe, quamuis habeant ius conferendi, concurſus ac cætera omnia in hoc decreto contenta facere non poſſe reſoluunt Læl. Zech. *de repub. Eccleſ. cap. 28. de Parocho num. 6.* Anastaſ. Germon. *de indultis Cardin. §. quibuſuis, ad fin.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſic. lib. 8. quæſt. 9. num. 96.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi deciſ. 424. in 1. edit.* aliàs *reſol. 361. in 2. edit.* & nouiſſimè *part. 4. reſol. 75.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 1. dub. 11. & 21. & requiſ. 2. dub. 4.* quos refero *d. cap. 2. num. 38.* addo Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſput. 9. quæſt 20. num. 1. & 2.*

46. Commendatarius Abbatiæ habentis iura Epiſcopalia poteſt coram ſe, vel ſuo Vicario de Curatis vacantibus concurſum facere, ſi modo habeat ius congregandi Synodum, & eligendi examinatores, ita refert deciſum Garc. *d. p. 9. cap. 2. num. 136.* Aloyſ. Ricc. *d. reſolut. 361. in fine.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 3. diſp. 9. quæſt. 20. nu. 1.*

Commendatarius Abbatiæ exemptæ exiſtentis intra fines alicuius diœceſis, & habens iura quaſi Epiſcopalia, non poteſt facere concurſum beneficiorum Curatorum, ſed hoc ſpectat ad Epiſcopum, in cuius diœceſi eſt Abbatia, qui electo magis idoneo mittet eundem ad Commendatarium pro collatione, refert deciſum Garc. *d. p. 9. cap. 2. num. 123. & ſeq.*

Commendatarij Abbates, & alij inferiores Epiſcopo, qui omnimodam habent iuriſdictionem Epiſcopalem, nec alicui ſubſunt, ſed ſunt immediatè ſubiecti Sedi Apoſt. nullius diœceſis proprium territorium habentes, ſi habeant ius congregandi Synodum, & legitimè conſtet illam congregaſſe, & elegiſſe examinatores, poſſunt concurſum inſtituere, examinare, approbare, omniaque illa facere, quæ continentur hoc decreto. Ita refert deciſum Aldan. *d. tit. 9. num. 27.*

47. Concurſum inſtituere, & reliqua efficere poſſunt, quę hoc decreto præſcribuntur, inferiores Epiſcopo omnimodam habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, neminique præterquam Sedi Apoſt. & equidem immediatè ſubiecti, quique nullius ſunt dięceſis, ſed proprium habent territorium, & ius congregandi Synodum, dummodo conſtet etiam Synodum aliàs legitimè congregaſſe, & in ea examinatores deputaſſe. Ita Aldan. *d. tit. 9. nu. 28.* vbi refert ſic fuiſſe reſolutum *in Foroſempronen. 18. Martij* 1591.

48. Concurſum inſtituere, & examinare promouendos ad Parochiales exiſtentes intra fines Abbatis nullius dięceſis, ſpectat ad Epiſcopum, intra cuius fines exiſtit Abbas, iuxta *cap. 1. ſeſſ. 23.* & ſi id non conſtet, ad viciniorem, vt addidit Pius V. tantùm limitando, niſi qui Prælatus eſt nullius, habeat ius congregandi Synodum, quia tunc poſſet in ea deputare examinatores ſynodales, pro vt Concilium requirit, ita Aldan. *d. tit. 9. num. 30.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in cauſa Caſtri Durantis vlt. Aprilis* 1611. refero Ego ipſe *d. cap. 2. ſub num. 39.* in vlt. impreſſ.

49. Abbatia ſi ſit nullius diœceſis, & Commendatarius habeat ius congregandi Synodum, & legitimè conſtet illam congregaſſe, elegiſſeque examinatores in Synodo, poterit concurſum inſtituere, eligere, ponere œconomos, aliaque peragere, quæ habentur in hoc decreto, ita refert deciſum *in cauſa Abbatiæ Farfen.* Aldan. *d. nu. 30.*

50. Abbati habenti iura quaſi Epiſcopalia non licet concurſum facere niſi probetur ius habere congregandi Synodum, & aliàs legitimè congregraſſe, refert deciſum Garc. *d. p. 9. cap. 2. num. 131.*

51. Abbas ob id, quòd ius conferendi aliquam Parochialem habet in eius vacatione, nullum examinis edictum proponere poteſt, nec illius officij partem aliquam attingere, ſed id pertinet ad Ordinarium, qui debet ipſe proponere edicta, & examinatores ex Concilij præſcripto deputatos adhibere, à quibus omnes iſtiuſmodi concurſu examinentur, quo examine confecto ex ijs, quos vitæ integritas, & doctrina commendabit, Ordinarius debet eligere magis idoneos, ac poſtea Abbati relinquere, vt ex electis, cui maluerit, curam conferat, ita refert deciſum Garc. *d. part. 9. cap. 2. num. 149.*

Beneficium Curatum vnius diœceſis quando confer- 52.
tur ab Ordinario alterius diœceſis vbi illud ſitum eſt, debet edicta proponere Ordinarius loci vbi exiſtit, & ibidem examen erit peragendum, & poſtea collatio fiet ab Ordinario ad quem ſpectat, ita refert deciſum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 10. num. 31.*

Inferior ſi haberet pręuentionem cum Ordinario, de- 53.
bet habita notitia vacationis Parochialis coram Notario declarare ſe velle dictam Parochiam conferre, & ideo rogare Epiſcopum vt proponat edicta, & hac ratione tuebitur ius ſuæ præuentionis, ita atteſtantur reſolutum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 2. prooem. num. 17.* Garc. *d. p. 9. cap. 2. num. 125.*

Epiſcopus manutenendus eſt in ſua quaſi poſſeſſione 54.
inſtituendi donec inferior coram iudice competente legitimè probauerit ius cogendi Synodum habere, aliàs coegiſſe, in eaque examinatores ad præſcriptam Concilij formam hoc decreto deputaſſe, vt per Aldan. *d. tit. 9. num. 19.* vbi refert deciſum *ſub die 17. Ianuarij 1585. & 4. Auguſti* 1594.

Epiſcopus Foroſempronien. vti vicinior manutenendus eſt in ſua quaſi poſſeſſione concurſus inſtituendi in vacationibus Eccleſiarum Parochialium della Rauignana, & iuris præeligendi magis idoneos ex approbatis in eiſdem concurſibus donec Abbas Claſſen. legitimè probauerit habere ius congregandi Synodum, aliaſque coegiſſe, & in ea examinatores ad præſcriptum Concilij in præſenti deputaſſe. Ego ipſe *d. c. 2. num. 39.* vbi refero ſic fuiſſe reſolutum *in Foroſempronien. 2. Decembris* 1628.

*ρ Intra decem dies.*] Edictum eſſe proponendum intra 55.
decem dies ex hoc cap. colligit Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 2. dub. 6.* quem refero *d. cap. 2. num. 40.* & totidem remanere debet affixum ad valuas Eccleſiæ, Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. Parochia,* quem refero *d. alleg. 60. num. 45. & d. cap. 2. num. 40.* licèt *ibidem* minimè legatur, Garc. *d. p. 9. c. 2. num. 42. & 43.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 2. dub. 7.*

Et non poſſe apponi cum maiori termino viginti die- 56.
rum ex Bulla Pij V. incip. *In conferendis,* colligunt Zerol. *d. verb. Parochia §. 2. dub. 3.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol. 364. nu. 2.* Garc. *d. p. 9. cap. 2. num. 46. & 47.* Læl. Zech. *d. c. 28. de Parocho ſub nu. 6.* Maſſobr. *d. requiſ. 2. dub. 8.* Salgado *de protect. Regia tom. 1. p. 3. cap. 9. num. 53. & 57.*

Terminus decem, vel viginti dierum ad nominan- 57.
dum idoneos clericos coram deputatis examinatoribus præfixus, non currit à die habitæ notitiæ vacationis Eccleſiæ, ſed poteſt ab Epiſcopo quandocunque aſſignari infra tempus electioni magis idonei præſcriptum, ita refert deciſum Aldan. *d. tit. 9. num. 21.*

Vnde eueniente vacatione Eccleſię Parochialis poſſe 58.
Epiſcopum intra quatuor, vel ſex menſes reſpectiuè à die vacationis apponere edictum pro concurſu Parochialis, dixi *d. cap. 2. ſub num. 40.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Tiburtina 28. Aprilis* 1629.

*σ Idoneos aliquot clericos*, &c.] Parochiali Eccleſia va- 59.
cante non eſt ſatis eum quem Epiſcopus idoneum iudicat, proponere examinandum abſque alio concurſu, ſed tenetur Epiſcopus plures examinatoribus nominare, & alios etiam ab alijs nominatos admittere, ſicque examen per concurſum omnino facere, prout in Bulla Pij V. ſtatuitur, exceptis illis caſibus, in quibus ex præſenti decreto *in verſ. ſi tamen adeò*, permittitur poſſe omitti examen per concurſum, ſi Epiſcopus pro ſua conſcientia cum conſilio deputatorum ita expedire arbitrabitur, refert deciſum Garc. *d. p. 9. cap. 2. num. 100.*

Epiſcopus poteſt occurrente vacatione beneficij Cu- 60.
rati vocare, & admittere ad concurſum habentem aliud beneficium Curatum, ſed non poteſt ſine concurſu, licèt obtinuerit ille beneficium, quod poſſidet per concurſum, & poſtquam vacauerit adepto poſſeſſione alterius beneficij Curati poterit Epiſcopus ponere edicta per concurſum, refert deciſum Garc. *d. p. 9. c. 2. num. 208.*

Regulares clerici etiam Ordinum Militarium ad 61.
concurſum Parochialium admittendi non ſunt, refert

deci-

deciſum Garc. *de beneſic. part.7. cap.10. numer.32.*

62. Monoculus diſpenſatus ad Ordines ſuſcipiendos poteſt admitti ad concurſum, vt per Aldan. *d.tit.9.num.23.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *ſub die 17. Martij* 1619.

63. Epiſcopum non poſſe ſtatuere, ſeu limitare certum numerum perſonarum ad concurrendum in concurſu Parochialium tenet Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p.4. deciſ.31.*

64. *τ Per edictum etiam publicum*, &c.] Edicta concurſus proponere debent Ordinarij in beneficijs Curatis reſeruatis Sedi Apoſt. vacantibus per obitum, puta in menſibus reſeruatis, & à Sede Apoſt. prouiſio facienda eſt approbato ab examinatoribus in Synodo diœceſana deputatis ſi fidem approbationis habet ab Ordinario, ita refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. part.2. cap.5. numero 17.*

65. Edictum huiuſmodi apponi debet ab Ordinario loci, vbi exiſtit beneficium, & ibidem examen eſt peragendum, etiamſi beneficium ab Ordinario alterius diœceſis ſit conferendum, vt per Flamin. Pariſ. *de reſignat. beneſic. lib.8. quæſt.9. num.*102. Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.10.nu.31.* Nouarr. *in ſingul. iuris canon. ſin.82.num.2.* Ego ipſe *d. alleg.60. num.44. & d. cap.2. num.41.* In quo edicto apponenda eſt dies propoſiti concurſus, Seraph. *deciſ.*1148. Maſſobr. *d. requiſ.2. dub.10.*

66. De ſubſtantia & forma concurſus Parochialium eſſe huiuſmodi edictum apponi, reſoluunt Læl. Zech. *de republ. eccleſ. cap.28. de Parocho, num.6.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.364.* Zerol. *d. verb. Parochia, §.2. dub.2.* Nouar. *d. concluſ.82. num.2.* Ego ipſe *d. alleg 60. num.43.* & me citato in illo loco Maſſobr. *d. requiſ.1. dub.3.* vbi intelligit quando Concilium Prouinciale hoc ſtatuit.

Contra Nauarr. *conſil.4. de præbend.* Garc. *d. cap 2. nu.38.* Salgado *d. cap.9. num.50.* exiſtimantes collationem nullam non reddi ex omiſſione edicti.

67. Tempus, quo debet eſſe affixum edictum, eſſe arbitrarium Epiſcopo, modò non excedat viginti dies, aſſerunt Garc. *d.p.9. cap.2.nu.50.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ.2. dub.9.*

68. Edictum aliud concurſus non eſt proponendum, ſed ille, qui comparuerit, examini eſt ſubijciendus, & ſi idoneus repertus fuerit, eidem beneficium eſt conferendum, niſi ij qui deſcripti ſunt, excuſent ſe legitimo impedimento detineri, quominus valeant ad concurſum accedere, tunc enim poterit Epiſcopus legitimè terminum prorogare, ita refert deciſum Garc. *d. part.9. cap.2. num.215.* Maſſobr. *d. requiſit.3. dub.7.*

69. Si intra terminum edicti vnus ſolùm comparuerit ad concurſum Parochialis, qui nolit ſe examini ſubijcere, nec Parochiam curet obtinere, ab Epiſcopo aſſignandum eſt aliud edictum, ruſuſque vocandi oppoſitores, ita refert deciſum Garc. *d.p.9. cap.2. num.219.*

70. Quando nullus comparuit, aut certe nullus ex comparentibus vult ſubire examen, Epiſcopus aſſignare debebit aliud tempus, ſiue edictum, & ſi adhuc nemo comparet, vel aliàs nemo idoneus reperitur, tunc poterit Parochialis abſque concurſu conferri, ita referunt deciſum Garc. *d. cap.2. num.210.* Maſſobr. *dict. requiſ.3. dub.9.* Filliuc. *d. tract.41. c.4. num.152.*

71. *υ Tranſacto conſtituto tempore*, &c.] Ante lapſum terminum edictorum nullum eſſe examen & concurſum factum, reſoluunt Garc. *d. p.9. cap.2. num.326. cum ſeqq.* Salgad. *d. cap.9 num.64.* Aldan. *d. tit.9. num.17.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Potent. 4. Maij* 1619.

72. Termino decem, vel ad ſummum viginti dierum elapſo, nullum eſſe admittendum, aſſerunt Seraphin. *deciſ.1148. num.4.* Aloyſ. Ricc. *d. reſol.364. num.2.* Nouar. *d. concluſ.82. num.4.* Ego ipſe *d. cap.2. num.43.*

73. Occurrente vacatione Parochialis prouidendæ in concurſu, ad quam infra terminum in edicto præfixum plures ſunt oppoſiti, ſi dicto termino elapſo alter ſuperueniat re integra, eſt vtique admittendus, ita referunt Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.9. §.1. nu.115.* Mareſcot. *var. reſol. lib.1. cap.52. num.59.* Garc. *d. part.9. cap.2. nu.206.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ.3. dub.2.* Ego ipſe *d. alleg.60. nu.46. & d. c.2. num.42.* vbi id intelligo quando iſte habuit iuſtam cauſam excuſationis, vel ratione ignorantiæ, vel abſentiæ, ſeu alterius impedimenti, ex Rotæ deciſione *in Firmana Parochialis 6. Martij 1597. coram Card. Pamphilio ſen.*

74. Vnde ſi quis non deſcriptus in tempore cõcurſui præfixo comparuerit, legitimo impedimento ceſſante, itaut potuerit nomen ſuum infra præſcriptum terminum deferre, & elapſo termino, examine nondum facto, ſeu re integra petat ſe ad concurſum admitti, non eſſe audiendum, dixi *d. cap.2. num.45.* aſſerens ita fuiſſe deciſum *ſub die 7. Iulij* 1625.

75. Examen ſtatim elapſo termino edicti poteſt per Epiſcopum inchoari, ſed non poteſt eadem die claudi vbi plures fuerunt deſcripti, quia ſunt expectandi, vel vocandi, alioquin vitiabitur concurſus ſi ex pluribus deſcriptis vnus, aut non omnes examinentur, & eis non expectatis claudatur concurſus, vt per Garc. *d. p.9. cap.2. numer.33.* Seraphin. *deciſ.1148. num.5.* Maſſobr. *dict. requiſ.3. dub.10.* quos refero *d. cap.2. num.46.*

*φ Omnes qui deſcripti fuerint*, &c.] Intelligi quatenus veniant ad examen, aliàs in poteſtate vnius eſſet nolle venire, impedireque ne vlterius procederetur, refert deciſum Garc. *d.p.9. cap.2. num.217.*

76. *χ Examinentur.*] Vnus tamen examinari poterit, & approbari, ſi ille ſolùm ad concurſum comparuerit intra terminum, nec opus eſt alio edicto, aut termini prorogatione, ita referunt deciſum Garc. *dict. p.9. cap.2. num.215.* Vgolin. *de offic. Epiſcop. cap.50. §.10. nu.4.* Filliuc. *d. tract.41. cap.4. num.151.* Maſſobr. *d. requiſ.3. dub.8.* Ego ipſe *d. allegat.60. num.51. & d. cap.2. num.50.*

77. *ψ Ab Epiſcopo, ſiue eo impedito, ab eius Vicario generali.*] Et etiam Epiſcopo non impedito poſſe fieri examen coram Vicario, quia hæc verba important tantùm quandam conuenientiam, tenent Garc. *d. p.9. cap.2. num.119.* quem refero Ego ipſe *d. alleg.60. num.41.* & me citato *in illo loco.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ.3. dub.3.*

78. *ω Atque ab alijs examinatoribus*, &c.] Synodalibus ſcilicet, concurſum enim, & examen factum cum examinatoribus non ſynodalibus eſſe nullum, & inualidum, & collationem deuolui ad Sedem Apoſt. referunt deciſum Garc. *d.p.9 cap.2. num.341.* Maſſobr. *d. requiſ.3. dub.5.*

79. *αα Non paucioribus quàm tribus.*] De forma eſſe vt examen fiat per concurſum in Parochialibus cum tribus examinatoribus ſynodalibus, concludit Maſſobr. *d. requiſit.3. dub.4.* etiamſi beneficium ſit modici valoris, vt refert deciſum Galet, *in margarita, verb. beneficium, pag.25. col.2.* Garc. *d. cap.2. num.53.*

80. Poſſunt tamen adhiberi in concurſu pluſquam tres examinatores, ſed non pauciores, referunt deciſum Garc. *de benef. part.5. cap.9. num.52.* Filliuc. *d. tract.41. cap.4. num.136.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ.12. dub.1.* Salgado *d. cap.9. num.66.* Lotter. *de re benef. lib.2. quæſt.31. num.65.* quos refero *d. cap.2. num.52.*

81. *ββ Quorum votis ſi pares*, &c.] Approbatus nemo cenſetur ſi ex tribus examinatoribus quilibet eorum vnum approbauerit, & alij duo approbatum ab altero reprobauerint, accedente Epiſcopo vni. Idem dicendum quando ſunt quinque examinatores, & quilibet eorum approbat vnum ex examinatis, & cæteri quatuor reprobant approbatum ab altero, Epiſcopo vni illorum accedente. Idem ſimiliter ſi vnus tantùm compareat ad ſe examinandum coram tribus examinatoribus, vno illorum approbante, cæteris reprobantibus, quia illi non poteſt accedere Epiſcopus, & examinatus dicitur reprobatus, ita refert deciſum Garc. *d.p.9. cap.2. num.60.*

82. Examinatores vt ſint tres, non ſtatuit præciſe Concil. ſed quòd non poſſint adeſſe pauciores quàm tres, ita quòd ſi tres ſint tantùm examinatores, vota non poſſint eſſe paria, ſed ſingularia, quando ſinguli ſingulos approbant, & tres examinatores debent adhiberi in Parochialibus etiam modici valoris, & ſatisfactum erit huic decreto ſi tertius examinator examinauerit, & ſit præſens in approbatione, licèt votum ſuum non expleuerit, ita refert deciſum Garc. *d.p.9. cap.2. num.53.*

83. *γγ Examinatores autem ſingulis annis*, &c.] Examinatores debere ſingulis annis proponi in Synodo ad minus ſex, & ab ea Synodo probari, eorumq; officiũ etiam

poſt

poſt annum ſuæ electionis non expirare aſſerunt Garc. *d.p.9. cap.2. num.73.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ.11. dub.1.* vbi *dub.5.* ait Concilium Trident. nullam formam præſcribere ſuper propoſitione examinatorum, Salgado *d. cap.9. nu.67.* Rota *in Seguntina Parochialis 15. Iunij* 1638. *coram R. P. D. Roias*, vbi quod deputatio examinatorum Synodalium aliter, quàm in Synodo Diœceſana fieri non poteſt.

84. Examinatores debere proponi nominatim, & non in genere, niſi proponerentur in genere, qui re vera tunc extarent, quia per huiuſmodi genericam expreſſionem haberetur etiam expreſſa perſona, tenent Garc. *dict. p.9. cap.2. num.139.* Filliuc. *d. tract.41. cap.4. num.157.* Salgado *d. cap.9. num.76.* Maſſobr. *d. requiſ.11. dub.3.* vbi *dub.7.* aſſerit ad hoc vt dicatur examinator probatus à Synodo, debere dimidiam partem ſuffragiorum ferre ab ijs, qui vocem habent in Synodo.

85. Examinatores ſynodales in Synodo ad ſummum viginti eligi poſſe, tenet Aldan. *d. tit.9. num.29.* atteſtans ita fuiſſe deciſum *in Cæſaraugustana 13. Martij* 1623.

86. Examinatores, non poſſe eligi ſub nomine dignitatis, ſed tantùm ſpecialem perſonam, refero deciſum in vna Sutrina *in meo tract. de officio & poteſtate Parochi, cap.2. numer.56. in fine.*

87. Iudicum ſynodalium nominationem ſpectare principaliter ad Epiſcopum, non tamen priuatiuè quoad Capitulum, dicit Aldan. *d. tit.9. num.30.* vbi refert ita deciſum *in Saonen. 18. Martij* 1628.

88. Examinatores, qui ab Epiſcopo propoſiti fuerint à Synodo tam per vota ſecreta, quàm aperta, poſſunt probari, & Epiſcopus eum modum in probatione ſeruari faciat, quem magis expedire iudicauerit, refert deciſum Piaſec. *in praxi Epiſcop. p.2. cap.2. num.4.*

89. Conſtitutio Pij V. *In conferendis* locum non habet, niſi in his diœceſibus, in quibus fuit coacta Synodus, & in eis iuxta formam huius decreti fuerunt deputati examinatores, refert deciſum Garc. *d.p.9. cap.2. num.4.*

90. Quibus autem conditionibus, & qualitatibus huiuſmodi examinatores clarere potiſſimum debeant, oſtendit Homobon. de Bonis *de humanæ vitæ ſtatibus, part.1. cap.13.*

91. Si ex ſex examinatoribus aliqui intra annum ſuæ electionis mortui fuerint, totam facultatem examinandi vnà cum Epiſcopo ad ſuperſtites, etiamſi vnus tantùm ſupereſſet, ſpectare deberi eo anno durante, ſed in locum demortuorum eligendos alios cum approbatione Capituli, referunt deciſum Garc. *d.p.9. cap.2. num.8.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ.12. dub.2.* Salgado *d. cap.9. num.70. cum ſeqq.* Ego ipſe *d. cap.2. num.57.*

92. Vicarium Capituli Sede vacante in locum examinatorum abſentium, vel defunctorum alios auctoritate Apoſt. ſufficere non poſſe, ſed curare debere vt elapſo anno alij in locum demortuorum ſufficiantur, ſeu eligantur in Synodo, alioquin pro legitimis non habentur qui ſupererunt, referunt deciſum Sbroz *in addit. ad ſuum tract. de officio vicar. lib.2. q.211.* Garc. etiam *in addit. ad ſuum tract. de benefic. p.9. cap.2. num.78.*

93. Examinatores Synodales quãdo omnes intra annum deputationis mortui fuerint, tunc Epiſcopus ex examinatoribus antiquis ſynodalibus, ſi fuerint, ſubroget alios non pauciores quàm ſex, & ſi non exiſtant ſex examinatores antiqui ſynodales, qui ad hunc numerum aſcendant, tunc Epiſcopus eligat illos, qui fuerint, & alios ſuppleat de nouo, approbatos tamen à Capitulo, vſque ad numeri præfati complementum. Verùm ſi nulli examinatores antiqui ſynodales ſuperſtites fuerint, tunc Epiſcopus nouos examinatores probitate, & ſcientia idoneos, qui a Capitulo approbati ſint, non pauciores dicto numero ſubſtituat. Et veniente vacatione cuiuſlibet parochialis Eccleſiæ Epiſcopus debebit ex prædictis examinatoribus eligere tres, qui cum eo examen iuxta hoc decretum perficiant; officium autem prædictorum omnium examinatorum ſubrogatorũ expirat cùm primùm aduenerit tempus nouam Synodum iuxta hoc decretum celebrandi, ita referunt deciſum Aldan. *d. tit.9. numer.31.* aſſerens ita fuiſſe declaratum de Ordine Clementis VIII. Garc. *d.p.9. cap.2. num.13.* Mareſcot. *var. reſol. lib.1. cap.32.* Salgado *d. cap.9. ex num.70.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ.12. dub.3.* Ego ipſe *d. cap.2. num.58* & cenſuit Rot. *in Panormitana Archipresbyteratus 3. Decembris* 1618. *coram bonæ mem. Buratto, & in eadem 5. Iunij* 1620. coram eodem inter eius impreſſas *deciſ.479. num.2.* vbi habetur Clementem VIII. ſpeciali conſtitutione conceſſiſſe Epiſcopis facultatem deputandi examinatores extra Synodum deficiẽtibus, vel impeditis ſynodalibus, dummodo infra annum à Synodo celebrata, & decreuiſſe quòd ſtatim lapſo anno talis facultas, & eorum auctoritas expirat.

94. Examinatores ſynodales durare donec alij in Synodo deputati fuerint, verùm ſi elapſo anno aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirare referunt deciſum Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. examinatores 1.* Garc. *in addit. ad d.p.9. cap.2. num.75.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſolut.361. in 2. edit.* Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Archiepiſcop. Neapol. cap.66. num 17.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ.12. dub.4. num.3.* vbi ſubdit locum non habere quando poſt annum ſuperſunt ſex adhuc.

95. Epiſcopus nouus, qui ex examinatoribus ſynodalibus antiquis omnes pręter vnum mortuos inuenit in diœceſi vbi iam congregata fuit Synodus, & deputati examinatores in ea, tenetur ad prouiſionem Parochialis nouam Synodum congregare, & examinatores eligere, & cum illis in concurſu Parochialem prouidere: quòd ſi non feciſſet, ſed iudices nominaſſet, vel cum ſolo illo viuente concurſum, & examen feciſſet, prouiſio non valeret, refert deciſum Garc. *d p.9. cap.2. num.82.*

96. Epiſcopus nõ excuſatur ſi poſt annum adhibeat examinatores ſuperſtites non extantibus ſex, etiamſi caperet prætextum quòd ipſe de nouo eſſet adeptus poſſeſſionem Epiſcopatus, cùm annus celebrandi Synodum non incipiat currere à die poſſeſſionis Epiſcopatus, ſed à die Synodi vltimo loco celebratæ, referunt deciſum Garc. *d.p.9. cap.2. num.92. & 93.* Maſſobr. *d. requiſ.12. dub.6.* & cenſuit Rot. *in d. Panormitana Archipresbyteratus 5. Iunij* 1620. coram bonæ mem. Buratto, inter illius impreſſas *deciſ.479.*

97. Non licet Epiſcopo auctoritate ordinaria ſibi aſſumere examinatores non ſynodales extraneos, qui ſuppleant, etiam in caſu non exiſtentium examinatorum ſynodalium numero ſufficientium ad concurſus faciendos, eo quia ob penuriam virorum habentium qualitates Doctoratus & ſimiles non potuerunt in Synodo diœceſana eligi, ita Ego ipſe *d. tract. de offic. & poteſt. Parochi, c.2. nu 62.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Vaſionen. 13. Nouembris* 1627.

98. Epiſcopo non licere ſubrogare, alios in locum examinatorum ſynodalium, qui per ſententiam de crimine ſimoniæ fuerunt condemnati, *ibidem.*

99. An in caſu concurſus, in quo non interfuerunt examinatores ſynodales, collatio beneficij deuoluatur ad Sedem Apoſt. vel potiùs eidem Epiſcopo liceat proponere nouum concurſum infra quatuor menſes ſibi de iure conceſſos, quæſtio dubia, in qua Ego ipſe *d. cap.2. num. 66.* refero S. Cong. Conc. nihil reſpondiſſe.

100. Concurſus, in quibus fuerunt adhibiti examinatores deputati in Synodis præcedentibus fuiſſe nullos, quatenus tamen prædicti examinatores in Synodo poſteriori non fuerint confirmati, aſſero Ego ipſe *d. cap.2. num.67.* referens ita fuiſſe deciſum *in Monopolitana 13. Iunij* 1630.

101. Epiſcopus, qui non conſtituit examinatores in Synodo, ſed ex ſe ipſo deputauit, vel quia priores erant mortui, vel quia nulla aderat facultas congregandi Synodum, nempe propter peſtem, nulliter prouidet de Parochialibus, licet quandoque Summus Pont. mandauerit iſtos tolerari, iniungendo vt quamprimum facta Synodo noui eligantur examinatores, & quòd prouiſi per concurſum cum examinatoribus ab Epiſcopo ſolo deputatis nouas prouiſiones impetrent, vel denuo legitimè examinati, & approbati ab Epiſcopo de eiſdem Parochialibus prouideantur ſi in menſibus ordinarij vacauerint, ita refert deciſum Garc. *in addit. ad d. part.9. cap.2. num.85.* & Ego ipſe *d. cap.2. num.68. & 69.*

Prouiſi

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Prouiſi de Parochialibus non ſeruata forma Concilij
ex eo quòd ob varias difficultates non potuiſſet cogi Sy-
nodus,nec deputari examinatores ſynodales, non ſunt
remouendi, at danda eſt facultas Epiſcopo deputandi
examinatores extra Synodum,illeque monendus & hor-
tandus, vt quantocitius conuocet Synodum eo meliori
modo, quo poteſt. ita Aldan. *d.tit.9.num.40.* atteſtans ſic
☞ fuiſſe deciſum *in Treueren.26. Iunij 1627.*

102. Concurſus eſt nullus in quo cum examinatoribus ſy-
nodalibus interuenit alter, qui non ſit examinator ſyno-
dalis,vt per Garc.*d.p.9.c.2. nu.83.& 324.& 341.* Maſſobr.
*in d.praxi requiſ.13.dub.1.*Ferentil.*in annot.ad deciſ.479.Bu-
ratti lit.A.* Ego ipſe *d.cap.2. num.71.* vbi refero me vidiſſe
hac de re deciſionem authenticam S.Cong.Conc.*in vna*
☞ *Meſſanen. 15 Decembris 1629.* & cenſuit Rot. *in Baſſanen.
Parochialis 18.Februarij 1628.coram Card.Virili,& in Nicien.
Parochialis 25. Iunij 1629. coram eodem*, vbi etiam fuit di-
ctum negatiuam illam, quòd quis non eſſet examinator
ſynodalis,debere plenè,& concludenter probari vti fun-
damentum intentionis,& non ſufficere quod in regiſtris
Curiæ Epiſcopalis non reperiatur nominatus,aut deſcri-
ptus in Synodo ille, quem prætenditur non eſſe exami-
natorem ſynodalem, quia poſſibile erat quòd fuerit de-
putatus examinator ſynodalis ab Epiſcopo in Synodo,
& non fuerit deſcriptus, Rot. *deciſ.323. num.4. verſ.vltra
quod p. 2. recent.* nouiſſimè Rota *in Seguntina Parochialis*
☞ *15.Iunij 1638.* coram R.P. D. Rojas.

103. ♁♁ *Sint verò hi examinatores Magiſtri*, &c.] Examinato-
res neceſſariò eligi debere, qui ſint Magiſtri,ſeu Docto-
res,aut Licentiati in Theologia,vel iure Canonico ſi ex-
tent,alioquin alij clerici ſunt eligendi, qui ad id videbun-
tur magis idonei, reſoluunt Vgolin. *de officio Epiſcopi cap.
50.§.5.num.1. verſ.ſecundo,* Homobon.de Bonis *de humana
vita ſtatibus p.1.cap.13. verſ.in his ergo, in fine,* Maſſobr. *in d.
praxi requiſ.11. dub.2. num. 17.* referens ſic fuiſſe deciſum
☞ *in Turritana 10.Martij 1629.* Ego ipſe *d.cap.2. num.73.* vbi
*num.74.*aſſero *in vna Saonen.19. Februarij 1628.*fuiſſe reſo-
104. lutum Epiſcopum non poſſe eligere examinatores ſyno-
dales,qui non ſint Doctores, ſeu Magiſtri,aut Licentiati
in Theologia,vel iure Canonico ſi extent, alioquin alios
clericos eſſe eligendos, qui ad id magis idonei videbun-
tur, & *num.75.*atteſtor *in dicta Turritana* fuiſſe pariter de-
ciſum in prædictos examinatores ſynodales non poſſe
eligi clericos ſeculares,aut Regulares,qui dictis gradibus
non ſint inſigniti,niſi vlli viri qualitatis ſuperiùs expreſſæ
non extent, quo caſu fuit dictum eſſe eligendos, qui ad
munus exercendum magis idonei videbuntur, eorum-
que vota æqualis valoris & efficaciæ eſſe ſicut alio-
rum.

105. ♃♃ *Iurentque omnes,* &c.] Examinatores ſi non iuraue-
runt, concurſum coram eis habitum vitiari tenent Ho-
mobon.de Bonis *d.cap.13. verſ.2.* Filliuc. *d. tract.41. cap.4.
num.158.*Maſſobr.*in d.praxi requiſ.14.dub.1.*vbi *dub.2.*cum
Garc.*d p.9.cap.2.num.356.*eſſe de forma ſubdit,vt præſte-
tur huiuſmodi iuramentum tactis ſacroſanctis Euange-
lijs, & *dub.3.*cum eodem Garc.*num.356.*aſſerit poſſe præ-
ſtari extra Synodum in manibus Notarij, & *dub.4.* tradit
probari per atteſtationem Notarij, & littera ipſorum
examinatorum,refero Ego ipſe *d.c.2.num.76.cum ſeqq.*vbi
☞ *num.78. in vna Biſignanen. ſub die 2. Decembris* 1628. fuiſſe
deciſum, concurſus factos non præſtito iuramento ab
examinatoribus ſynodalibus fuiſſe nullos, ſed ex gratia
conualidandos, facto verbo cum Sanctiſſimo qui con-
ualidauit, & confirmauit.

106. ♀♀ *Caueant ne quicquam,* &c.] Examinatores ſynoda-
les non poſſe quicquam prorſus occaſione examinis,nec
ante,nec pòſt accipere, alioquin ſimoniæ vitium tam ip-
ſos,quàm alios dantes incurrere,à qua abſolui nequeunt
niſi dimiſſis beneficijs, quæ quomodocunque etiam an-
tè obtinebant, & ad alia impoſterum inhabiles reddi ex
hoc decreto colligunt Petr.Ledeſma *in ſum.part.2. tract.
7.cap.1.concluſ.7. prope fin.* Homobon.de Bonis *dict.cap.13.
verſ. tertiò examinatores, in fine,* Franc. Leo *in theſauro fori
eccleſ.p.2.cap.3.num.25.*Garc.*d.p.9.cap.2.num.368. cum ſeqq.*
Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ.cap.561.à num.21.* Vgolin.
*de ſimon.tab.4.cap.48.§.3.& de officio Epiſcopi cap.50. §.5. num*
2. Filliuc. *d.tract.41.cap.4. num.161.* latè Maſſobr.*in d.praxi
requiſ.15.* Bonacin.*de ſimon.quaſt.7. puncto 2.differ.1.ex nu.5.*
nouiſſimè Aloyſ.Ricc.*in praxi p.4.reſol.76.num.1.& 2.*Ego
ipſe *d.alleg.60. à num 52.& d.cap.2.à num.79.cum ſeqq.*no-
uiſſimè Stephan. VVeyms *ad conſtitutiones 24. ex antiquo
Iure deſumptas,& per Concil. Trident.innouatas,conſtit.13.nu.
vlt.pag.124.*

* *Quicquam prorſus,* &c.] Non poſſe examinatores 107.
quicquam pro labore, vel titulo ſtipendij ad ſuſtentatio-
nem ex fructibus beneficij vacantis, vel alia ratione ac-
cipere,tradunt Garc. *de benefic.p.5.cap.7. num.11.& d.p.9.c.
2.nu.374.*Bonacin. *d.differ.1.nu.5.verſ.ſecundò,* Aloyſ.Ricc.
*d.p.4.reſol.76.num.4.* Ego ipſe *d.cap.2. num.81.*

Non poſſe Ordinarium ſtatuere aliquod ſtipendium 108.
etiam minimum examinatoribus deputatis in Synodo
pro concurſu Parochialium, & ſi Synodus diœceſana
ſecus ſtatuerit, decretum eſſe irritum, & nullum, refe-
runt deciſum Garc. *d.p.9. cap. 2. num.374.* Maſſobr. *d.re-
quiſ.15.dub.1.*Bonacin.*d.differ.1.num.7.verſ.tertiò* Stephan.
VVeyms *d.loco.* Ego ipſe *d. allegat.60. num.53. & d.cap.2.
num.82.* Poſſe tamen Epiſcopum aliquid de ſuo his exa-
minatoribus concedere titulo præmij, vel ſtipendij, aut
ſuſtentationis,reſoluunt Garc. *d cap.2.num.379.* & Bona-
cin. *d. diffic.1. num.6.* ſubdens hoc ſibi non videri impro-
babile, quia Concilium in præſenti non videtur loqui de
Epiſcopo.

♄♄ *Quæ quomodocunque etiam antea obtinebant,*&c.] Exa- 109.
minatores priuari beneficijs antea obtentis ſi occaſione
examinis ſiue antea, ſiue pòſt aliquid accipiant, etiam
gratis, & liberaliter datum,& ad captandam beneuolen-
tiam, etiamſi res modica ſit, & leuis momenti, nam hic
prohibetur quicquam prorſus accipi, reſoluunt Garc. *d.
p.9. cap.2. num.390.* Aloyſ. Ricc. *d.part.4.reſolut.76. num.3.*
Bonacin. *d.diffic.1.num.5. verſic.ex quibus.* Ego ipſe *d.cap.2.
num.80.*

Contra Petr.de Ledeſma *in ſum. tract.7. cap.1. concl.7.*
Zerol. *in praxi Epiſcop.part.1. verb.Parochia §.2.dub.13* exi-
ſtimantes huiuſmodi examinatores non priuari benefi-
cijs antea obtentis.

♂♂ *Peracto deinde examine renuncientur,* &c.] Examina- 110.
tores peracto examine debere eos ex communi ſenten-
tia renuntiare Epiſcopo, quos idoneos repererint, refe-
runt deciſum Garc. *d.p.9.cap.2.num.104.* Salgado *d.cap.9.
num.79.*Ego ipſe *d.c.2. num.84.*

Et illos poſſunt remittere ad Ordinarium, quia cumu- 111.
latiuè, & non priuatiuè in hoc decreto eſt attributa iuriſ-
dictio,vt cenſuit Rot. *deciſ.647.num.1. in 1.collect.nouiſſim.*
aliàs *p.4. diuerſ.*

Licèt Concilium in præſenti non expreſſerit an vota 112.
examinatorum palàm,an ſecretè ferri debeant, magis
tamen expedire vt examinatores palàm inter ſe ſua vo-
ta conferant, & notario iubeant vt in actis ſuis ſimplici-
ter ſcribat Titium approbatum idoneum, Seium verò
reprobatum,referunt deciſum Garc.*d.p.9.cap.2.num.107.*
Franc.Leo *in theſauro fori eccleſ.p.2. cap.3. num.35.*

Examinatores debere dare vota dum ſimul congre- 113.
gati ſunt cum Epiſcopo,non autem ſeparatim, ſicut etiã
Epiſcopum, vbi datur locus acceſſui, debere accedere
examinatoribus ſimul congregatis reſoluunt Garc.*d.p.9.
cap.2.num.58.* Maſſobr. *in d.praxi requiſ.4. dub.2.*

Examinatores ab Epiſcopo, vel vicario, quibus bene- 114.
ficia prouideri incumbit,maximè quando iubetur, tene-
ri ſignificare, & ſubſcribere quis dignus, & quis dignior
ſub peccato mortali, tenent Barth. Medina *in ſum. lib. 1.
cap.14.§.32.* Petr.Ledeſma *in ſum.p.2.tract.7. cap.1.concluſ.
7. diff. 13.*

Epiſcopum non habere votum deciſiuum in concur- 115.
ſu, ſed tantùm accedere vbi vota ſunt paria, vel ſingula-
ria,dicit Maſſobr.*d requiſ.4.dub.5.*vbi *dub.6.*oſtendit quan-
do dicantur vota paria, quando ſingularia.

Si vnus tantùm comparеat ad ſe examinandum co-
ram tribus examinatoribus, vno illorum approbante, &
cæteris reprobantibus, non poſſe Epiſcopum illi accede-
re, ſed examinatum dici reprobatum, referunt deciſum
Garc.*d.part.9. cap.2.num.60.* Maſſobr.*d.requiſ.4.dub.7.*

Si pluribus examinatis aliqui vltra dimidiam vocum 116.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fuerint conſequuti, & vnus omnia ſuffragia proſpera reportauit, Epiſcopus facta per examinatores relatione poteſt poſtpoſito illo, in quem omnia ſuffragia confluxerunt, alium ex eis eligere, qui vltra dimidiam partem vocum habuerint, cùm omnes approbati dicantur, ita refert deciſum Garc. *d.p.9.cap.2. num.109.*

117. *ιι Quotcunque ab his idonei iudicati fuerint.*] Examinatores non teneri explicitè referre ſingulas qualitates eorum, qui ſunt examinati, ſed ſufficere referre omnes examinatos fuiſſe idoneos, tenuit Rot. coram Card. Caualer. *deciſ.293. à princ.* vbi *in verſ. neque præmiſſis,* ſubdit nihil obſtare quòd in hoc decreto fiat expreſſa mentio, vt ſcilicet debeant renuntiari quotcunque ab examinatoribus iudicati fuerint idonei ætate, moribus, ſciẽtia, prudentia, &c. quia hic fit expreſſio eorum quæ tacitè inſunt, ex.gr. tantùm, quod probatur ex hoc eodem decreto, dum immediatè ſubiungit, *& alijs rebus ad Eccleſiam vacantem gubernandam opportunis*, multa enim alia ſunt, quæ requiruntur ad hoc, vt quis ſit idoneus ad Eccleſiam Parochialem gubernandam, veluti quòd ſit clericus, ex legitimis natalibus procreatus, inde inferebatur quòd ſicut Concilium non exigit vt ſuper iſtis alijs qualitatibus fiat explicita relatio, ita pariformis determinatio requiratur quoad mores, ætatem, doctrinam, & prudentiam, quæ in Concilio ſpecialiter exprimuntur.

118. *κκ Ætate, moribus, doctrina, prudentia.* &c. ] In concurſu Parochialium non ſolùm conſiderari idoneitatem reſpectu ſcientiæ, ſed etiam reſpectu ætatis, morum, & prudentiæ, & huiuſmodi ad Eccleſiam Parochialem gubernandam, aduertunt Maſſobr. *in d. praxi requiſit.5.dub,* 2. Fr. Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.32.* Rot. *coram bonæ mem. Buratto deciſ.22.num.28. & deciſ.90. per tot.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. electio, differ.1. num.1.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.348.* Ego ipſe *d.c. 2. num.12.*

119. Et poſſe examinatores etiam extraiudicialiter informari de qualitatibus examinandorum, cenſuit eadem Rota coram Caualer. *d. deciſ.293. num. vlt.*

Examinatoribus approbantibus aliquem tanquam magis idoneum in ſcientia, cuius tamen mores ignorantur, & habentibus alium non tam doctum, ſed ab eis cognitum, & approbatum in omnibus, hunc vltimum eſſe præferendum refert deciſum Garc. *dict. part.9. cap.2. numer.111.*

120. *λλ Ex hiſque Epiſcopus eum eligat*, &c. ] Etiam extra locum examinis, & ipſis abſentibus examinatoribus, vt per Garc. *d.p.9. cap.2. num.59.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 5. dub.20.*

121. Nunquam ſpectare ad examinatores, ſed ad Epiſcopum ſolum iudicare, & eligere quis ex concurrentibus ad Parochialem vacantem ſit magis idoneus, referunt deciſum Garc. *de beneſic.p.6. c.2.num.236. & p.9. cap.2. numer.105. & 108.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part.1. verb. Parochia,* §.2. Mari. Antonin. *variar. reſolut.lib.1, reſol.63. nu.8.* Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ.p.2. cap.3. nu.34.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.1.tit.18.l.7.nu.58.* Maſſobr. *d.requiſ.4.dub.1.& 4.* Ego ipſe *d.c.2. nu.90. & 91.*

122. Examinatores ſynodales debent vota ſua dare, ſed Epiſcopus non tenetur ex collatione votorum eligere, ſed poteſt cui maluerit ex approbatis beneficium conferre, non habita ratione calculorum ipſorum votorum, debet tamen expectare vt examinatores renuntient quos iudicauerint idoneos. Ita refert deciſum Maſſobr. *d. requiſit.4. dub.4.*

123. Examinatores ſinguli poſſunt, & debent dare vota ſuper qualitate cuiuſlibet examinati ex forma *verſ. trãſacto,* Epiſcopus non ex collatione horum votorum debet eligere, ſed ex *verſic. peracto,* examinatores debent ſolùm renunciare duos, vel tres, v.g. examinatos idoneos, deinde Epiſcopus abſque votorum calculo, ſed ſuo iudicio eligere debet digniorem. Ita refert deciſum Garc. *dict. part.9. cap.2. num.109.* Verùm Trentacinq. ex profeſſio *conſ.10. per tot. vol.1.* ad partes diſputat hanc materiam, & tandem concludit quòd ſi vota examinatorũ nõ fuerint ſingularia, aut paria, nõ poterit Epiſcopus, vel Vicarius accedere quibus magis videbitur, ſed debebit conferre vni ex examinatis & approbatis, qui reſpectu numeri ad numerum, zeli ad zelum, & meriti ad meritum dignior ab examinatoribus iudicatus fuerit, ex doctrinis vulgaribus. Deinde reſpondet ad verba huius Decreti, ibi, *ex hiſque Epiſcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit*, &c. quæ videntur inſinuare quod ſit in poteſtate Epiſcopi eligere quem voluerit ex examinatis & approbatis; vt ſcilicet intelligantur iuxta alia verba eiuſdemmet decreti, ibi, *quorum votis, ſi pares, aut ſingulares fuerint, accedere poſſit Epiſcopus, vel Vicarius, quibus magis videbitur;* itaut ſecus dicendum eſſet ſi vota non fuiſſent paria, aut ſingularia; ſed licet hęc ſententia in puncto iuris vera mihi videatur, nihilominus tamen ſequenda eſt contraria ob ſacræ Congregationis declarationem, de qua teſtantur Garcia, & Maſſobr. *citatis locis.*

124. Parochialis collatio ſi ceſſantibus reſeruationibus Apoſt. ſpectet ad inferiorem collatorem, & in concurſu facto per Ordinarium ſint renunciati plures æquè idonei, facultas eligendi magis idoneum ad ipſum Epiſcopum, non autem ad inferiorem collatorem pertinet, ſiue Parochialis in menſe Apoſtol. ſiue Ordinario vacet. Ita Aldan. *d.tit.9. num.40.* atteſtans ſic fuiſſe deciſum *in Aſculana 1. Decembris 1618.*

125. Electionem factam de magis idoneo ſignificandam eſſe intra quatuor menſes, & ſi fuerit trãſmiſſa, nec peruenerit ad manus collatoris intra dictum tempus, prouiſionem deuolui tradit Maſſobr. *in d. praxi requiſ.6. dub.1.* vbi *dub.2.* cum Garc. *d.p.9.cap.2. num.8.* aſſerit ſignificationem electionis fieri poſſe extra præſentiam examinatorum, refero Ego ipſe *d. cap.2.num.94.*

126. *μμ Quem cæteris magis idoneum iudicauerit*, &c. ] Electionem igitur & prouiſionem in concurſu Parochialis factam de digno, omiſſo digniore, eſſe nullam, & ſubreptitiam, tenent Azeued. *d. conſil.9. num.30.* Garc. *d.p. 9. cap.2. num.225.* Maſſobr. *in d.praxi requiſ. 5.dub.1.* Rot. *in Dertuſen. Parochialis 18. Decembris 1581. coram Giptio, & in Tuden. Parochialis 18. Aprilis 1603. coram bonæ mem. Card. Sacrato,* vbi firmauit concluſionem in beneficijs Curatis ex idoneis magis idoneum eſſe eligendum, iterum *in Ripana Parochialis 1. Iunij 1609. coram Ortembergo*, refert & ſequitur Beltramin. *in annotat. ad deciſ.11. Gregorij XV.* & ſic conquerente digniore reuocari collationem factam digno, de beneficio curam animarum habente, mediante concurſu, iuxta conſtitut. Pij V. aduertit Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verb. electio, differ.2. num.4.* refero Ego ipſe *d.cap.2.num.95.* vbi *à num.98.* poſt infinitos propemodum per me citatos reſolui electores ſub pœna peccati mortalis teneri digniorem, ſeu meliorem eligere.

127. Quando per concurſum & oppoſitionem prouiſio beneficij facienda eſt, teneri quem ad reſtitutionem ſi dignum eligat omiſſo digniore, cùm non ſolùm offendat iuſtitiam diſtributiuam, verùm etiam commutatiuam ortam ex illo quaſi contractu proueniente ex edicti propoſitione, & ex fide in illo data, reſoluunt Molin. *de primogen. lib.2. cap.25. num.59.* Barthol. de Medina *in inſtruct. Confeſſ. in 7. præcept.* §.32. Petr. Nauarr. *de reſtitut. lib.2. c.2. num.178.* Gutier. *canon. lib.2.cap.11.num.55.cum ſeqq.* Vazq. *in opuſcul. morali tract. de beneſic.c.2.* §.3.*nu.117.* Fernandez *in examine Theolog. moralis p.4.cap.4.*§.1.*num.2. & cap.7.* §.2. *numer.11.* Ego ipſe *d. allegat.60. num.68. & d.cap.2. num.105.*

Contra Martin. Ledeſm. 2.4.*q.18. ad fin. verſ. ſecunda concluſio,* Nauarr. *in man.c.17.num.74 verſ nec obſtat.* Mercado *de contract. lib.6.c.17.*§. *y anſi dizen los Theologos, verſ. eſto nolo ſigno,* Garc. *de beneſic p.7. c.16. num.43.* exiſtimantes non teneri ad reſtitutionem dignum eligentes omiſſo digniore, etiam quando prouiſio facienda eſt per concurſum, & oppoſitionem.

128. Vnde ſimoniam committere dignum offerendo in concurſu pecuniam digniori, vt deſiſtat ab oppoſitione, & teneri ad cedendum beneficio, & ad reſtituendos fructus perceptos, reſoluunt Sot. *de iuſt. lib.9. q.6. art.1. ad 2.* Nauarr. *in man.c.23.nu.101. verſ.8.* Beia *reſp. caſuum conſc. p.2. caſu 5.* Fernand. *in exam. Theolog. moral. p.4. c.14.*§.1.*n.1. & 2.* Ego ipſe *d.c.2.n.106.* vbi *n.107.* reſoluo ſimoniacam

non

non eſſe electionem, nec illicitam, ſi quis tradiderit pe-
cuniam electoribus indignum eligere volentibus ne il-
lum eligant.

129. * Magis idoneum, &c.] Idoneior iudicandus, ac pro-
pterea præferendus ille eſt, qui muneri, cui præficitur,
eſt aptior, Couar. in reg. peccatum, p.2.§.7.n.4. verſ. dignior
verò, Rot. deciſ. 537. num.14. p.1. recent. & in d. Vrbinaten.
Parochialis. item & ille, qui altero cum quo concurrit
fuerit ſenior, ita Barbat. conſil.23. poſt num.13. vol.1. Tiraq.
de iure primog. in præfat. num.182. Roland. conſ.47. num.70.
lib.1. Lambert. de iurepatr. p.2. lib.2. q.2. princ. art.26. nu.4.
Mari. Anton. var. reſol. lib.1. c.4. nu.2. Illuſtriſſ. D. meus
Roder. à Cunha in comment. ad cap. conſuluit 9. num.2. diſt.
74. Valenz. conſil.34. num.56. vbi num.59. quòd ſenior di-
citur non tam ab ætate, quàm à ſapientia & moribus.
Rota deciſ.61. num.1. p.1. in poſthum. Farinac.

130. Originarius idoneior quoque iudicandus ac præferen-
dus, ſi alter ſit extraneus, Couarr. pract. cap.35. ſub num.
5. verſ. ſecundò annotandum eſt, Fuſc. de viſitat. lib.2. cap.15.
num.13. & 14. & cap.21. num.25. Put. deciſ.154. p.1. aliàs
deciſ.247. lib.1. in correct. Mandoſ. conſil.1. num.4. Grilen-
zon. conſil.151. num.64. Vgolin. de offic. Epiſcopi, cap.50.§.7.
num.4. Maſtril. Siciliæ deciſ.2. num.147. Rot. deciſ.299. p.1.
diuerſ. Valenzuel. d. conſil.34. num.69. vbi num.79. quòd
diœceſanus in beneficialibus præfertur non diœceſano.
Perez de Lara de anniuerſ. lib.2. cap.3. num.19. & ſeqq. Et
ita poteſt eligi dignus de ciuitate, vel gremio Eccleſiæ,
poſthabito digniore extraneo. Læl. Zech. de benef. c.12. nu.
36. Piaſec. in praxi Epiſc. p.2. c.5. nu.19. Vgolin. d. c.50. §.8.
nu.4. Ego ipſe d. alleg.60. n.102. Valenzuel. d. conſ.34. nu.70.

131. Doctor præfertur non-Doctori, Aloyſ. Ricc. in deciſ.
curiæ Archiep. Neapol. part.4. deciſ.135. num.1. Rot. deciſ.
36. num.2. part.2. recent. Valenzuel. d. conſ.34. nu.58. cum
ſeqq. vbi num.64. quòd Doctor in iure Pontificio præfer-
tur Doctori in iure Ciuili; Rota d. deciſ.61. nu.1. Attamen
minus doctus, modò idoneus, cuius mores ſunt noti, &
approbati, præfertur Doctori, cuius vita ignoratur, Pia-
ſec. d. cap.5. num.19. Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſſ.4. nu.112.
Garc. d. part.9. cap.2. num.11. Aloyſ. Ricc. in d. praxi de-
ciſ.425. in 1. edit. aliàs reſol.362. nu.1. in 2. edit. Maſſobr. in
d. praxi requiſ.5. dub.2. num.19. Rot. in Barchinonen. Paro-
chialis 29. Nouembris 1613. coram bonæ mem. Buratto, inter
eius impreſſas deciſ.22. In beneficio concurſus quando
fit coram Ordinario & examinatoribus, poteſt Ordina-
rius cum examinatoribus præferre ei, qui magis ſcien-
tia præcellit, illum, qui prudentia, moribus, & integritate
aptior videtur ad gubernandam Eccleſiam, ita Rota de-
ciſ.521. num.1. & 2. apud Farin. part.1. in poſthum. nam in
concurſu ad beneficium præferendus eſt non is, qui ſo-
lùm idoneus reputatur quoad litteraturam, ſed qui æta-
te, moribus, doctrina, & prudentia magis idoneus iudi-
cabitur, eadem Rota d. part.1. deciſ.551.

132. Sacerdos præfertur alteri aliquo inferiori Ordine in-
ſignito, Roland. conſ.47. num.75. Dec. conſ.542. nu.13. Pe-
rez de Lara d. lib.2. cap.3. num.16. Rota d. deciſ.61. num.1. &
in pari attenditur quis priùs aſſecutus fuerit ſacros Or-
dines & gradus, Ioan. de Platea in l.2. num.1. C. de Primic.
lib.12. Natt. conſ.638. num.18.

133. Diſpenſatione non indigens præfertur indigenti, Se-
raph. deciſ.767. num.2. part.1.

134. Beneficium nullum habens præfertur habenti, Lam-
bert. p.3. lib.2. q.5. art.3. Carol. de Graſſ. deciſ.1. num.10.
de iurepatron. Rot. deciſ.16. num.7. part.2. recent. & in Cala-
gurit. beneficij de Teiora 9. Iunij 1621. coram bon. mem. Vbal-
do, & in Vrbinaten. Parochialis 12. Februarij 1629. coram
R.P.D. Veroſpio. & pauper cæteris paribus præferri debet
diuiti, Perez de Lara d. lib.2. cap.3. num.11. ſicut in cleri-
co non habente beneficium quòd præferendus ſit illud
habenti, cæteris paribus, dicit Rota d. deciſ.61. num.4.

135. Si potentia diuitiarum, vel nobilitas conferat ad
comprimendos Chriſti aduerſarios, præferendi ſunt di-
tiores, & nobiliores tenuibus, & ignobilibus, Fernan-
dez in examine Theolog. moral. part.4. c.4. §.1. num.5.

136. yy Si verò iuriſpatronatus Eccleſiaſtici erit, &c.] Vide
Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſſ.6. num.116. Piaſec. d. cap.5.
num.17. in fine. Aloyſ. Ricc. in d. praxi reſol.351. verſ. amplia

Barboſ. Collect. in Concil. Trid.

ſextò, Zerol. in praxi Epiſc. p.1. verb. iuſpatronatus, §.10. Azor.
inſtit. moral. p.2. lib.6. c.22. quæſt.15. Salgado d. c.9. num.80.
Ferentil. in annotat. ad deciſ.25. Buratti nu.12. Ego ipſe d. al-
leg.60. nu.16. & d. cap.2. num.124. Rota deciſ.453. nu.1. apud
Farin. p.1. in poſthum. vbi quòd concurſus requiritur in Ec-
cleſia Parochiali de iurepatronatus Eccleſiaſtico, & quòd di-
ſpoſitio Concilij in præſenti procedit ne dum in Recto-
rijs, verùm etiam in vicarijs perpetuis, atteſtaturque ſic
fuiſſe per ſacram Congreg. reſolutum, & eadem Rota
dict. p.1. deciſ.543. n.8. dicit quòd examinatores nihil iu-
ris habent in patronatu Eccleſiæ Parochialis, licèt ap-
probent idoneos pro obtinenda collatione, ſeu inſtitu-
tione.

Epiſcopus tenetur inſtituere præſentatum ad Paro- 137.
chialem Eccleſiam iuriſpatronatus Eccleſiaſtici, cuius
inſtitutio ad Epiſcopum ipſum, & non ad alium perti-
net, etiamſi patroni ex approbatis ab examinatoribus
ſynodalibus digniorem non præſentauerint ſtante hoc
decreto in d. verſ. ſi verò iuſpatronatus, quia iudicium ſpe-
ctat ad patronum, refert deciſum Aldan. d. tit.9. num.43.

Inſtitutio Parochialium de iurepatronatus Eccleſia- 138.
ſtico quando ad inferiores licèt exemptos & Abbates
pertinet, nihilominus Epiſcopus ordinarius debet edi-
cta concurſus proponere, & inferior inſtituet magis ido-
neum approbatum ab Epiſcopo, quòd ſi ſecus actum
fuerit, collatio eſt nulla, ita refert Garc. d. part.9. cap.2.
num.262.

Beneficium Curatum iuriſpatronatus Eccleſiaſtici ſi 139.
vacauerit in menſibus Apoſtol. Sedi reſeruatis, Epiſco-
pus ipſe Ordinarius nulla habita ratione patronorum
debet edicta concurſus proponere, & idoneum eligere,
ac Romam mittere cum fide Ordinarij à Summo Pont.
inſtituendum, ſicut fit in alijs Curatis quæ non ſunt de
iurepatronatus, ita referunt deciſum Piaſec. in praxi Epi-
ſcop. part.2. cap.5. num.17. Garc. dict. part.9. cap.2. num.273.

Inſtitutio ad Parochiales Eccleſias, quæ iuriſpatrona- 140.
tus Eccleſiaſtici ſint, vbi facienda ſit à Papa, quia fortaſ-
ſe in menſibus reſeruatis vacauerit, ius eligendi dignio-
rem ad ſolum Epiſcopum pertinet, qui tranſmittere de-
bet atteſtationem examinis facti, & concurſus, quot in
eo approbati, & quem ex approbatis vti digniorem, cui
Sanctitas ſua gratiam faciat, nominari, refert deciſum
Garc. dict. cap.2. num.273. Salgado dict. tom.1. part.3. cap.9.
num.99.

ξξ Is quem patronus digniorem, &c.] Et ad eum patro- 141.
num Eccleſiaſticum ſpectabit quando duo æquè idonei
ab examinatorib. fuerint iudicati, quia electio dignioris
ſpectat ad patronum, inſtitutio ad Epiſcopum, quando
ad ipſum Epiſcopum, & non ad alium illa pertinet, ita
refert deciſum Garc. d. part.9. c.2. num.267.

Epiſcopus inſtituere debet in beneficio præſentatum 142.
ab Eccleſiaſtico patrono ſi digniorem elegerit ex appro-
batis ab examinatoribus, refert deciſum Garc. dict. cap.2.
num.262.

oo Inter probatos ab examinatoribus, &c.] Si patronus 143
Eccleſiaſticus aliquem præſentauerit antequam ſit ab
examinatoribus approbatus in concurſu, præſentatio
nulla erit, nec eius virtute facienda erit inſtitutio ab Epi-
ſcopo tanquam minus legitimè facta, niſi denuo iterum
expreſſè, vel tacitè fuerit præſentatus, poſtquam ipſe ſit
intra terminum edictorum, ſeu re integra oppoſitos, &
inter cæteros deſcriptus, & inter dignos approbatus. Ita
Salgado dict. cap.9. num.81. quem refero d. cap.2. num.124.
in fine.

Examen per concurſum non requiritur in collatione 144.
Parochialium iuriſpatronatus mixti, id eſt, partim Ec-
cleſiaſtici, & partim laicalis, Viuian. in appendice ſuæ pra-
xis iuriſpatron. ad lib.10. cap.1. num.34. pag.760. in nouiſſ.
impreſſ. vbi teſtatur ita fuiſſe reſponſum in Piſana 5. Fe-
bruarij 1628. refero Ego ipſe d. cap.2. num.126. latè ſequi-
tur Gabr. Pereira de manu Regia part.1. cap.7. num.32. cum
ſeqq. vbi num.36. verſ. quam reſolutionem, affirmat habere
locum non ſolùm in iurepatronatus mixto, quando ma-
iorem, vel æqualem partem habet ſecularem, ſed etiam
quando Eccleſiaſtica ſit maior, ſubditque Eminentiſſi-
mos Cardinales Concilij Tridentin. interpretes ſuper

beneficio de Ribadancora Bracharen. diœceſis interro-
gatos Romæ ſic reſpondiſſe, refero Ego ipſe *d. tract. de*
*Parocho cap. 2. num. 126. in vltim. impreſſ. folij magni.*

Contra Gonzal, *dict. gloſſ. 6. num. 135.* Galet. *in margarita*
*caſuum conſcientiæ, verb. iuſpatronatus pag. 145. col. 2,* Garc. *d.*
*cap. 2. num. 278.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi deciſ. 420. in 1. edit.*
aliàs *reſol. 357. num. 3. in 2. edit.* Mareſcot. *var. reſol. lib. 1. cap.*
*52. num. 7.* adden. *ad deciſ. 498. Gregorij XV.* Maſſobr. *in dict.*
*praxi præl. 7. dub. 25. num. 2.* Salgado *dict. cap. 9. ex numer. 108.*
Ferentil. *ad deciſ. 25. Buratti in fine verſ. ex hoc procedit,* exi-
ſtimantes ſeruandam eſſe formam examinis per con-
curſum in vacatione Eccleſiæ Parochialis iuriſpatrona-
tus partim Eccleſiæ, partim laici, vel quod pro dua-
bus partibus pertineat ad laicum, & pro vna tantùm ad
Eccleſiam.

145. ϖ ϖ *Tunc Epiſcopus ſolus ex dignis,* &c.] Talem electio-
nem committi poſſe Vicario faciendam, tenet Ioan.
Sanci *in ſelect. diſput. 50. num. 25.*

ρ ρ *Quòd ſi iuſpatronatus laicorum fuerit,* &c.] Vide Læl.
Zech. *de republ. Eccleſ. cap. 28. de Parocho num. 6.* Flamin. Pa-
riſ. *de reſignation. benefic. lib. 8. quæſt. 9. num. 111.* Zerol. *in praxi*
*Epiſcop. part. 1. verb. Parochia §. 7.* Franc. Leon. *in theſauro fori*
*Eccleſ. part. 2. cap. 3. num. 3.* Piaſec. *d. cap. 6. num. 18. in princ.*
Leſſ. *de iuſtit. lib. 2. cap. 34. num. 58. & 81.* Vgolin. *de officio Epi-*
*ſcopi c. 50. §. 3. verſ. tertiò.* Mareſcot. *var. reſol. lib. 1. cap. 5 num.*
*11.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſolut. 357. nu. 1.* Adden. ad Gre-
gor. XV. *deciſ. 494. num. 3.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 7. dub.*
*25. à num. 4.* Borgn. Caualcan. *deciſ. 17. num. 18 part. 2.* Salga-
do *d. c. 9. num. 105. cum ſeqq.* Alzed. *in praxi Epiſcop. p. 2. c. 9.*
*num. 2.* Ego ipſe *d. alleg. 60. n. 18. & d. cap. 2. n. 129.* Rot. *deciſ.*
*579. n. 4. p. 2. recent. & in Pāpilonen. Parochialis 26. Iunij 1626.*
*coram bonæ mem. Buratto,* inter eius impreſſas *deciſ. 952.*

146. Eueniente vacatione Parochialis de iurepatronatus
laicorum quando plures ſunt præſentati, requiritur exa-
men per concurſum inter ipſos præſentatos tantùm, vt
ex his, qui peracto examine idonei ab examinatoribus
denunciati ſunt, Epiſcopus eum eligat quem cęteris ma-
gis idoneum iudicauerit, atque illum, & non alium in-
ſtituat. Ita Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 6. quæſt. 5. num.*
*21.* Gonzal. *d. gloſſ. 6. num. 138.* Garc. *d. part. 9. cap. 2. num. 256.*
Mareſcot. *d. lib. 1. cap. 52. num. 11.* Piaſec. *d. cap. 5. num. 18.*
*verſ. eueniente,* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol. 357. num. 2.* Vi-
uian. *in praxi iuriſpatron. lib. 10. cap. 1. num. 59. in vltim. im-*
*preſſ.* Salgado *d. cap. 9. num. 123.* Alzed. *d. cap. 9. num. 3.* Rot.
*in Pampilonen. Parochialis 27. Ianuarij 1614. coram Reueren-*
*diſſimo D. meo Coccino Decano, & in Ilerden portionis de Per-*
*tuſa 11. Decembris 1613. coram bonæ mem. Buratto,* inter eius
impreſſas *deciſ. 25.* vbi Ferentil. *in annot. num. 10.* quę etiam
reperitur impreſſa inter poſthumas Farin. *part. 1. deciſ.*
*543. in fine.* Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 7. dub. 25. num. 5.* vbi
intelligit quando inter plures præſentatos omnes æqua-
libus vocibus gaudent. Nam ſi aliquis plures haberet vo-
ces, is ſolus eſſet examinandus, & idoneus repertus in-
ſtituendus, vt per Garc. *d. part. 9 c. 2. num. 257.* Salgado *d. c.*
*9. num. 124.* Rot. *in Pampilonen. Parochialis 26. Iunij 1626.*
*coram bonæ mem. Buratto,* inter eius deciſ. impreſſas *deciſ.*
*952. num. 2.* niſi is ſe etiam ſubijceret examini, & concur-
ſui cum cæteris examinatis, quia tunc ſibi præiudicaret,
cùm faceret ſe eis parem, ita adden. *ad d. deciſ. 494. Grego-*
*rij XV. num. 4.* Maſſobr. *in d. praxi præl. 3. dub. 3. num. 15.* Sal-
gado *d. cap. 9. num. 128.*

147. Non habet locum hoc decretum *in d. verſ. ſi verò,* con-
tra inſtitutionem & fundationem, cùm ſeruari debeat
lex in ipſa inſtitutione poſita, ſed tantùm pręſentatus eſt
examinandus, & approbandus ab Ordinario citra con-
curſum ſi repugnaret inſtitutioni, ſeu fundationi, ita re-
fert deciſum Garc. *d. p. 9. cap. 2. num. 270.*

148. Concurſui locus non eſt in Parochialibus iuriſpatro-
natus, quod origine erat totum laicale, ſed pro duabus
tertijs partibus ex donatione laicorum effectum eſt po-
ſtea Eccleſiaſticum, Aldan. *d. tit. 9. num. 42.* vbi refert de-
ciſum *ſub die 17. Iunij 1617.*

149. Parochiales iuriſpatronatus laicorum, quæ ab Epi-
ſcopo ob præſentationem in tempore non ſequutam iu-
re deuoluto conferuntur, ſubiacere concurſui, referunt
deciſum Galet. *in margar. caſuum conſcient. verb. iuriſpatro-*
*natus,* Salgado *d. cap. 9. num. 90.* Aldan. *d. tit. 9. num. 50.* Ego
ipſe *d. allegat. 60. num. 18. in fine, & d. cap. 2. num. 131.*

Contra Maſſobr. *in d. praxi requiſ. 1. dub. 22.* exiſtiman-
tem huiuſmodi Parochialem iuriſpatronatus laicalis ad
Ordinarium deuolutam per eum abſque concurſu con-
ferri poſſe.

Vtrùm autem in collatione Parochialium facta iure 150.
deuoluto, ſeruari debeat forma examinis, quę coram in-
feriore requiritur? Affirmatiuè reſpondet Salgado *d. cap.*
*9. num. 84. cum ſeqq.* quem refero *d. cap. 2. num. 133.*

σ σ *Ab eiſdem deputatis, vt ſuprà, examinari,* &c.] Præ- 151.
ſentatus à patronis laicis ad Eccleſiam Parochialem de
iurepatronatus laicorum, ſufficit quòd examinetur corā
alijs examinatoribus non ſynodalibus, ita Aldan. *d. tit. 9.*
*num. 52.* vbi refert deciſum *ſub die 19. Decembris 1620.*

τ τ *Et non niſi idoneus repertus,* &c.] Patronum laicum 152.
ad Parochialem ſui iuriſpatronatus non teneri præſen-
tare digniorem, ſed ſufficere dignum, ſeu idoneum, re-
ſoluunt Lambertin. *de iurepatron. part. 1. lib. 2. quæſt. 10. art. 3.*
*num. 17.* Petr. Nauarr. *de reſtitut. lib. 2. cap. 2. num. 150.* Ban. *2.*
*2. quæſt. 63. dub. 4.* Petr. de Ledeſma *in ſumm. part. 2. tract. 7.*
*cap. 2. concluſ. 7. diffic. 9.* Garc. *de benefic. part. 7. cap. 16. num. 19.*
Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapolitan. part. 3. de-*
*ciſ. 306. num. 4.* Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum*
*verb. electio differ. 2.*

Contra Molin. *de primog. lib. 2. cap. 5. num. 69.* Azeued.
*conſ. 24. dub. 4. num. 4.* Turrian. *2. 2. tom. 2. diſput. 22. dub. 5.*
*num. 6.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 11 num. 26.* Vaſq. *in opuſc. de*
*benefic. cap. 2. §. 2. dub. 5. num. 74.* Leſſi. *d. lib. 2. cap. 34. dub. 14.*
*num. 65. in fine,* Azor. *d. part. 2. lib. 6. cap. 21. quæſt. 5.* Malder.
*2. 2. tract. 9. c. 2. dubit. 2.* exiſtimantes patronum, qui non eſt
primus beneficij fundator, debere digniorem præſen-
tare.

υ υ *Vlla deuolutio, aut appellatio,* &c.] Vide Nauarr. *in* 153.
*man. cap. 25. num. 139. in fine,* Antonic. *in Catecheſi Neapolit.*
*cap. 16. fol. 43.* Azeued. *ad l. 1. num. 4. tit. 16. lib. 3. nouæ recop.*
Seraphin. *deciſ. 481.* Valenz. *conſ. 45. num. 19. vol. 1.* Gonzal.
*ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 9. §. 1. in annot. contra nullit. num. 186. &*
*209. & d. gloſſ. 6. num. 163.* Vgolin. *d. c. 50. §. 13. num. 1.* Cam-
pan. *in diuerſ. iuris canon. rub. 7. cap. 6. num. 75.* Aloyſ. Ricc. *in*
*d. praxi deciſ. 426. in 1. edit.* aliàs *reſol. 373. in 2. edit. & in de-*
*ciſ. curiæ Archiepiſ. Neapolitan. p. 4. deciſ. 19.* Maſſobr. *in d. pra-*
*xi requiſ. 35. dub. 3. cum ſeqq.* Salgado *de protectione Regia tom.*
*1. p. 2. c. 13. num. 197. cum ſeqq.* Rot. *in Barchinon. Parochialis*
*29. Nouembr. 1613. coram bonæ mem. Buratto,* inter eius im-
preſſas *deciſ. 22. & ibi* Ferentil. *in annot. littera B.* Ego ipſe
*d. alleg. 60. num. 104. & d. cap. 2. num. 137.*

Intelligi de appellatione ſuſpenſiua, non verò deuo- 154.
lutiua, obſeruant Campan. *in diuerſ. iuris Canonic. rub. 11.*
*cap. 13. num. 476. poſt med.* Salgado *dict. tom. 1. part. 2. cap. 13.*
*num. 199.* Maſſobr. *d. praxi requiſ. 5. dub. 4.* Ego ipſe *d. cap. 2.*
*num. 138.* Garc. *in addit. ad ſumm. tract. de benefic. part. 9. c. 2.*
*num. 245.*

Appellationem non dari ſimpliciter ab electione Epi- 155.
ſcopi in concurſum dum appellare volens fuit approba-
tus ab examinatoribus ſynodalibus, ſicut & electus, cùm
tunc locus ſit gratificationi, probatur ex *cap. cùm autem,*
vbi Abb. *num. 3. de iurepatron.* Seraph. *deciſ. 152. in fine.* Rot.
*in Calaguritana beneficij de Mutillo 13. Nouembris 1620. coram*
*bonæ mem. Vbaldo ſen. & in Pampilonen. Abbatiæ de Areſſo 22.*
*Aprilis 1622. coram R. P. D. Nauarro.* Niſi manifeſtè conſti-
terit de dolo, & irrationabili Epiſcopi iudicio, cùm pro
eo, quòd ſcilicet omnia conſiderauerit, multum præſu-
matur, Mareſcot. *var. reſol. lib. 1. cap. 52. numer. 23. & 24.*
Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 4. numero 139. & gloſſ. 9. in an-*
*not. numer. 209.* Maſſobr. *dict. requiſ. 5. dub. 2. numero 42.*
Gregor. *deciſ. 538. ad fin.* Rot. *in Hieraten. iuriſpatronatus 21.*
*Maij 1622. coram bonæ mem. Buratto,* inter eius impreſſas *de-*
*ciſ. 625.* Iudicium enim Ordinarij, & examinatorum
in concurſu ad beneficium ad fauorem alicuius non
poteſt reuocari in ſecunda inſtantia, niſi appareat illud
fuiſſe irrationabile, doloſum, & carnalitatis, aut huma-
næ paſſionis affectum, Rota *deciſ. 521. num. 1.* apud Fa-
rin. *part. 1. in poſthum.* Tollitur tamen multum de hac pręſ-
ſumptione, quæ aliàs eſſet pro Epiſcopo, ex familiari-
tate, vt per Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curię Archiepiſ. Neapol.*
*part. 4.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*p.4. deciſ.96. num,20.* Rot. *in Sabinen. concurſus 6. Aprilis* 1629. *coram bonæ mem. Card. Sacrato, & in Vrbinaten. Parochialis* 12. *Februarij* 1629. *coram R. P.D. Vereſpio*, Ego ipſe *d.c.2. num.144.*

156. Et huiuſmodi appellationem à mala electione, ſiue irrationabili iudicio Epiſcopi admitti ſolùm ad effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum, quia interim prouiſus appellatione pendente à Parochiali amoueri non debet, ex *dicta conſtit. Pij V. verſ. hæc tamen*, notant Garc. *d. part.9. cap.2. num.236. & 246.* adden. *ad deciſ.538. numer.7. Gregorij XV.* Ego ipſe *d.cap.2. num.145.* Niſi quando appellatur à ſententia Metropolitani, ſeu alterius iudicis appellationis reuocatoria electionis priùs factæ ab Ordinario in concurſu ad Parochiales, tunc enim dari appellationem ad effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuũ, reſoluunt Gutier. *canon. lib.2. cap.11. num.25.* Garc. *d.p.9. cap.2.num.247.* adden. *ad d. deciſ.538. num.8. Gregorij XV.* Ego ipſe *d.cap.2.nu.146.* vbi *num.147.* idem aſſero quando facto concurſu appellatur inter præſentatos, vel patronos laicos ſuper pertinentia iuriſpatronatus.

157. Reiectum in concurſu Parochialis poſſe prouocare præelectum ad nouum examen coram iudice appellationis, etiam antequam doceat de irrationabili iudicio Epiſcopi, noue & ſingulariter aduertendum dixi *d. cap.2. nu.148.* aſſerens ita fuiſſe deciſum *in Vrbinaten. 9. Septembris* 1628. *& in Reatina 16. Martij* 1630. *& in Piſana 17. Iunij eiuſdem anni*, in quibus fuit decretum dandum eſſe nouum concurſum in Vrbe, & ad illam vocandum præelectum ab Epiſcopo.

158. φφ *Aliàs prouiſiones omnes, ſeu inſtitutiones*, &c.] Collationem Parochialis factam ſine examine per concurſum eſſe nullam, & irritam, & præfatam Parochialem eo modo collatam vacare, eiuſque collationem ad Sedem Apoſt. ſpectare reſoluunt Zerol. *d. part.1. verb. Parochia §.2. dub.2.* nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *in ſua praxi part.4. reſol.75. num.1.* Rot. *deciſ.151. part.4. diuerſ.* Ego ipſe *d. cap.2. num.135.*

Parochialem ſine examine per concurſum, vel contra formam poſitam à Concilio in præſenti collatam non poſſe in foro conſcientiæ acceptari, aut retineri reſoluunt Petr. Nauarr. *de reſtit. lib.3. cap.2. num.350.* Salon. *2.2. quæſt.5. de dominio artic.4.* & *ibi* Can. *quæſt.62. de dominio pag.160.* Vaſq. *1.2. q.163.* Lorca etiam *1.2. diſp.21. de legib. ad fin.* Burg. de Pace *l.3. Tauri à num.1394.* Pariad. *differ.12. §.1. ex numer.2.* Leſſi. *de iuſtit. lib.2. cap.19. dub.3.* Aloyſ. Ricc. *d. part.4. reſol.75. num.2.* 159.

χχ *Si tamen adeò exigui redditus*, &c.] Vide Gonzal. *d. gl. 6. nu.139. cum ſeqq.* Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.358.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rub.5. cap.3. num.10.* Seraph. *deciſ.942. num.10.* metipſum *d. alleg.60. num.38. & d. cap.2. num.36.* 160.

In collatione tenuium Parochialium, quarum fructus 24. ducatos auri de Camera non excedunt, ſi propoſito primo edicto examinis per concurſum, nemo comparuerit, fieri debet ſecundum edictum examinis, ſed ſine concurſu: ſeruatis tamen temporibus præſcriptis à Pio V. in ſua Conſtit. ſuper collatione Parochial. ita refert deciſum Garc. *d. part.9. cap.2. num.220. in 1. decl.* 161.

Beneficia Curata, cuius redditus adeò exigui ſunt, vt ea aut nullus idoneus requirat, vel compareant in concurſu Presbyteri ita rudes, vt neque vulgarem linguam calleant, ſunt conferenda illis, qui inter omnes maioris litteraturæ eſſe cognouerit Epiſcopus, eoſdemque amplius erudiri curabit. Vbi verò ob dominos temporales, vel aliam iuſtam cauſam concurſus non eſſet liber, & fructus Parochiales eſſent pingues, ponendi ſunt Vicarij donec conferri poterint magis idoneis, ſeruata forma Concilij, ita refert deciſum Garc. *d. cap.2. nu.220. in 2. decl.*

---

*Expectatiuis hactenus conceſsis vti nulli fas eſto. Reſeruationes mentales, &c. nulli concedantur.*

## CAPVT XIX.

1 *Doctores de materia cap. agentes.*
2 *Expectatiuæ ſunt omnino ſublatæ.*
3 *Collegia non comprehenduntur ſi expreſſa non ſint.*
4 *Reſeruatio mentalis quæ?*

DEcernit Sancta Synodus, Mandata de prouidendo, & gratias, quæ Expectatiuæ dicuntur, nemini amplius, α *etiam Collegijs*, [a] *Vniuerſitatibus*, Senatibus, & alijs ſingularibus perſonis, etiam ſub nomine indulti, aut ad certam ſummam, vel alio quouis colore concedi, nec hactenus conceſſis cuiquam vti licere. [b] β *Sed nec reſeruationes mentales*, nec aliæ quæcumque gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas Eccleſias, vel monaſteria alicui, etiam ex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, concedantur, & hactenus conceſſa, abrogata eſſe cenſeantur.

a Vide ſeſſ. 25. cap. 9.

b Cap. 2. de conce. præben. & c. deteſtanda. co. tit. in 6.

1. VIde Corraſ. *paraphraſi benefic. part.4. cap.5.* Rebuff. *in praxi benefic. tit. de reſcript. ad beneficia vacatura*, Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.2. cap.27. num.3.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. §.1. proœm. num.57. cum multis ſequentibus.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.30. tract.3. à num.266.* Maſſobr. *in ſua praxi habendi concurſum, prælud.23. in principio, num.10.* ſecundùm Lugdunen. impreſſ. Lotter. *de re benefic. lib.1. in apparatu num.16.* Suar. *de Relig. tom.1. lib.4. de ſimon. cap.33. num.8.*

2. Expectatiuas eſſe omnino ſublatas etiamſi illæ factæ ſint de conſenſu Ordinariorum, refert deciſum Gonzal. *d. §.1. proœm. num.63.* vbi *num.64.* pariter deciſum aſſerit ex hoc decreto expectatiuarum abrogatarum colligi non poſſe erigi ab Epiſcopo Canonicum ſupra numerarium ad futuram præbendam.

3. α *Etiam Collegijs, Vniuerſitatibus*, &c.] Quæ minimè comprehenderentur ſi expreſſa non forent, vt ait Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ.37. num.22.* illorum autem appellatione qui veniant dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignificat. appellat.55.* & an veniant appellatione perſonæ, latè *appellat.198. num.1. & 9.*

Hoc decretum non comprehendit conſuetudinem immemorialem hactenus obſeruatam in Eccleſia Salamantina, & à Pio IV. Motu proprio confirmata & ex certa ſcientia, in qua extant 24. Canonici, quorum duo poſtremi præbendam expectant, & antequam vacet aliquis Canonicatus, cuius electio ſpectat ad Canonicos, eliguntur à Capitulo præcedente licentia Epiſcopi duo, vel tres expectantes locum vltimi Canonici, ſine præbendam vacaturam, ad quem iuxta gradum expectantis denuo à Capitulo eligitur vnus, & admittitur præcedente approbatione, & confirmatione Ordinarij refert deciſum Garc. *part.5. c.1. num.5.*

β *Sed nec reſeruationes mentales*, &c.] Vide Maſſobr. *in d. praxi præl.24. dub.1. num.7.*

Reſeruationem mentalem eſſe quando Papa reſeruabat beneficium vel in ſpecie, vel in genere per Bullam, vel Breue, vt perſonæ gratæ prouideret, quam non exprimebat, ſed in mente retinebat, aſſerit Gonzal. *dict. §.1. proœm. num.67.* 4.

*Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes in prima inſtantia coram Ordinarijs locorum cognoſcantur, & infra biennium terminentur, ex quo licebit ad alium iudicem appellare, immo & antè in alio caſu. Cauſas matrimoniales & criminales ſolus Epiſcopus cognoſcat, etiam caſu quo controuertitur de huiuſmodi cauſæ cognitione, &c. Legati de latere non procedant contra clericos, aliaſve perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo priùs requiſito, & negligente. Agitur de mercede actorum, & de mercede Notarij copiam actorum dantis appellanti, &c.*

## CAPVT XX.

1 *Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum ſpectantes coram Ordinarijs locorum in prima inſtantia decidi, & infra biennium terminari debent.*
2 *Primæ inſtantiæ Ordinarij non poſſunt parte in eius præiudicium renunciare.*
3 *Cauſas in curijs Ordinariorum pendentes non poſſunt ſuperiores etiam Nuncij aduocare.*
4 *Auditor Cameræ non poteſt de cauſis in prima inſtantia cognoſcere.*
5 *Cauſas obligatione Camerali firmatas in partibus exiſtentes poteſt Auditor Cameræ aduocare.*
6 *Prelati inferiores, qui ſubſunt Epiſcopis, non habẽt ius cognoſcendi de cauſis in prima inſtantia.*
7 *Abbates, qui poſſint hodie de cauſis clericorum ſuæ Eccleſiæ cognoſcere.*
8 *Capitulum Sede vacante cognoſcit de cauſis in prima inſtantia.*
9 *Hoc decretum ad Regulares non pertinet.*
10 *Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum ſpectantes intra biennium terminari debent.*
11 *Per hoc decretum imponitur terminus inferiori ad cauſam finiendam, non tamen irritantur acta proceſſus.*
12 *Hoc decretum non loquitur de executoribus ſpecialiter deputatis.*
13 *Lis quando dicatur mota.*
14 *Cauſa intra biennium non terminata vt concedatur auocatoria, quid inquirendum.*
15 *Iudicis de culpa vt conſtet debet ſæpè requiri.*
16 *Interpellatio vna an ſufficiat.*
17 *Huic decreto locus eſt in cauſis nullitatis profeſſionis.*
18 *Conſenſus prorogandi iuriſdictionem in prima inſtantia tollitur.*
19 *Appellatio admittitur ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente.*
20 *Appellari à ſententia interlocutoria in quibus caſibus poſſit.*
21 *Sententia ſuper minori ætate lata habet vim diffinitiuæ, & ab ea poteſt appellari.*
22 *Iniuſta articulorum admiſſio, vel denegata iuſta admiſſio.*
23 *Iudex quando pronuntiat ſe competentem, vel incompetentem.*
24 *Admiſſio, vel reiectio teſtium.*
25 *Probationum reiectio.*
26 *Abſolutio inſtantiæ.*
27 *Expenſarum expreſſa abſolutio.*
28 *Iuramenti in litem delatio alteri parti.*
29 *Dilatio breuis ad probandum.*
30 *Tormentis vbi aliquis eſt ſubijciendus.*
31 *Carceri ſi aliquis mancipari iubeatur.*
32 *Excommunicatio per decretum interlocutorium prolata.*
33 *Officij publici excluſio.*
34 *Legitimatio perſonarum.*
35 *Denegatio copiæ actorum.*
36 *Appellatio licita eſt ab interlocutoria vbi grauamen reparari non poteſt in definitiua.*
37 *Appellatio licita eſt ab interlocutoria etiamſi grauamen poſſit reparari, ſed non ex toto, vel magna cum difficultate.*
38 *Damni irreparabilis plures caſus.*
39 *Cauſæ quæ iuxta canonicas ſanctiones apud S. Sedem ſunt iudicandæ, vel quas Papa ſupplicatione manu propria ſignata expreſsè ad ſe auocauerit, non ſunt in prima inſtantia coram Ordinarijs decidendæ.*
40 *Hoc decretum non ſuſtulit modos legitimos, quibus quis ex iuris diſpoſitione ſortitur forum.*
41 *Obligatus in forma Cameræ tenetur in prima inſtantia coram Auditore Cameræ reſpondere.*
42 *Contractus celebrati, vel delicti commiſſi ratione poteſt quis in prima inſtantia cognoſcere quamuis non ſit loci Ordinarius.*
43 *Clericus pupillus quando poſſit forum declinare.*
44 *Ordinarij locorum ſe intromittere non poſſunt in executione litterarum Apoſtol.*
45 *Cauſæ poſſeſſionis beneficiorum reſeruatorum Sedi Apoſtol. poſſunt immediatè ab Auditore Cameræ, ſeu alio delegato Apoſtol. cognoſci.*
46 *Hoc decretum locum non habet in beneficijs reſeruatis, ſeu affectis.*
47 *Matrimonialium cauſarum cognitio pertinet ad Epiſcopum, & non ad alium inferiorem.*
48 *Epiſcopus debet manuteneri in cognitione cauſarum matrimonialium.*
49 *Criminales cauſæ etiam viſitando iudicare non poſſunt Decani, Archidiaconi, vel alij inferiores iudices.*
50 *Cauſas criminales iudicare poſſunt Abbates habentes iuriſdictionem pleno iure ſpiritualem & temporalem.*
51 *Procedit in Decanis, & Archidiaconis, qui ſunt in diœceſi Epiſcoporum.*
52 *Cauſas matrimoniales & criminales cognoſcere*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſpectat ad Epiſcopũ etiam in Abbatis exemptis.*

53 *Cauſarum matrimonialium, & criminalium cognitio ad Epiſcopum ſpectat donec per alium prætendentem probetur immemorialis.*

54 *Cauſas matrimoniales, & criminales cognoſcere poſſunt inferiores Epiſcopo ex præſcriptione immemorabili, conſuetudine, vel priuilegio.*

55 *Matrimonialium cauſarũ cognitionem habere poſſunt inferiores Epiſcopo ex delegatione Papæ.*

56 *Abbates exempti iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes non veniunt in præſenti ſub nomine Epiſcopi.*

57 *Vicarius Epiſcopi habet cognitionem cauſarum matrimonialium ex officio.*

58 *Cauſæ matrimoniales & criminales à Capitulo Sede vacante cognoſci, & definiri poſſunt.*

59 *Iuriſdictio Epiſcopi deuoluitur ad Archiepiſcopum per negligentiam Epiſcopi circa id quod facere debet.*

60 *Appellans acta omnia coram Epiſcopo geſta ad iudicem appellationis expenſis ſuis transferre tenetur.*

61 *Procedit in actis factis in partibus coram delegato.*

62 *Habet locum in quocunque iudice Eccleſiaſtico, & in cauſis tantùm Eccleſiaſticis.*

63 *Procedit in cauſis profanis vertentibus coram iudice Eccleſiaſtico.*

64 *Acta prioris inſtantiæ tranſportare ſpectat ad eum, qui appellauit.*

65 *Actorum tranſportatio iuxta hoc decretum eſt de forma quando cauſa eſt Eccleſiaſtica.*

66 *Actorum tranſportatio neceſſaria in cauſa beneficiali.*

67 *Acta integrè, & legitimè debent tranſportari.*

68 *Sententia lata à iudice appellationis non tranſportatis actis eſt nulla.*

69 *Geſta actis diminutis & diſmembratis ſunt nulla.*

70 *Acta verbaliter tantùm producta non ſunt neceſſariò tranſportanda.*

71 *Proceſſus ſi formatus fuerit in diuerſa cauſa non eſt neceſſaria illius tranſportatio.*

72 *Actorum irreleuantia excuſat à tranſportatione.*

73 *Actis non integrè tranſportatis quãdo procedi poſſit in caſibus profanis.*

74 *Acta in dubio præſumuntur integrè tranſportata.*

75 *Notario atteſtanti de integra tranſportatione ſeu non extare alia acta credatur.*

76 *Appellatus ſi occultauit proceſſum, vel impedimẽtum pręſtitit vt tranſportatio non fieret in eius odium, habetur pro facta.*

77 *Acta originalia proceſſuum primæ inſtantiæ ad iudicem appellationis Notarius mittere non cogitur.*

78 *Procedit in omnibus cauſis Eccleſiaſticis vertentibus coram quocunque iudice etiam non Epiſcopo.*

79 *Concordatur hoc decretum cum alio cap. 3. ſeſſ. 13. de reformat.*

80 *Notarius tribunalis Eccleſiaſtici tenetur in copia actorum tradere ſententiam abſque eo quòd ſoluantur ſportulæ.*

81 *Hoc decretum omnino ſuſtulit quadragenarium cũ titulo.*

82 *Concordiæ confirmatæ per Sedem Apoſtol. ex certa ſcientia non ſunt ſublatæ per hoc decretum.*

83 *Concordia quando dicatur obtenta ex certa ſciẽtia.*

84 *Hoc decretum ſuſtulit res iudicatas, quę innitũtur priuilegijs ante Concil. obtentis.*

85 *Conſuetudines immemoriales non comprehenduntur ſub hoc decreto.*

α C*Auſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum* quomodolibet pertinentes, β *etiamſi beneficiales ſint*, in prima inſtantia γ *coram Ordinarijs locorum* dumtaxat cognoſcantur, δ *atque omnino, ſaltem infra biennium* ε *à die motæ litis*; [a] terminentur, ζ *alioquin poſt id ſpatium* liberum ſit partibus, vel alteri illarum iudices ſuperiores, aliàs tamen competentes, adire, qui cauſam in eo ſtatu quo fuerit, aſſumant & quamprimum terminari curent, nec antea alijs committantur, nec auocentur, η *neque appellationes ab eiſdem interpoſitæ*, per Superiores quoſcumque recipiantur, eorumve commiſſio, aut inhibitio fiat, niſi à definitiua, θ *vel à definitiuæ vim habente*, ι *& cuius grauamen per appellationem à definitiua* reparari nequeat. κ *Ab his excipiantur cauſæ, quæ* [b] *iuxta canonicas* ſanctiones apud Sedem Apoſtolicam ſunt tractandæ, λ *vel quas ex vrgenti*, rationabilique cauſa iudicauerit ſummus Romanus Pontifex per ſpeciale reſcriptum Signaturæ Sanctitatis ſuæ μ *manu propria ſubſcribendum*, committere, aut auocare. ν *Adhęc, cauſæ matrimoniales*, ξ *& criminales* non Decani. Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio, etiam viſitando, ο *ſed Epiſcopi tantùm* examini, & iuriſdictioni relinquantur, etiamſi in præſenti inter Epiſcopum, & Decanum, ſeu Archidiaconum, aut alios inferiores ſuper cauſarum iſtarum cognitione lis aliqua in quacumque inſtantia pendeat: π *coram quo ſi pars verè paupertatem probauerit*, non cogatur extra prouinciam nec in ſecunda, nec in tertia inſtantia in eadem cauſa matrimoniali litigare, niſi pars altera ρ *& alimenta, & expenſas litis* velit ſubminiſtrare. Legati quoque etiam de latere, Nuntij, Gubernatores Eccleſiaſtici, aut alij quarumcunque facultatum vigore, non ſolùm Epiſcopos in prædictis cauſis impedire, aut aliquo modo eorum iuriſdictionem iis præripere, aut turbare non præſumant, ſed nec etiam cõtra Clericos, aliaſve perſonas Eccleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, σ *eoque negligente, procedant*, aliàs eorum proceſſus ordinationeſve nullius momenti ſint, atque ad damni ſatisfactionem partibus illati teneantur. τ *Præterea ſi quis* υ *in caſibus à iure permiſſis appellauerit*, aut de aliquo grauamine conqueſtus fuerit, ſeu aliàs ob lapſum biennii, de quo ſupra, ad alium iudicem recurrerit, φ *teneatur acta omnia*, χ *coram Epiſcopo geſta*, ad iudicem appellationis ψ *expenſis ſuis* transferre, eodem Epiſcopo prius admonito, vt ſi quid ei pro cauſæ inſtructione videbitur, poſſit iudici appellationis ſignificare. Quòd ſi appellatus compareat, cogatur tunc is quoque actorum, quæ tranſlata ſunt, expenſas, pro portione ſua, ſi illis vti voluerit, ſubire, niſi aliter ex loci conſuetudine ſeruetur, vt ſcilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Porrò ipſam actorum copiam teneatur notarius, congrua mercede accepta appellanti quanto citius, & ad minus intra

menſem,

a Infra ſeſſ. vlt. de refor. c. 10. in fin.

b Cap. nec licuit. 17. diſt. c. maiores de bapt. Vigilius Papa in Epiſtol. ad Eutherum. in fin. & Pelagius 2. in 1. Epiſt. circa fin. cum ſim.

menſem, exhibere. Qui notarius ſi in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officii adminiſtratione arbitrio Ordinarii ſuſpendatur, & ad populi pęnam quanti ea lis fuerit inter appellantem, & pauperes loci diſtribuendam compellatur. Iudex verò, ſi & ipſe impedimenti huius conſcius particepſve fuerit, aliterve obſtiterit, ne appellanti integrè acta intra tempus traderentur, ad eandem dupli pęnam, prout ſuprà, teneatur, *ω non obſtantibus, quo ad omnia ſupraſcripta, priuilegijs, indultis, concordijs*, quæ ſuos tantùm teneant auctores, *αα & alijs quibuſcumque conſuetudinibus*.

1\. VIde Paul. Fuſc. *de viſitat. lib. 1, cap. 33. num. 3.* Monald. *conſ. deciſiuo* 94. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part. 4. collect. 1353. in fine*, Flores de Mena *pract. lib. 1. quæſt. 12. num. 8. cum ſeqq.* Ioan. Maria Nouarr. *in nouo iure Pont. concluſ. 54. num. 1. cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 837. à num. 15.* Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſim. part. 2. cap. 3. cum ſeqq. & de protect. Regia tom. 1. p. 2. cap. 17. ex nu. 2.* Mari. Antonin. *variar. reſolut. lib. 1. reſolut. 15. num. 3.* Franc. Leo. *in theſauro fori Eccleſ. p. 2. c. 1. num. 70.* Piaſec. *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 4. num. 3.* Viuian. *in praxi iuriſpatron. part. 2. lib. 7. c. 3. num. 5.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. inſtantia, §. 4.* Flamin. *de reſignat. lib. 3. q. 1. nu. 19.* Valenzuel. *conſ. 125. num. 2.* Anguian. *de legib. lib. 3. controu. 17. & controuerſ. 33. num. 67. cum ſeqq.* latè Narbona *l. 59. gloſſ. 1. nu. 23. cum ſeqq. tit. 4. lib. 2. Recopil.* nouiſſimè D. Felician. de Vega *ad cap. venerabilis 20. num. 10. cum ſeqq. de iudic.* metipſum *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part. 3. alleg. 51.*

2\. Quod quidem ius Ordinariorum vt in prima inſtantia procedant, nullo modo à partibus poſſe in eorum præiudicium renunciari tenent Soar. de Pace *in pract. tom. 2. prel. vltim. num. 18.* Ludouic. à Sarauia *de iuriſdict. Adiunctorum, q. 7. num. 7.* Nouar. *concluſ. 1. aliàs 54. num. 6.* Modern. *de ſupplic. ad Sanctiſſ. part. 1. cap. 13. num. 35. & p. 2. cap. 3. §. vnic.* Non enim Epiſcopo conſentiente cauſa in prima inſtantia etiam in Romana Curia poteſt introduci, niſi & partes etiam conſenſum præſtiterint, vt ſacra Cardin. Congregatio cenſuit, teſte Narbona *d. l. 59. gloſſ. 1. nu. 173. tit. 4. lib. 2. Recopil.*

3\. Alios ſuperiores etiam Nuncios, vel Legatos de latere ſpecificam poteſtatem maiorem non habentes ad ſe aduocare non poſſe cauſas in curijs Ordinariorum, vel aliorum inferiorum iudicum pendentes, niſi per viam legitimam appellationis ad ipſorum tribunalia deferantur, reſolutum refert Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curia Archiepiſ. Neapolit. p. 4. deciſ. 296. num. 5.* Narbona *d. l. 59. gloſſ. 1. nu. 23. in fine cum ſeqq.* Modern. *d. p. 2. c. 3. num. 18.*

4\. Auditorem Camerę, nec quemuis alium iudicem Romanæ Curiæ poſſe de cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus in prima inſtantia cognoſcere, nec monitoria decernere ad extrahendas partes à ſuis domicilijs, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 126. & in deciſ. curia Archiep. Neapol. part. 4. deciſ. 271. num. 6. & deciſ. 273. num. 3.* Ego ipſe *d. part. 3. allegat. 81. num. 3.* Modern. *d. p. 2. cap. 3. num. 20.*

5\. Cauſas autem obligatione Camerali firmatas in partibus exiſtentes Auditor Cameræ auocare poteſt, etiamſi extra Curiam contractum ſit, & licèt pendeant coram Ordinarijs, reſoluunt Lancellot. *de attentat. lite pend. limit. 15. num. 3. & cap. 20. limitat. 26.* Flores de Mena *variar. lib. 1. quæſt. 12. num. 48.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 118. in fine.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut. 342.* Nouar. *in ſingul. iuris canon. concluſ. 54. num. 5.* Narbona *d. l. 59. gloſſ. 1. num. 239.* Modern. *de protect. Regia p. 2. cap. 17. num. 6. & de ſupplicat. ad Sanctiſſ. part. 2. cap. 5. §. 3. à num. 4.* vbi *num. 7.* ex ſuo capite, auſus eſt dicere poſt Concilium Trident. ceſſaſſe facultates Auditoris Cameræ. Ego ipſe *d. allegat. 81. num. 16.*

*α Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum*, &c.] Comprehendere cauſas omnes ciuiles, criminales, beneficiales, & matrimoniales reſoluunt Franciſc. Monald. *conſ. 96. per tot. p. 2.* nouiſſimè D. Felician. de Vega Archiep. Mexican. *ad cap. venerabilis 20. num. 16. de iudic.*

*β Etiamſi beneficiales ſint.*] Niſi cauſæ beneficiales ſint, in quibus litteræ ſub plumbo expeditę ſunt, ac de illarum nullitate, vel intellectu tractatur, nam tunc etiamſi in prima inſtantia eſſemus per ſignaturam Iuſtitiæ in Curia demandantur, quia de viribus litterarum Apoſt. vel earum intellectu iudicare ad ſacræ Rotæ Auditores, non verò ad alios inferiores iudices ſpectat Marcheſ. *de commiſſ. appellat. extra Rom. Cur. p. 1. c. 6. num. 47.* Garc. *de benefic. p. 6. c. 3. à num. 6.* Narbona *d. l. 59. gloſſ. 1. num. 194.*

6\. *γ Coram Ordinarijs locorum*, &c.] De Epiſcopis ſcilicet, & exemptis Epiſcopalem iuriſdictionem habentibus, non autem de Prælatis inferioribus, qui ſubſunt Epiſcopis intelligi debere affirmant Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. q. 36. art. 4.* Rot. *deciſ. 100.* apud Farin. *p. 4. ſuæ praxis crimin.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 3. quæſt. 11. nu. 19.* vbi *nu. 22.* reſoluit ſub verbo *Ordinarijs*, de quo in pręſenti, comprehendi etiam Vicarium Epiſcopi, refero Ego ipſe *d. alleg. 81. num. 4.* de quo Narbona *l. 59. gloſſ. 1. num. 51. cum ſeqq. tit. 4. lib. 2. Recop.*

7\. Abbates etiam non exemptos, & alios, quibus olim vel ex præſcripta conſuetudine, vel aliquo priuilegio de cauſis clericorum ſuæ Eccleſiæ, vel cumulatiuè cum Ordinario, vel priuatiuè cognoſcere competebat, etiam hodie non obſtante decreto Concil. de quo in præſenti, poſſe vti eadem iuriſdictione, cùm Concilium generaliter de iuriſdictione ordinaria loquatur, & iuriſdictiones Abbatum iuſto iure, & titulo quæſitæ etiam ordinariæ cenſentur, conſuluit Nauar. *conſ. 2. num. 4. de foro compet. in antiq.* aliàs *conſ. 9. de priuil. in nouis.* Sayr. *in floribus deciſ. ſub illo tit. de foro compet. deciſ. 2. verſ. poſſunt*, latè Narbona *l. 59. gloſſ. 1. num. 66. cum ſeqq. tit. 4. lib. 2. Recop.* Ego ipſe *d. alleg. 81. num. 7.*

8\. Capitulum Sede vacante, cùm ſuccedat Epiſcopo in omnibus, quæ ſunt iuriſdictionis etiam voluntariæ, habere priuilegium cognoſcendi cauſas in prima inſtantia ex vi huius decreti, reſoluunt Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol. 130. & in deciſ. curia Archiep. Neapol. p. 4. deciſ. 273. num. 7.* Nouar. *in ſingul. canon. concl. 54. num. 4.* Ego ipſe *d. alleg. 81. num. 6.* Modern. *d. p. 2. cap. 4. num. 26.*

9\. Hoc decretum ad Regulares non pertinere, nec Cōſeruatorias Regularium imminuere, aut reſtringere, nec quoad primam inſtātiam ipſorum aliquid noui inducere aſſerunt deciſum Aldret. *in alleg. pro omnimoda Regularium exempt. part. 1. cap. 7. num. 4.* Nouar. *d. concl. 54. nu. 12.* Aloyſ. Ricc. *d. deciſ. 273. num. 7. prope fin. p. 4.* Ego ipſe *d. alleg. 81. num. 13.* reſoluunt Nauar. *conſ. 1.* aliàs *3. de offic. deleg.* Sayr. *in florib. deciſ. ſub eodem tit. deciſ. 1.* Mari. Antonin. *var. reſol. lib. 1. reſol. 15.* Ceuall. *de cognit. per viam viol. p. 2. q. 157. num. 12.* Sanch. *in conſ. mor. lib. 6. c. 9. dub. 5. nu. 12.* Et ſignanter quòd Conſeruatoriæ Regularium non ſint ſublatæ per hoc decretum, etiam quòd cauſæ graues ſint, & plenariam cognitionem requirant, cenſuiſſe Sac. Congreg. *in vna Mediolanen.* refert Rot. *in Oſcen. iuriſdictionis 12. Decembris 1614. coram bonæ mem. Vbaldo ſen.*

10\. *δ Atque omnino ſaltem intra biennium*, &c.] Vide Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 1353. in fin.* Franc. Leon. *in theſauro fori eccleſ. p. 2. cap. 1. num. 70.* Salgado *de protect. Regia, p. 2. c. 17. num. 35.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verb. inſtantia, verſ. quarto, & verſ. ſexto*, aſſerit hoc tantùm fallere in Curia Romana, vbi lis ſiue inſtantia nunquam extinguitur, niſi per ſententiam, de quo etiam Franc. Leo *d. cap. 1. num. 73.*

11\. Per hoc decretum imponi terminū inferiori ad cauſam finiendam, non tamen irritari acta proceſſus, cùm inſtantia iudicij ſecundum Canones per text. in præſenti non abrogatos, ſit perpetua, tradunt Zerol. *d. verſ. quarto.* Sigiſm. Scaccia *de appellat. q. 15. num. 278.* Salgado *de protect. Regia, tom. 1. p. 4. cap. 2. num. 66.* Anguian. *contr. 17. num. 24.* vbi ait biennium hic non inſtantiæ, ſed liti & cauſæ intra illud omnino terminandæ præfinitum fuiſſe: quod etiam eo citato tradit Narbona *d. l. 59. gloſſ. 1. num. 73.* & eum refert Modern. *d. p. 2. c. 6. num. 4.* Vide D. Felician. de Vega *in d. c. venerabilis, num. 11.* ibi, *Dicendum ergo eſt pro vera reſolutione, & intellectu eiuſdemmet Concilij,*

*quod*

*quod licèt in eo præfinitum ſit prædictum tempus biennij, vt infra illud iudices primæ inſtantiæ iuſtitiam adminiſtrent, non tamen per hoc aliquid mutatum eſt circa durationem, ſeu perpetuationem, quam poteſt habere cauſa eccleſiaſtica etiam poſt ipſum biennium coram iudice Superiore, ad quem cauſa ipſa fuerit deuoluta: ſic etiam colligitur ex verbis ipſius Concilij, quatenus non dicit quòd per tranſcurſum eiuſdem biennij pereat inſtantia ſed ſolùm quòd poſſit dari recurſus ad prædictum Superiorem, vt cauſam iam cœptam, & ex negligentia diutius protractam ſiue dilatatam in ſtatu, quo fuerit, & ex eiſdem actis quantocitius terminet, & definiat, itaque non innouatur primæ inſtantiæ qualitas, ſed ſolùm ad eius abbreuiationem aſſignatur prædictum biennium tanquam in pœnam dictæ negligentiæ;* & hanc interpretationem ſentire videtur Zerol. *in praxi verb. inſtantia*, §.4. & illam expreſsè ponit Anguian. *lib. 3. de legib. contr.* 17. *num.* 24. & Narbona *dict. l.* 59. *gloſ.* 1 *num.* 74.

12. Quod hoc decretum non loquatur de executoribus ſpecialiter deputatis, ſed de iudicibus ordinarijs, ac proinde locum habeat in cauſis tantùm contentioſis, non autem gratioſis, in quibus non datur inſtantia, nec executoris iuriſdictio perimitur, niſi perempta gratia, *cap. ſuper gratia, de offic. deleg. in* 6. Et quòd non habeat locum in Romana Curia, quia ibi lis, ſeu inſtantia nunquam extinguitur, propter facultatem prorogandi fatalia, fuit dictum *in Aquilana bonorum* 17. *Iunij* 1624. *coram bonæ mem. Remboldo.*

13. *ε A die motæ litis.*] Quando dicatur lis mota, vide Rebuff. *in l. litis nomen.* 36. *pag.* 206 *ff. de verb ſignif.* Parlad. *different.* 128. *num.* 4. Cabed. *Luſit. deciſ.* 15. *num.* 11. *part.* 2. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *part.* 2. *c.* 13. *num.* 44. in his terminis Anguian. *d. lib.* 3. *controu.* 17. *num.* 26. vbi aduertit ſecundùm verborũ proprietatem, & omnimodum iuris rigorem motam dici litem antequam conteſtata ſit, effectu verò motam litem intelligi etiam poſtquam conteſtata eſt. & *nu.* 31. admonet deciſionem Concilij in præſenti locum tantummodo habituram in prima inſtantia ante definitiuam ſententiam, non autem in ſecunda, ſeu in cauſa appellationis, in qua alius terminus aliter incipiens, non tantùm inſtantiæ, verùm etiam liti & cauſæ iure præfinitur, vt *in cap. cùm ſit*, §. 5. *in princ. de appellat. & in Clem. ſicut, eodem tit.*

14. *ζ Alioquin poſt illud ſpatium*, &c.] Cauſa intra biennium nõ terminata vt concedatur auocatoria, opus eſſe quòd ex parte iudicis nolentis, vel non curantis intra dictum biennium cauſam expedire, detur culpa, defectusque appareat, referunt deciſum Marcheſan. *de Commiſſion. p.* 2. §. 4. *n.* 54. Franc. Leo *d. c.* 1. *n.* 72. Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſol.* 334. *à princ. & in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 153. *p.* 4. Nouar. *in ſingul. iuris Canonici, concl.* 55. Ego ipſe *dict. alleg.* 81. *num.* 12. aduertens quòd ſi per iudicem non ſtetit quominus intra dictum tempus cauſam diffiniuerit, ſed ob illius grauitatem, & qualitatem, vel partium cauillationes non ſit definita, elapſo biennio non habet locum appellatio, de quo etiam Salgado *d. p.* 2. *c.* 17. *num.* 35.

15. Ad hoc vt conſtet de culpa iudicis debere ſępe requiri, & de hoc coram iudice ſuperiore inſtari, tradunt Grammat. *voto* 31. *num.* 13. Aloyſ. Ricc. *d. reſolut.* 334. *num.* 1. Narbona *d. l.* 59. *gloſſ.* 1. *num.* 100. Ego ipſe *d. allegat.* 81. *num.* 9. *in fine.*

16. An requiratur vnica interpellatio, ſeu præſtatio, vel plures vt dicatur ſtare per iudicem quominus cauſa expediatur? Vide Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſ. Neapol. deciſ.* 120. *p.* 4. Narbona *d. l.* 59. *gloſſ.* 1. *num.* 110. Modern. *d. cap.* 6. *num.* 8.

17. In cauſis nullitatis profeſſionis, quę infra biennium ab Ordinario, & ſuperiore Regulari non terminantur, eſſe locum huic decreto Concil. aſſerit deciſum Armend. *in addit. ad leg. Nauarræ lib.* 2. *tit.* 18. *l.* 7. *de Relig. num.* 40. quem refero *d. alleg.* 81. *n.* 8. & me citato Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 273. *n.* 6. *p.* 4. Modern *d. p.* 2. *c.* 6. *n.* 5. Fèlic. de Vega *vbi ſupr. n.* 18. Lapſo corã Iudicibus Conſeruatoribus Religionum biennio non eſt liberum partibus iudices ſuperiores adire, quia Decretum Concilij *in præſenti* fuit editum in fauorem iuriſdictionis ordinariæ; ita per S. Congr. deciſum refert Narbona *d. l.* 59. *gl.* 1. *n.* 103.

18. Conſenſum prorogandi iuriſdictionem in prima inſtantia tolli litigantibus per hunc text, tenet Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *prælud. vlt. num.* 18. *cum ſeqq.*

*η Neque appellationes ab eiſdem interpoſitæ*, &c.] Vide Zerol. *in praxi Epiſc. p.* 1. *verb. appellatio*, §. 1. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *cap.* 6. *in proœm. num.* 25. vbi *nu.* 26. dicit hoc decretum procedere in interlocutorijs latis tam à iudice ordinario, quàm à delegato, & tam in prima inſtantia, quàm in ſecunda; quia non eſt correctorium Iuris communis, ſed potiùs declaratorium. Modern. *d. p.* 2. *c.* 5. §. 2.

19. *θ Vel à definitiuæ vim habente.*] Cauſam in prima inſtantia Ordinario adimi ſi à ſententia interlocutoriæ diffinitiuæ vim habente, aut cuius grauamen per appellationem à diffinitiua reparari nequeat, fuerit interpoſita appellatio, reſoluit Narbona *d. l.* 59. *gloſ.* 1. *nu.* 104. Appellationem enim admittendam ab interlocutoria vim diffinitiuæ habente, reſoluunt Franc. Marc. *Delphin. deciſ.* 314. *num.* 1. *vol.* 2. Decian. *reſponſ.* 62. *num.* 24. *vol.* 5. Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 18. Bernard. Græu. *ad pract. Cameræ Imperialis lib.* 1. *concluſ.* 130. *à princ.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p.* 4. *deciſ.* 16. Ordin. Reg. Luſit. *lib.* 3. *tit.* 69. *in princ.* vbi Parens meus. Et appellationem ab interlocutoria eſſe odioſam, quia habet oculos retro, dicit Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 158. *nu.* 6. A ſententijs interlocutorijs, quæ grauamen continent irreparabile, aut diffinitiuæ vim habent, appellari non ſolùm poſſe cùm grauamen iudicialiter infertur, verùm etiam ſi extraiudicialiter inferatur, reſoluit Narbona *d. l.* 59. *gl.* 1. *num.* 179. vbi refert S. Congr. ita decidiſſe *in vna Colimbrien.* idem ex eo dicit Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. p.* 2. *c.* 5. §. 2. *num.* 10. *& c.* 23. *num.* 26.

20. Plures caſus, in quibus poteſt appellari à ſententia interlocutoria, vide apud Afflict. *in cap. ſi inter dominum, nu.* 97. *de inueſt inter dom. & vaſal. lib.* 1. *fol.* 96. Guid. Pap. *deciſ.* 75. Bellacomb. Viu. Kirchou. & alios *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 24. *num.* 18. *cum ſeqq.* Lancel. *de attent. appell. pend. c.* 12. *lim.* 1. Menoch. *remed.* 4. *adipiſc. q.* 99. *num.* 822. *cum ſeqq.* Anton. Grauat. *ad praxim Rom. Curiæ lib.* 7. *c.* 3. *nu.* 46. Viui *Neapol. deciſ.* 302. Tiber. Decian. *reſp.* 62. *vol.* 5. Cornel. Breder. *in tract. de appellat. p.* 1. *tit.* 20. *col.* 433. *cum multis ſeqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. §. 1. *in annot. num.* 191. *cum ſeqq.* Valaſc. *conſult.* 47. *& conſ.* 51. *nu.* 53. Sigiſm. Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 47. Alex. Trentac. *var. reſol. lib.* 2. *ſub tit. de appell. reſol.* 13 Salzado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 2. *c.* 1. *nu.* 4. *cum ſeqq.* Fr. Hieron. Roder. *in comp. qq. regul. reſol.* 10. *num.* 33.

*Caſus in quibus appellatio admittitur ab interlocutoria, vel quia vim diffinitiuæ habet, vel quia damnum irreparabile continet.*

21. I. Sententiam ſuper minori ætate latam, per quam pronuntiatur quem non eſſe minoris ætatis, habere vim diffinitiuæ, ac proinde ab ea poſſe appellari, reſoluunt Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 24. *num.* 24. *pag.* 322. Gam. *Luſit. deciſ.* 159. *num.* 2. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 2. *c.* 1. *num.* 54. Valaſc. *conſ.* 47. *num.* 4. vbi refert talem opinionem non ſeruari in illo Regno, eo quòd grauamen quod reſultat ex tali pronuntiatione, poſſit corrigi in ſententia principalis cauſæ.

22. II. Ab iniuſta articulorum admiſſione, vel ab eorum denegata iuſta admiſſione appellari poſſe tenent Bald. *in l. poſt ſententiam* 9. *num.* 4. *in fin. C. de ſent. & interloc.* Maſcard. *de probat. concl.* 131. *& ſeq.* Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 1. *lit. A. concl.* 359. *num.* 32. *&* 35. Surd. *deciſ.* 56. *ex n.* 17. Aloyſ. Ricc. *in d. praxi reſol.* 105. *n.* 4. *verſ. quintus.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 1. §. 1. *in annot. num.* 190. *& ſeq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 74. *num* 15. Alezand. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *ſub tit. de appellat. reſol.* 13. *num.* 14. Sigiſm. Scacc. *de appellat. q.* 17. *lim.* 47. *n.* 90. *&* 137. Salgado *d. c.* 1. *num.* 141.

23. III. Quando iudex ſe pronuntiat competentem, vel incompetentem, appellari poſſe tradunt Grauat. ad Veſtr. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 6. Roland. *conſ.* 133. *num.* 2. *lib.* 4. Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *tract. de deciſ. iudicij actu* 1. *nu.* 43. *pag.* 402. Stephan. Gratian. *d. c.* 74. *n.* 15. Scacc. *d. q.* 17. *limit.* 47. *nu.* 94. *&* 105.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

& 105. Alexand. Trentacinq. d.reſol.13. num.9. Caualer. deciſ.2. num.8. Salgado d.cap.1.num.38. Aloyſ.Ricc.in dict. praxi reſol.105.num.4.verſ.4.

24. IV. Ab admiſſione, vel reiectione teſtium, an ſcilicet teſtes admittendi ſint, vel non admittendi, licitam eſſe appellationem reſoluunt Ozaſc. Pedem, deciſ.25.nu.14. verſ.contrarium tamen, Seraph.Gratian d.c.77. ſub num. 13.& c.74.ſub num.15.Salgado d.c.1.num.151.vbi num.153. ſubdit procedere etiam vbicunque iudex admittit teſtes poſt lapſum termini probatorij, vel teſtes inhabiles, & num.157. idem tenet in publicatione atteſtationum, & num.62.reſoluit appellationi interpoſitæ à receptione teſtium & probationum facta poſt concluſionem in cauſa omnino eſſe deferendum.

25. V. A reiectione probationum appellari poſſe tradunt Triuiſ.Venet.deciſ.4.p.1.Grauat.d.c.10.num.7.Ozaſc.Pedem. deciſ.25.num.14.Menoch.remed.4.adipiſc.num.817.Surd.deciſ.36.num.17.Marant.d.loco num.44.in fine.Scacc.de appellat.q.17.limit.6.memb.7. ſub num.43. verſ. & quod ab interlocutoria, Stephan.Gratian d.cap.77.num.11.cum ſeqq.Salgado d.cap.1.num.138.

26. VI. Ab abſolutione inſtantiæ pariter appellari poſſe tradunt Marc.Anton.de Amatis Marchiæ deciſ.66.Cabed. p.2. Areſto 32. in fin. Cuius tamen contrarium tenent Nicol.Mil. in report.verſ. ſententia §.17.Rebuff.in præfat. l.quod iuſſit, num.48.ff.de re iudic. Marant. de ordine iudic. p.6. fol. 515.num.33.Salgado d.cap.1.num.185.ex ea ratione, quia non definit negotium principale cùm de nouo poſſit iudicium inchoari.

27. VII. Ab expreſſa abſolutione expenſarum poſſe victorem appellare, tenet Steph.Gratian.Marchiæ deciſ.50. num.1.& 2.Gam.Luſit.deciſ.65.num.1.Cabed.p.1. Areſto 78. D.Barboſa in l.eum qui temere,num.180.cum ſeqq.ff.de iudic. Salgado d.cap.1.num.176.

28. VIII. A delatione iuramenti in litem alteri parti per iudicem facta appellationem dari tradunt Lancellot.de attent.p.2.c.12.limit.50.num.190.Gonzal.d.§.1.in annot. num.195.Seraphin. de priuil.iuram priuil.102. num.15. limit.4.Scacc.d.q.17.limit.34.num.7.& 8.

29. IX. Quando datur dilatio ad probandum adeò breuis, vt ex breuitate poſſit deficere facultas probandi, Scacc.d.q.17.limit.47.in princ.memb.1.ſub num.26. Salgado d.c.1.ex num.118. Alex.Trentac.d.reſol.13.num.12.vbi nu. 14. declarat quando quis grauatur in non admiſſione teſtium, ſcripturarum, ſeu aliarum probationum.

30. X. A ſententia qua iudex pronunciat aliquem tormentis eſſe ſubijciendum, vti continente damnum irreparabile appellari poſſe probant ordinat. Regia Luſit.li. 3.tit 69.§.1.& lib.5. tit.122.§.3.Hippol.in l.1.nu.34 ff.de q. Clar. lib.5.§ fin.q 64.num.27.Azeued.l.3.num.6.tit.18.lib.4. nouæ recop. Aloyſ. Ricc.in collect.deciſ.collect.642.verſ.ſecundò, & in praxi rerum fori eccleſ.reſol.405.num.4. verſ.tertius, Zerol.in praxi Epiſc.p.1.verb.appellatio, §.9.Sigiſm.Scacc.d. q.17.limit.47. à num.143.Alex.Trentacinq.d.reſol.13.n.15. latè Salgado d.c.1.n.98.cũ ſeq.Narbona d.l.59.gl.1.n.108.

31. XI. A ſententia interlocutoria vt quis in carcerem conijciatur, appellari poſſe, quia affert damnum irreparabile, aſſerunt Don.à Fina tom.2.commun.opin. lib.9.tit.3. num.2. Cald.Pereira in l.ſi curatorem, verb.per quod,num.31. C. de integr. reſtit. minor. D. Barboſ. in l. 2. ff. ſoluto matr. in princ. p.2.nu.33. Melch.Phœbo tom.1.Areſto 101.Proſp.de Auguſtino in addit. ad Quarant. in ſumm. Bullarij verb. Archiepiſcopi auctoritas verſ.18.auctoritas,nu.20. lit.N. Piaſec. in praxi Epiſcop.p.2.c.4.n.100.vbi dicit intelligi poſſe,& debere de grauamine indebitæ carcerationis, Campan.in diuerſ. iuris Canonici rubr.11. c.13.num.312. Ludou.à Sarauia in tract. de iuriſdict. Adiunctorum quæſt.20. num.13. Hieron. Roderic. d.reſol. 10. num. 38. Salgado d. p.2. cap.4.à princ. Aloyſ. Ricc. in d. praxi reſolut. 505. num.4. verſ. primus. Narbona d.l.59.gloſſ.1.num.108.

32. XII. A ſententia excommunicationis per decretum inter locutorium prolata,quia continet damnum irreparabile, appellari poſſe reſoluũt Duen. reg.52.limit.2.Rebuff. in concord.tit.de friuolis appellat.in rub.ſub gloſſ.1. in fine verſ.fallit quando grauamen, Mart. de iuriſd.p.3.c.12.num.6. Gonzal.ad reg.8. Cancel.gloſſ.9.§.1.in annot.n.197. Salgado d.tom.1.p.2.c.5.ex n.3. Aloyſ.Ricc.in d.praxi reſol.105. nu.4. verſ. ſecundus. Appellatio tamen non eſt admittenda à comminatione Epiſcopi facta contra incurrentes excommunicationem, & alias cenſuras eccleſiaſticas à iure latas ad dicendum cauſam quare non debeant declarari incidiſſe; ſecus ſi comminatio fiat contra alios delinquentes ad effectum illos excommunicandi ob aliquod delictum, vel crimen ſub excommunicationis ab homine latæ pœna, vt per Aldan. in compendio canon. reſol. lib.2. tit.8.nu.10. vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum in Tropien.17. Martij 1619.

XIII. A ſententia lata, qua quis excluditur ab aliquo officio publico tanquam infamis poſſe appellari tenet Gam.Luſit.deciſ.139.num.1. 33.

XIV. A ſententia legitimationis perſonarum poſſe appellari, veluti ſi pars oppoſuerit non eſſe quem tutorem, non procuratorem, aut legitimo mandato carentem, non filium, & ſimilia, vel è contra, tenent Gam.Luſit.deciſ.159.num.2. Pacian.de probation. lib.1. c.58. ſub num. 47.Scacc.d.q.17.limit.6.memb.7.num.73. Salgado d.p.2.c.1. num.47. vbi num.55. ſubdit quod quando iudex interloquitur procuratorem eſſe, vel non eſſe legitimum, ab iſta interlocutoria tanquam à grauamine irreparabili datur appellatio, & num.57. reſoluit appellationem admittendam eſſe à declaratione iudicis, an quis ſit hæres, vel non, vel an cum beneficio legis, ſeu inuentarij, vel ſine ipſo, & num.60. idem dicit ſi iudex negauerit copiam actorum, & num.61. ſi iudex pronuntiat remittendum clericum ad ſuum iudicem eccleſiaſticum, & remittatur, & num.86. ſi iudex exceptionem recuſationis contra ſe ipſum non admittat, & num.117. vbi interlocutoria fertur ſuper articulo, à quo pendet tota cauſa principalis, tangit factum principale, ſeu ſubſtantiam negotij principalis. 34.

XV. A decreto denegationis copiæ actorum, vel inſtrumentorum communium dari appellationem, reſoluunt Duen. reg.52.fallent.5. Azeued. l.3. tit.18. lib.4.nouæ recop.Aloyſ.Ricc.d.reſol.405.verſ.ſextus,Salgado d.p.2.cap. 1. num.72. 35.

ı Et cuius grauamen per appellationem à definitiua, &c.] Vide Menoch. de arbitr caſu 490. num.3. Decian. reſp.62. num.21.vol.5. Petr.Gregor. de appellat.lib.2.c.4. Surd.deciſ. 36.num.13.Steph.Gratian.Marchiæ deciſ.202.num.5. Amat. Roder. de modo & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum. c.vlt.p.1.num.4.verſ.verumtamen, Ludou.Miranda de ordine iudic.q.30. art.8. concl.4. Ceuall. de cognit. per viam violentiæ gloſſ.6.num.10.& p.2.q.49.num.1. Sigiſm.Scacc. d.quæſt.17. limit.47. num.85. 36.

Quod quidem verum eſſe, etiamſi grauamen poſſit reparari, ſed non ex toto, vel magna cum difficultate, ſeu præiudicio partis, tenent Duen. reg.52.limit.10.Surd. deciſ. 39.num.14.& 15.Aloyſ.Ricc. d.reſol.405. num.2.& 3. Gonzal.d.gloſſ.9.§.1. in annot.num.177. Sigiſm. Scacc. d.q.17. limit.47.num.86. Stephan.Gratian. diſcept.forenſ.cap.74.num. 12.& 13.& c.77.num.9. Bernard.Græuæ. ad practic.Cameræ Imper. lib.1. concl.129. num.5.& 6. Hieron.Roder.in comp. quæſt.regul. reſol.10. num.36. 37.

Plures caſus damni irreparabilis vide apud Ioſeph. Ludou.Peruſina deciſ.83. Zerol. d.verb.appellatio, §.6. Quarant.in ſum.Bullarij verb.Archiepiſcopi auctoritas c.18.nu.20. Surd.deciſ.36.Gonzal.d.gloſſ.9.§.1.in annot.nu.176.cum ſeqq. Ignat.del Villar in ſylua reſp. lib.1.reſp.15. num.6. Scacc.d. limit.47. num. 150. cum multis ſeqq. Galet. in margarita caſ. conſcient.verb.appellatio 3.Steph.Gratian. diſcept.forenſ.cap. 77. Piaſec. in praxi Epiſc. p.2. c.4. num.100. cum ſeqq.Aloyſ. Ricc.in praxi rerum fori eccleſ.reſol.405.per tot.in 2.edit.Salgad.de protect.Reg.p.2.c.1.Hier.Roder.in comp.qq.regul.reſol. 10.num.35. cum ſeqq. 38.

ĸ Ab his excipiantur cauſæ, quæ iuxta Canonicas, &c.] Vide Piaſec.in praxi Epiſc.p.2.c.4.num.3. Franc.Leon. in theſauro fori eccleſ.p.2. cap.1. num.73. Aloyſ.Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep.Neapol.deciſ.273.num.7.p.4. latè Narbona d.l.59.gloſſ. 1.num.188. cum multis ſeqq. Nicol.Garc. de benefic. p.6.c.3.à num.6.Flores de Mena pract.lib.1. q.12.num.11. Ioan.Maria Nouar.in nouo iure Pontif.concl.54.num.7. latè Modern. d.p.2.cap.6.num.13.cum ſeqq.metipſum d.p.3.alleg.81.nu.10. 39.

Cauſæ

Cauſæ autem quæ juxta legitimas ſanctiones apud Sedem Apoſt. ſunt tractandæ, referuntur per gloſſ. *in c. quod tranſlatione, de offic. deleg. & in gl. vlt. c. vt debitus honor, de appell.* Narbona *d. l. 59. gl. 1. num. 189.* vbi inter eas enumerat cauſas exemptorum.

40. Vnde colligitur ex decreto Concilij in præſenti nihil imminutam eſſe auctoritatem Sedis Apoſtol. ideoque omnes cauſas, quæ à principio ex diſpoſitione ſacrorum Canonum, & legum ante dictum decretum poterant apud dictam Sedem cognoſci, poſſe etiam hodie, hoc decreto non obſtante, quia illud non ſuſtulit modos legitimos, quibus quis ex Iuris diſpoſitione ſortitur forum, vt dixi *d. p. 3. allegat. 81. num. 14.* & ex declarat. S. Congreg. Narbona *d. l. 59. gloſſ. 1. num. 238.* Ioan. Maria Nouar. *d. concl. 54. num. 11.* Modern. *de protect. Regia p. 2. cap. 17. num. 7. & de ſupplicat. ad Sanctiſſim. p. 2. c. 5. in princip. à num. 8.*

41. Hinc etiam colligitur hoc decretum non habere locum in cauſis executiuis vigore obligationum in forma Cameræ, aut litterarum Apoſt. per text. *in c. dilecti, de foro comp.* tenetur enim ſic obligatus etiam in prima inſtantia coram eodem reſpōdere, nec poteſt opponere exceptionem fori declinatoriam, nec iudicis incompetentiæ Mandoſ. *de inhib. q. 93. num. 5.* Marc. Anton. de Amatis *deciſ. 81. num. 2.* Surd. *conſ. 280. num. 13.* Zach. *de obligat. Cameral. q. 7. num. 26.* qui loquitur de clerico. Ratio eſt, quia Auditor Cameræ tanquam expreſsè delegatus ad hanc ſimiliumve cauſarum generalitatem, omnibus eſt iudex competens, ex quo ſit à Papa delegatus, Maſſa *ad form. Camera, q. 1. p. 2. num. 3. & 4.* Veſtri *in pract. lib. 2. c. 4. num. 4. & 6.* Eraſm. à Cochier *de iuriſdict. ord. in exemptos, p. 2. q. 46. n. 7.* & illi expreſſiſſimè inter alia cauſarū genera demandatur executio obligationum in forma Cameræ, vt teſtatur Galleſ. *de obligat. Camer. q. 7. num. 3.* & Papa inhibet quibuſcunque iudicibus, & perſonis, etiamſi Cardinales fuerint, ſub pœnis, ſi ſe in obligatione Camerali intromittant, Paulus V. *conſtit. 20. incip. Eximiæ, §. 33. ſub dat. Romæ apud S. Marcum Kal. Octobr. 1606.*

42. Hinc quoque colligitur ratione celebrati contractus, vel dicti commiſſi poſſe quem in prima inſtantia cognoſcere, quamuis non ſit loci Ordinarius, refert deciſum Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ. p. 2. c. 1. num. 75.* Ego ipſe *in praxi exigendi penſ. q. 6. n. 13.* Et quamuis Doctores id communiter intelligant ſi contrahens in loco contractus reperiatur per *c. Romana §. contrahentes, de foro compet.* de quo plures citaui Doctores *in d. praxi q. 5. num. 2.* tamen vbi ille ſoluere aliquid certo tempore & loco promiſerit, & expreſsè proprij fori domicilio renuntiauerit, etiamſi in loco contractus non inueniatur, poterit contra eum abſentem iuxta formam ſuæ obligationis procedi per iudicem loci contractus, quoties de promiſſa ſolutione tractabitur, iuxta *gloſſ. 2. in l. 1. ff. ſi quis in ius vocatus*, quam celebratiſſimam dicit Couarr. *pract. c. 19. num. 5. in princ.* & Gutier. *de iuram. confirm. p. 3. c. 16. num. 4. & 5.* ſequitur D. Barboſ. *in l. 1. ff. de iudic. art. 3. num. 224.* quod antè dixerant Dec. *in c. 1. num. 65. de iudic. & ibi* Alciat. *num. 33.* Alexand. *conſil. 39. num. 4. lib. 7.* & infiniti propemodum, quos citaui *in d. praxi q. 5. n. 3.* Tota autem controuerſia eſt in clerico contrahente, & expreſsè renuntiante proprio foro abſque proprij Ordinarij conſenſu? Quidam Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſim. p. 2. c. 27. per totum*, neruosè contendit, & pertinaciter defendit talem clericum, licèt ſine proprij Ordinarij conſenſu poſſit contrahere, & tacitè proprio foro renuntiare ad effectum vt poſſit conueniri in loco contractus ſi in eo inueniatur, non poſſe tamen expreſsè proprio foro renuntiare, obligando ſe cum iuramento vel in loco contractus, vel in loco ſolutionis deſtinatæ reſpondere; & quamuis pro ſe aliquas adducat Doctorū auctoritates, ſi bene perpendantur materiam non attingunt, nec in noſtris terminis loquuntur: nam contra illum expreſsè tenet D. Barboſ. *in l. 1. art. 3. num. 222. & in l. heres abſens, §. 1. à num. 61. ff. de iudic.* D. Mari. Cutell. *in Codice legum Sicular. ad l. Petri 11. not. 7. num. 6. cum ſeq. pag. 298. & 299.* nouiſſimè Carlaual *de iudic. lib. 1. tit. 1. diſp. 1. q. 8. ſect. 2. num. 1083.* ibi, *Quæ tamen prædicta prima limitatio ſic probata ſublimitanda eſt primò, vt Clericus etiam ſine ſui Superioris conſenſu poſſit prorogare iuriſdictionem Iudicis eccleſiaſtici; tacitè, videlicet ſi contrahat, vel, quod idem eſt, ſolutionem deſtinet, vel delinquat in territorio alterius,* &c. & *d. lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 8. ſect. 6. num. 1252. pag. 514.* ibi: *Amplianda autem eſt hæc reſolutio vt procedat etiamſi Clericus contrahens extra locum domicilij renuntiauerit foro ſine ſui Superioris licentia,* &c. & reddit rationem, quia renunciatio iſta nō dat forum, ſed corroborat forum contractus à iure conſtitutum *in c. dilecti, de foro compet.* vides ergo quòd nulla ſit differentia inter tacitam, vel expreſſam renunciationem.

43. Hinc etiam colligitur Clericum pupillum habentem cauſam in prima inſtantia coram Epiſcopo ſuffraganeo, vel alio inferiore, poſſe iſtorum forum declinare, & eligere forum in Romana Curia, non Metropolitani, ex diſpoſitione *l. vnic. C. quando Imper. inter pup. & vid.* non obſtante hoc decreto, vt per Aldan. *in compendio canon. reſolut. lib. 2. tit. 8. num. 15.* vbi atteſtatur ſic fuiſſe deciſum *in Baren. 1. Aprilis 1628.* me citato *in hoc loco* Modern. *d. p. 2. c. 31. num. 37.* Quamuis decretum Concilij in præſenti nō comprehendere miſerabiles illas perſonas, de quibus *in d. l. vnic.* aſſerant Ioan. Nouar. *in praxi variar. fori ſect. 3. q. 2.* Narbona *d. l. 59. gloſſ. 1. num. 138. in fine.* Hinc denique fit quòd vbi ordinarij iudicis legitima adeſt probata recuſationis cauſa, hoc decretum locum non habet, Piaſec. *in praxi Epiſcop. p. 2. cap. 4. num. 3. & 4.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 837. à nu. 15.* Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſim. p. 2. c. 5. §. 1. à num. 8.*

44. In executione litterarum Apoſt. in quibus dantur executores, Ordinarios locorum ſe intromittere non poſſe etiam exequutioni auxilium præſtando, reſoluunt Bald. *in c. 1. § ſi facta, in fine, ſi de feudo fuerint controu. nu. 6.* & Dec. *in c. ſuper eo. & ibi* Felin. *col. fin. verſ. quæro tertiò, de præſump.* in terminis Narbona *d. l. 59. gl. 1. num. 239.*

45. Cauſas poſſeſſionis beneficiorum reſeruatorum Sedi Apoſtol. poſſe immediatè ab Auditore Cameræ, ſeu alio delegato Apoſtol. cognoſci declarauit Gregorius XIII. in Conſtitut. ſua ſuper declaratione litterarū Apoſtolicarum, & declaratione Concilij in præſenti, incip. *Ad Romani Pontific. prouidentiam, ſub dat. 10. Iulij 1574.* quam refert Piaſec. *d. c. 4. num. 3.* & ſæpe fuiſſe deciſum aſſerunt Franc. Leo *d. c. 1. num. 76. & 77.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aurea, reſolut. 339.* Ego ipſe *d. alleg. 81. nu. 17.* Narbona *d. l. 59. gl. 1. nu. 192.* adeò vt Nuntius Apoſt. niſi expreſsè habeat in mandatis de huiuſmodi cauſis beneficiorum reſeruatorum (ſi beneficia valorem 24. ducatorum auri de Camera excedant) nec in prima, nec in ſecunda inſtantia cognoſcere poſſit, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 2. proœm. num. 61.* Narbona *loco proximè citato.*

Cauſæ beneficiales quando litteræ ſub plumbo expeditæ reperiuntur, & de litterarum Apoſt. intellectu tractatur etiam in prima inſtantia, per Signaturam iuſtitię in Curia committuntur, ea ratione, quia iudicare de viribus litteratum Apoſt. ad Romanæ Curiæ iudices, & in ſpecie ſacræ Rotæ auditorio in ipſis verſato, & non ad alios inferiores pertinet, refert deciſum Garc. *d. p. 6. c. 3. num. 8.*

46. In beneficijs enim reſeruatis, ſeu affectis locum non habere hoc decretum, quia de ipſis in prima inſtantia cognoſci poteſt in Curia, aſſerunt Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 34. num. 113. & 117.* Viuian. *in praxi iuriſpatronat. lib. 14. cap. 1. nu. 83. in vlt. impreſſ.* Salgado *d. tom. 1. p. 2. c. 17. num. 34. & de ſupplic. ad Sanctiſſim. p. 2. cap. 10. à princ.* referunt deciſum Gonzal. *gloſſ. 52. num. 36.* Garc. *de benefic. p. 6. cap. 3. num. 7.*

λ *Vel quas ex vrgenti,* &c. ] Quòd Romanus Pont. omiſſo ordinario Iudice in prima inſtantia poſſit ſpecialiter alicui alteri committere, & auocare ab eo cauſam, adeò vt ſi quid poſt auocatum negotium actum à Iudice ordinario, vel alio inferiore fuerit, ipſo iure nullum reddatur, reſoluunt VVameſ. *in cap. vt noſtrum, num. 6. de appellat.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 52. num. 7.* Narbon. *d. l. 59. gl. 1. num. 195. & 196.* vbi *nu. 197.* ſubdit nihil referre quòd auocatio fuerit expreſsè facta, cùm tacita ſufficiat, latè Modern. *d. p. 2. c. 6. à num. 14.*

μ *Manu propria ſubſcribendum.* ] Sufficere ſi ſupplicationes, & commiſſiones, ſuper quibus Breuia conficiuntur, manu Papæ ſignatæ ſint, licèt ipſa Breuia Apoſt.

manu

manu Pontif. ſubſcripta non ſint, dicit bis à S. Congr.
deciſum Narbon. *d.l.59.gl.1.num.*204. plures citati à Mo-
derno *d.p.2.c.6.num.*18. & præcipue *num.*44.

47. *v Ad hæc cauſa matrimoniales,* &c.] Vide Couar. *de ſpon-
ſal.p.2.c.8.§.12.nu.*1. Sbroz *de vicario Epiſcop.lib.2. q.43.in
princ.* Gutier. *pract. lib.3.q.26.nu.*1. Soar. de Pace *in pract.
to.2.prælud.1.n.1.&* 8. Gregor. Lop. *l.7.verb.à los Obiſpos tit.*
10.*p.*4. Franc. Leo *in theſauro fori eccleſ.p.2.c.9.nu.6.* Paul.
Fuſc. *de viſitat.lib.2.cap.21.num.9.* Sanch. *de matrimon.li.3.
diſp.29.num.*17. Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori eccleſ. deciſ.*
245.*in 1.edit.* aliàs *reſol.*215.*in 2.edit.& p.4.reſol.*268. Sera-
phin. *deciſ.*765. Franc. Molin. *de ritu nupt.lib.2. differ.*10.*nu.*
14. Rota apud Tambur. *tom.3.de iure Abbatum, in fine, de-
ciſ.39.&* 41. vbi fuit reſolutum quòd quando Abbas ha-
bet iura Epiſcopalia, & proprium territorium, nec eſt di-
gnitas in Cathedrali, non comprehenditur ſub hoc de-
creto in his verbis, *ad hæc cauſa matrimoniales,* &c. met-
ipſum *de offic. & poteſt. Epiſc.p.3.alleg.84.à princ.*

48. Epiſcopum debere manuteneri in cognitione cauſa-
rum matrimonialium, quamuis inferior alleget imme-
morabilem, donec de ea per tres ſententias cognoſca-
tur, ex decreto S. Congregationis cenſuit Rot. *deciſ.*
447.*num.1.p.3.recent.*

49. *ξ Et criminales,*&c.] Vide Salzed. ad Bernard. *in pract.
c.3. litt. A. in nouiſſ. edit.* Anguian. *de legib.lib.3. controu.*33.
*num.*69. Galganet. *de iure publico, lib.3. tit.21.num.2.&* 3.
Rot. *deciſ.447.p.1. recent. & deciſ.610. p.2. etiam recent.*
vbi fuit Dictum Epiſcopum habere non ſolùm de iure,
ſed etiam vigore Conc. Trid. fundatam intentionem in
cognitione cauſarum criminalium intra limites ſuæ diœ-
ceſis, & donec de contraria immemorabili diſcutitur,
manutenendum eſſe in ſua poſſeſſione, ac proinde per
Concil. in præſenti ſublatam eſſe quadragenariam cum
titulo, ſeu priuilegio.

50. Iudicare tamen poſſe huiuſmodi criminales cauſas
Abbates habẽtes iuriſdictionem pleno iure ſpiritualem,
& temporalem, reſoluit Aloyſ. Ricc. *in deciſ.curiæ Archiep.
Neapol. deciſ.184.p.4.*

*Nõ Decani, Archidiaconi, & aliorum inferiorum iudicio,* &c.]
Etiamſi eſſent exempti, intellexit Rota *in Conſtantien.iu-
riſdict. 29. Nouembris* 1617. *coram Ortembergo, & coram R. D.
meo Coccino Decano* inter eius impreſſas *deciſ.346. numer.*8.

51. Procedere in Decanis, & Archidiaconis, qui ſunt in
diœceſi Epiſcoporum, non autem in illis, qui nullius diœ-
ceſeos ſunt, refert deciſum Aloyſ. Ricc. *in deciſ.curiæ Ar-
chiep. Neapol.p.4. deciſ.*184. & cenſuit Rot. apud Mantic.
*deciſ.102. num.*7. non loqui de Decanis, & Capitulo, ſed
de alijs inferioribus, qui habent iuriſdictionem priuati-
uè ad Epiſcopum de quo eadem Rot. *deciſ.447.nu.5.p.1.
recent.* Et eadem Rota apud Tamburin. *d.to.3.deciſ.44.
num.*10. cenſuit Archidiaconum & Decanum habentes
territorium ſeparatum, & immemorabilem, poſſe co-
gnoſcere de cauſis matrimonialibus, & criminalibus.

52. Vnde cauſas matrimoniales, & criminales cognoſce-
re ſpectat ad Epiſcopum etiam in Abbatijs exemptis,
donec per tres ſententias conformes, vel vnicam, quæ in
rem iudicatam tranſierit, Abbatiam præfatam, ac loca
illi ſubiecta, ſeu ab ea dependentia nullius diœceſis eſſe
conſtiterit, tenet Sel. *in ſelect. canon. cap.42.nu.*3. atteſtans
ita fuiſſe deciſum à Rota *in Theatina Abbatiæ S. Ioannis in
Venere* 11. *Septembris* 1621. eadem Rota apud Tambur. *in
fine tom.3.de iure Abbatum deciſ.49.nu.5.& deciſ.60.& 62.&
deciſ.57.nu.*2. vbi per totã illam deciſionem probat quòd
Prælatus inferior eſt manutenendus in cognitione cau-
ſarum ciuilium, matrimonialium, & criminalium, docto
de priuilegio, & poſſeſſione aduersùs Epiſcopum niten-
tem ſoli iuris aſſiſtentiæ: at *in deciſ.*60. apud eundem Tã-
burinum, tenet hoc eſſe intelligendum, niſi poſſeſſio ſit
infecta ex decreto irritanti, & quòd decretum irritans
inſertum in Concilio inficit titulum & poſſeſſionem.

53. Cauſarum matrimonialium, & criminalium cognitio
ad Epiſcopum ſpectat, donec per alium prætendentem
probetur immemorabilis, & quòd ſit nullius, vt per Sel.
*d.c.42.n.*5. vbi aſſerit ſic fuiſſe reſolutum *in nullius, ſiue
Conuerſanen.* 20. *Auguſti* 1627.

54. Ex præſcriptione enim immemorabili, conſuetudine,
vel priuilegio poſſe inferiores Epiſcopo quærere facul-
tatem cognoſcendi de cauſis matrimonialibus, & crimi-
nalibus, reſoluunt gloſſ. *in c. litteras, de reſtit. ſpol. & in c.1. de
conſang. & affin.* Palat. *in repet. c. per veſtras notab.2.§.1.nu.*33.
Couarr. *de ſponſal p.2.c.8.§.12.num.1.verſ. verum,* Nauarr.
*conſ.1.num.5.de offic.deleg.in antiq.* aliàs *conſil.3.eod.tit.in no-
uis,* quia hoc decretum non ſuſtulit conſuetudinem in
qua ſunt inferiores Prælati, ſi ſit immemorabilis, vt refe-
runt deciſum, additio *ad d.conſ.3. Nauarri,* Gonzal. *ad reg.*
8. *Cancel.gl.33.num.*5. 55.

Ex delegatione Papæ inferiorem Epiſcopo habere
matrimonialium cauſarum cognitionem per *c. propoſui-
ſti, de probat. & c. ex litteris, de in integr. reſtit. & c.1. vt lite non
conteſt.* reſoluunt Couar. *d.nu.1. verſ. eſt tamen,* Rendina *in
promptuario recept. ſentent. tom.1.tit.72.nu.*6. aſſerentes non
ſolere Romanos Pontifices cauſas matrimoniales, niſi
ex iuſta cauſa alijs quàm Epiſcopis committere.

Abbati nullius diœceſis habenti in ſuos ſubditos om-
nem iuriſdictionem competit cognoſcere de cauſis cri-
minalibus, & matrimonialibus ſuorum ſubditorum, vt
deciſum refert Narbona *d.l.59.gl.1.n.66.tit.4.lib.2.Recop.*

Sed an Abbates Regulares habentes, vel non habẽ-
tes territorium, comprehendantur ſub diſpoſitione hu-
ius verſ. ad hæc, ad partes diſputat Rota apud Tambur.
poſt *d.tom.2. de iure Abbatum deciſ.43.num.5.cum ſeqq.* aſſe-
rens tres Auditores ſuſtinuiſſe non comprehendi, reli-
quis quidem duobus contradicentibus, ex ea ratione
tres illi moti ſunt, quia cùm in hoc decreto exprimantur
Decanus, & Archidiaconus, & poſtea ſubijciatur, *aut
aliorum inferiorum iudicio,* hoc intelligendum non eſt de
alijs Dignitatibus Regularibus non ſubordinatis Epi-
ſcopo, quia non eadem ratione ſunt inferiores Epiſco-
po, ſicut Decanus, & Archidiaconus, cùm habeant
primam Dignitatem poſt Epiſcopalem, & dicantur in
primo gradu Dignitatis conſtituti: deinde, quia dictio,
*aliorum,* eſt ſimilium implicatiua, & infert omnimodam
ſimilitudinem ad expreſſa. Et reſpondet non obſtare
verba Concilij, *ſed Epiſcopi tantùm examini, & iuriſdictioni
relinquuntur,* ponderando particulam, *tantum,* quæ eſt
taxatiua, quia illa intelligitur reſpectu Decani, Archi-
diaconi, & aliorum inferiorum ſecularium ſimilium,
nõ autẽ reſpectu Abbatis, in ſua Eccleſia ſibi pleno iure
ſubiecta habentis ſimilem iuriſdictionem cũ Epiſcopo.

*o Sed Epiſcopi tantùm,* &c.] Non comprehendi Abba- 56.
tes exemptos iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem haben-
tes ſub nomine Epiſcopi, de quo in præſenti, reſoluunt
nouiſſimè Aloyſ. Ricc. *p.4. ſua praxis reſol.* 271. Rot. *co-
ram R.D. meo Coccino Decano* inter eius impreſſas *deciſ.346.
num.*8. Ego ipſe *de appellatiua verb. vtriuſque iuris ſignificat.
appell.89.num.19.cum ſeqq.*

Vicarium Epiſcopi matrimonialium cauſarum co- 57.
gnitionem habere etiam ex generali Epiſcopi commiſ-
ſione per *cap.1. de frigidis, & malef. & c. vlt. de cognat. ſpirit.*
probant Anton. Butr. *num.*2. Abb. *n.*4. Alex. de Neuo *n.5.
in d.cap.vlt.* Couarr. *d.n.1. verſ. poteſt,* Anton. Cuch. *inſtit.
maior.lib.2.tit.8.nu.*105. Sbroz *de offic.vicarij, lib.2. quæſt.44.
in fine.* Bertachin. *in tract. de Epiſcopo, lib.4. p.1.q.20. num.*
23. Salzed. *in pract.c.73.in fine,* Gomez *in explicat. Bullæ c.4.
q.4.n.*28. Ioan. Sanci *in ſelectis diſp.50.n.*24. Sanch. *d.lib.3.
diſp.29.n.18.verſ. ſecundo,* Azor. *inſtit.moral.p.2.lib.3.c.45.q.*
2. Narbona *de appell. à vicario ad Epiſcopũ p.1.n.*201. Aloyſ.
Ricc. *in d.praxi,p.4.reſol.*270. Ego ipſe *d.alleg.84.num.*3.

Contra Rebuff. *in praxi beneſic. tit. de forma vicariatus nu.*
155. Petr. de Ledeſma *de matrimon.q.45.artic.1. puncto 3.
dub.*4. Vgolin. *de officio Epiſcopi c.4.§.7. num.2. verſic. nono,*
exiſtimantes vicarium Epiſcopi cauſas matrimoniales
tractare non poſſe ſine ſpeciali mandato.

Cauſas matrimoniales & criminales ex hoc decreto 58.
Decanis, Archidiaconis, & alijs inferioribus adem-
ptas, Epiſcopique tantum examini ac iuriſdictioni relin-
quendas, Sede Epiſcopali vacante à Capitulo cognoſci,
& definiri poſſe reſoluunt in cauſis matrimonialibus
per *cap. veniens, de eo qui duxit in matrim.* Pauin. *de offic. &
poteſt. Capituli Sede vacante, p.1.quæſt.10. ſub num.*8. Qua-
rant. *in ſum. Bullar. verb. Capitulum Sede vacante, q.*5. Ra-
guc. *de voce Canonic. in Capitulo, q.39.num.*1. Aloyſ. Ricc. *in*
*d.pra-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*d.praxi p.4.reſol.*273.Ego ipſe *d.alleg.*84. *num.*4. vbi ex alijs id intelligo in cauſis matrimonialibus ex ordinaria iuriſdictione Epiſcopo competentibus, non autem in delegata, vel commiſſa illi, aut eius vicario, vt latè oſtendi *in tract.de Canon.c.*42.*num.*57. & in omnibus Aldan. *d.loco n.*16. vbi addit vicario capitulari pertinere matrimoniales cauſas, non criminales in mandato generali, ſecus in ſpeciali, & dicit ita fuiſſe deciſum *ſub die* 30.*Maij* 1602.

ϖ *Coram quo pars verè paupertatem probauerit,* &c.] Ergo ſi virtute appellationis emiſſæ ad Curiam Romanam, vbi cauſa tractanda committitur, inhibitio emanauerit in cauſa matrimoniali contra pauperem, ea inuita & reclamante nec in ſecunda, nec in tertia inſtantia cogetur extra prouinciam litigare, vt per Modern. *de ſupplicat.ad Sanctiſſim.p.*2.*cap.*31.*à nu.*17.vbi extendit ad quamcunque miſerabilem perſonam.

ρ *Et alimenta, & expenſas litis,* &c.] Vide Creſent. *deciſ.* 233.Aloyſ.Ricc.*in collect.deciſ.p.*4.*collect.*853.*in med.*

59. σ *Eóque negligente procedant.*] Per negligentiam Epiſcopi circa id quod facere debet, deuolui iuriſdictionem ad Archiepiſcopum, tenent Felin. *in cap.paſtoralis, num.*6. *de offic. ordin.* Afflict.*in cap. imperialem,* §. *præterea, num.*33. *de probib.feudi alien.per Feder.*Marc.Anton.Genuenſ.*in pract. Archiep.Neapol.c.*70.*num.*4.Gamb.*de offic. & poteſt. Legati à latere,lib.*2 *tit.de var.ordin.nominib.num.*32.Quarant.*in ſum. Bullar.verb.Archiepiſcopi auctoritas,verſ.*10.*auctoritas, in fine, lit.M.* Ego ipſe *in collect. ad cap.paſtoralis* 11.*num.*8. *de offic. ordin.* & latè *de offic. & poteſt. Epiſcopi, p.*1.*tit.*4. *de præſtantia Archiep.à num.*19.ſecundùm Lugdun.impreſſ.vbi ſeptem caſus refero ſingulares, in quibus Archiepiſcopus poteſt ſupplere negligentiam Epiſcopi.

60. τ *Præterea ſi quis,* &c.] Vide Farin.*conſil.*60.*num.*3.*&* 4. Stephan.Gratian. *diſcep.forenſ.c.*121. *num.*15. Aloyſ.Ricc. *in deciſ.curiæ Archiep.Neapol.part.*4.*deciſ.*334.*num.*1.Giurba *deciſ.*29. Nouar. *in ſing.iuris can. concluſ.*7. Narbona *l.*43. *gloſſ.vnica num.*5.*tit.*25.*li.*4.*Recop.*Rot.apud Farin.*deciſ.*20. *num.*1.*& deciſ.*104.*num.*1.*& deciſ* 106.*& ſeq.& deciſ.*198.*&* 657.*in* 1.*collect.nouiſſ.*aliàs *p.*4.*diuerſ.*

61. Procedere in actis factis in partibus coram iudice delegato reſoluit Stephan. Gratian. *d.cap.*121. *num.*18. *cum ſeqq.*

62. Et habere locum in quocunque iudice refert deciſum Aloyſ.Ricc.*in collect.deciſ.p.*4.*collect.*1356.Eccleſiaſtico tamen, & in cauſis tantùm eccleſiaſticis, vt cenſuit Rot. *in Romana lignorum* 23.*Iunij* 1603.*coram Cardin.Sacrato, & in Romana vineæ* 19.*Nouembris eiuſdem anni, coram R.D. meo Coccino Decano,* vbi refert ita fuiſſe à S.Congr. Concil. deciſum, *& in Imolen.affictus* 30 *Aprilis* 1604.*coram Penia,*impreſſa per Marcheſ. *de commiſſion. p.*2. *pag.*539.*num.*4.*& in Romana fabricæ* 16.*Ianuarij* 1623 *coram R. P. D.meo Pirouano, & in Romana Societatis officij ſcutorum mille* 19.*Iunij* 1628. *& in Romana vſusfructus* 13. *Martij eiuſdem anni, coram eodem, & deciſ.*561.*num.*12.*part.*1.*recent.*& coram Gregorio XV.*deciſ.*508.*num.*11.vbi Beltram.*num.*15.& Coram Caual.*deciſ.*67. *num.*2.Stephan.Gratian.*dict.cap.*121.*num.*20. *& ſeq.*

63. Procedere etiam in cauſis profanis vertentibus coram iudice eccleſiaſtico ex ſententia S.Congr.Conc. firmauit Rot. *in Leodien. dominij de Steuordia* 3.*Iulij* 1623. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano,* reprobata *deciſ.* 106.*in princ.p.*4.*diuerſ.*in qua dictum fuerat Concilium in præſenti, habere etiam locum in profanis, provt è conuerſo diſpoſitio Concilij intrat in omnibus cauſis eccleſiaſticis vertentibus coram quocunque iudice etiam nō Epiſcopo, licèt verba Concilij videantur ſonare in cauſis vertentibus coram Epiſcopo, Coccin. *deciſ.*274. *num.*3. Rot.*in d.Leodien.*

64. υ *In caſibus à iure permiſſis appellauerit,* &c.] Tranſportare acta prioris inſtantię ex diſpoſitione Cōcilij in præſenti ſpectare ad eum, qui appellauit, tenuit Rot.penes Caual.*deciſ.*43.*num.*1.vbi *num.*2.ſubdit quòd tranſportare acta coram vltimo iudice, qui priorem ſententiam reuocauit, tenetur appellans; ſed non acta facta in priori inſtantia. Refert Narbona *dict. l.*59.*gloſſ.*1. *numero* 92. ſacram Cong. cenſuiſſe teneri eum, qui appellauit, vel ob lapſum biennium cauſam ab Ordinario auocauit vigore huius Decreti, transferre non ſolùm acta geſta coram Ordinario, à quo appellauit, vel cauſam auocauit, ſed & alia omnia, ſi quæ occaſione eiuſdem cauſæ coram alio Iudice geſta fuerint; & ſubdit ab eadem ſacra Cong.pariter fuiſſe deciſum, poſſe Iudicem appellationis iubere ſibi originalia exhiberi, quatenus de fide exempli ſit dubius.

φ *Teneatur acta omnia,* &c.] Actorum tranſportationem iuxta hoc decretum eſſe de forma quando cauſa eſt eccleſiaſtica, ſolumque in ea illud locum habere cenſuit Rot.*deciſ.*56.*num.*12.*& deciſ.*561.*num.*12.*part.*1.*recent. & deciſ.*268.*num.*3.inter impreſſa per Farin.poſt *lib.*2. *conſil.& deciſ.*121.*num.*3.apud Pacific.*de Saluiano interdicto,& in Imolen. affictus coram Penia* impreſſa per Marcheſ. *de* 65.
108. *commiſſion. p.*2. *pag.*539. vbi etiam fuit dictum procedere hanc reſolutionem, etiamſi ageretur de cauſa prophana coram iudice eccleſiaſtico. Et quòd hoc Decretum non comprehendit cauſas prophanas per appellationem ad Iudicem eccleſiaſticum delatas, refert deciſum Narbona *d.l.*59.*gloſſ.*1.*nu.*93. Et in puncto quòd diſpoſitio Concilij in præſenti non habeat locum in cauſis prophanis, & fori ſecularis, ſed ſolum in cauſis fori eccleſiaſtici, iuxta declarationem ſacrę Congreg.cenſuit Rota *deciſ.*278. *num.*2.apud Farinac.*part.*2.*in poſthum. & deciſ.*577. *num.*3. *ead. part.* 2.

66. Et quòd huiuſmodi tranſportatio neceſſaria ſit in cauſa beneficiali firmauit Rota *in Neapol.domus* 14. *Martij* 1625.*coram R.P.D. meo Pirouano,* cuius memini Ego ipſe *in tract. de officio & poteſtate Parochi, cap.*29.*num.*25. vbi ſubdidi id videri conforme Iuri communi, quia non viſis actis integris ſententia dicitur nullla tanquam lata ſine cauſæ cognitione, *l.propter.*§.*& ſi quidem,* vbi Bart.*num.*6. *C. de iudic.*

Acta tranſportanda influere debent in cauſam, aliàs ſi non reſpiciant merita illius, ita quòd iudex non poſſit ex eis inſtrui de iuſtitia, vel iniuſtitia ſententiæ, non eſt neceſſaria illorum tranſportatio, vt cenſuit Rota *d.deciſ.* 278.*num.*3.vbi *num.*4. ſubdit quòd actorum tranſportatio non eſt facienda, quando cauſa eſt diuerſa, & *num.*5. aſſerit cauſas dici diuerſas quando concurrit diuerſitas perſonarum rei, & actoris. Tranſportari non debent niſi acta ſententiæ, à qua fuit appellatum, & quæ petitur reuocari, Rota *deciſ.*341. *num.*3. poſt conſilia Farinac. & coram Duran.*deciſ.*116.*num.*1. vbi *num.*2. ſubdit quòd acta irreleuantia non ſunt tranſportanda.

67. Et non ſolùm acta debent, vt ſuprà, integrè tranſportari, ſed etiam legitimè, nempe ab actuario, vel ſucceſſore in officio cum compulſoria & partis citatione, provt requiritur. Rot. *deciſ.*1. *de fide inſtr.in nouis,* Mohed. *deciſ.* 8.*eodem tit.*& coram Gregorio XV.*deciſ.*469.*num.*4. & fuit dictum *in Toletana ſpolij* 3.*Iulij* 1623.*coram R.P.D.meo Nauarro, & in Feretrana Parochialis* 22. *Maij* 1628. *coram Card. Virili:* & in puncto de proceſſu extracto ab alio notario quàm actuario, vel ſucceſſore in officio, fuit etiam dictum *in Algaren. diſmembrationis* 5. *Iunij* 1617. *coram bonæ mem. Remboldo,* provt refert & ſequitur Beltramin. *in annot.ad deciſ.*59.*Gregorij XV. num.*9. Proceſſus extractus à notario actuario cenſetur eſſe in forma probanti, & originali abſque alia partis citatione, & Iudicis auctoritate, vt ex multis Rotæ deciſionibus probat Theodoſ. de Rubeis *in ſingularibus Rotæ part.* 2. *verb. proceſſus,* §. *ſecundo, pag.* 84.

68. Vnde ſententiam latam à iudice appellationis non tranſportatis actis eſſe nullam tenet Aloyſ.Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapolit. p.*4. *deciſ.*143. & cenſuit Rot. apud Mantic. *deciſ.*170. *& deciſ* 197.*num.*1.

69. Et geſta actis diminutis & diſmembratis eſſe nulla tenet Campan.*in diuerſ.iuris Canonic.rub.*11.*cap.*13.*ſub num.* 314.*verſ. & ſi non integraliter exportauerit,* quem refert Salgado *de protect.Regia part.*1.*cap.*2.§.2.*num.*2.

70. Actorum tamen tranſportationem omiſſam non vitiare ſententiam quando non ſunt tranſportata acta verbaliter tantùm producta, cenſuit Rot. *deciſ.* 561. *numero* 10. *part.*1.*recent.* Nec quando non ſunt tranſportata iura producta parte non citata, vel extra terminos citationis, quia tunc non dicũtur de actis, ead. Rot. *d.deciſ.*561.

*num.*11. vel quando ſine illis actis omiſſis ſententia iuſtificari poteſt, ead. Rot. *d. deciſ.* 561. *num.* 12.

71. Proceſſus ſi formatus fuerit in diuerſa cauſa, illius tranſportationem non eſſe neceſſariam cenſuit Rot. *in Albanen. ſucceſſionis 20. Maij 1602. coram Gregorio XV*, inter eius deciſiones impreſſas *deciſ.* 55. *& in Vrbinaten. iuriſdictionis 1. Iulij 1619. coram bonæ mem. Buratto, deciſ.* 413. *num.* 4. vbi etiam fuit dictum quòd Concilium noluit obligare ad tranſportationem actorum, quæ ſuperflua ſunt, & citat Seraphin. *deciſ.* 524. Et quòd in Rota ſæpiùs fuit reſolutum quòd acta diuerſæ cauſæ, & iudicij non ſunt tranſportanda nec de iure, nec ex diſpoſitione Sacr. Cõcilij Trident. probat cum multis deciſionibus Theodoſ. Rubeus *in ſingular. Rotæ part. 2. verb. acta* §. 2. vbi addit hoc locum habere etiamſi acta illius iudicij multum conferant ad cauſam, de qua agitur, *& in* §. 3. ſubdit Rotam ſæpe ſenſiſſe quòd actorum tranſportatio primæ inſtantiæ non ſit neceſſaria quando inchoatur nouum iudicium, & proceſſus, prout in prima.

72. Actorum irreleuantiam excuſare à tranſportatione firmauit Rot. *in Imolen. affictus 20. Aprilis 1604. coram Penia, & deciſ.* 564. *num.* 4. *&* 5. *part.* 2. *recent. & coram bonæ mem. Buratto d. deciſ.* 413. *num.* 4. Cuius tamen contrarium videtur tenuiſſe eandem Rot. *deciſ.* 104. *num.* 1. *part.* 4. *diuerſ. & in Leodien. dominij de Steuordia 3. Iulij 1623. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano*, in qua fuit deciſum ſententiam latam in cauſa Eccleſiaſtica non tranſportatis omnibus actis etiam irreleuantibus, eſſe nullam. Sed Theodoſ. Rubeus *dict. verb. Acta* §. 4. *&* 5. aut quòd Rota excuſat ex capite irreleuantiæ non tranſportationem actus irreleuantis, & ex eo aliàs cenſuit intrare arbitrium pro ſanatione nullitatis nõ tranſportationis actorum, nec præſumetur quòd lex expoſcens actorum tranſportationem intellexerit de ſuperfluis, & non releuantibus.

73. In cauſis verò profanis licèt procedatur actis non integrè tranſportatis, ſi acta, quæ deficiunt, non ſunt releuantia, ad inferendum quòd iudex iuſtitiam fecerit, ſententia non eſt nulla, ſed ſolùm debet ſuperſederi donec acta omnia videantur, & ideo ſufficit quòd remaneat iuſtificata ex noua tranſportatione, Achil. *deciſ.* 7. *de ſent. & re iudic.* Rot. *in d. Leodien. dominij, & in dictis Romana Societatis officij, & in Romana vſusfructus coram R. P. D. meo Pirouano, & in Auenionen. bonorum 22. Maij 1616. coram R. P. D. Duran.*

74. Acta in dubio præſumi integrè tranſportata non ſemel cenſuit Rot. & ſignanter apud Farin. poſt *lib.* 2. *conſil. deciſ.* 116. *num.* 1. *& deciſ.* 143. *num.* 1. *& deciſ.* 144. *num.* 1. *& part.* 2. *in poſthumis Farin. deciſ.* 635. *num.* 1. *& in Algaren. diſmembrationis 4. Decembr. 1617. coram bonæ mem. Remboldo, & in Albinganen. capellæ 27. Ianuarij 1623. coram R. P. D. meo Nauarro, & in Auenionen. bonorum 22. Maij 1626. coram R. P. D. Duran. & in Feretrana Parochialis 22. Maij 1628. coram Cardin. Virili, & in Tullen. reformationis 18. Iunij 1629. coram R. P. D. Dunozetto, & in Leodien. caſtrorum 4. Iulij eiuſdem anni coram R. P. D. Merlino*, Gregor. XV. *deciſ.* 59. *num.* 1. *& deciſ.* 118. *num.* 3. Caualer. *deciſ.* 43. *num.* 3. *& deciſ.* 335. *num.* 1. *& deciſ.* 572. *num.* 7. Buratt. *deciſ.* 113. *nu.* 1. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 121. *num.* 28. Mareſcot. *var. lib.* 2. *cap.* 43. *num* 6. Giurba *deciſ.* 29. *num.* 3. Salgado *d. part.* 1. *cap.* 2. §. 2. *num.* 9. vbi *num.* 10. poſt Mareſcot. & Giurb. *citatis locis*, ac Sigiſm Scacc. *de appellat. quæſt.* 20. *num.* 15. ſubdit hoc adeò verùm eſſe, vt aſſerenti acta non eſſe integra, ſed diminuta, incumbat onus probandi, plures alias Rotæ deciſiones citat Theodoſ. de Rubeis *in ſing. Rotæ p.* 2. *verb. Acta* §. 1.

75. Notario atteſtanti de integra tranſportatione, ſeu non extare alia acta, credi cenſuit Rot. poſt *lib.* 2. *conſil. Farin. deciſ.* 144. *num.* 5. *& in Bracharen. Parochialis 29. Ianuarij* 1610. *coram bonæ mem. Cardin. Sacrato*, vbi etiam fuit dictum ſufficere quòd Notarius atteſtaretur ſimpliciter ſe fideliter extraxiſſe. Rota *deciſ.* 379. *num.* 6. apud Farin *p.* 2. *in poſth.*

76. Appellatus ſi occultauit proceſſum, vel impedimentum præſtitit vt compulſatio, & tranſportatio non fieret, in eius præiudicium habetur pro compulſato, & tranſportato, & iudex appellationis poteſt appellantem abſoluere, & acta geſta in prima inſtantia annullare, & irritare, ita refert deciſum Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 27. *nu.* 41. ſic etiam acta habentur pro tranſportatis ſtante impedimento per recurſum ad Curiam ſecularem, Rota *deciſ.* 751. *num.* 2. *p.* 2. *recentior.* Theodoſ. de Rubeis *in ſingul. Rotæ part.* 2. *verb. acta* §. 1. *pag.* 17. *in princ.*

77. Acta originalia proceſſuum primæ inſtantiæ ad iudicem appellationis Notarius mittere non cogitur, niſi probabilis aliqua falſitatis cauſa & ſuſpicio incidat, quæ iudicialiter obijciatur, & tunc terminata cauſa remittenda ſunt ad Ordinarium vt in ſuo archiuio conſeruentur, ita Sel. *d. cap.* 42. *num.* 10. referens ſic fuiſſe deciſum *ſub die 16. Octobris* 1600.

78. χ *Coram Epiſcopo geſta.*] Procedere in omnibus cauſis Eccleſiaſticis vertentibus coram quocunque iudice, etiam non Epiſcopo cenſuit Rot. *in Leodien. dominij de Steuordia 3. Iulij 1623. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano*, & inter eius impreſſas *deciſ.* 274. *num.* 3.

79. ⸸ *Expenſis ſuis.*] Obſtare videtur alius locus *ſup. ſeſſ.* 13. *de reformat. cap.* 3. vbi ſaltem in criminalibus cauſis iubentur gratis ipſi appellanti exhiberi acta omnia intra triginta dies, quia intelligitur reſpectu iudicis à quo appellatur, & à quo acta petuntur, vt ita ſit ſenſus iudicem ipſum nihil poſſe poſtulare, nec recipere pro illa actorum exhibitione, ſed gratis teneri quantum eſt in ſe illa exhibere, interim tamen expenſæ, quæ factæ fuerint in tranſcribendis actis in itinere ad iudicem ad quem pro labore, & ſalario ſcribæ ab appellante ſoluendæ ſunt, prout huiuſmodi capitula reducit ad concordiam Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *part.* 5. *cap. vnic. num.* 7. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 334. *num.* 2. *part.* 4. Nouar. *in ſingul. iuris Canonic. concluſ.* 8.

80. Notarius tribunalis Eccleſiaſtici tenetur in copia actorum tradere ſententiam abſque eo quòd ſoluantur ſportulæ, attento vſu Tribunalium dictæ ciuitatis non ſoluendi ſportulas tempore, quo feruntur ſententiæ, poterit tamen agere poſtea ad ſolutionem ſportularum, iuxta tamen conſuetudinem, vt per Sel. *dict. cap.* 42. *num.* 13. vbi refert ita fuiſſe deciſum *in Taurinen. 7. Septembris* 1630.

81. ω *Non obſtantibus quoad omnia ſupraſcripta priuilegijs, indultis, concordijs, &c.*] Hoc decretum omnino ſuſtuliſſe quadragenariam cum titulo, ſeu priuilegio, aſſerit Sel. *d. cap.* 42. *num.* 14. vbi refert ita deciſum *in Theatina 22. Iulij* 1613.

82. Per hoc decretum non eſſe ſublatas concordias confirmatas à Sede Apoſtol. ex certa ſcientia, ſecus ſi in forma communi, tenet Sel. *citato loco*, atteſtans ita fuiſſe reſolutum *in Lucerina 13. Ianuarij 1629.*

83. Concordiæ confirmationem obtentam ad inſtantiam vnius partis non eſſe ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione ad hoc, vt ſublata non ſit hoc decreto, quod non ſuſtulit concordias à Sede Apoſt. confirmatas, ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, dicit deciſum Sel. *d. loco.*

Non videtur tollere ſententias, & res iudicatas, cùm de illis non faciat mentionem Seraphin. *deciſ.* 712. *num.* 5. Narbona *d. l.* 59. *gloſſ.* 1. *num.* 241. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recop.* & quoad ſufficit vna ſententia, quæ tranſitum fecit in rem iudicatam, quæ æquipollet tribus conformibus, vt in his terminis à Sacra Congreg. deciſum refert Rota *deciſ.* 581. *nu.* 2. *in fine*, apud Farin. *par.* 2. *in poſthum.*

84. Suſtulit tamen res iudicatas, quæ innituntur priuilegijs ante Concil. obtentis, quia ſententia cùm innitatur priuilegio, non dat plus roboris priuilegio, quàm de ſe habeat, ſed ſolùm imponit finem liti, ita refert deciſum Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 211.

85. αα *Et alijs quibuſcunque conſuetudinibus.*] Sub hoc decreto non comprehendi immemorabiles conſuetudines referunt deciſum Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 33. *num.* 5. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. capitulo* 492. *numer.* 6. Narbona *de appellat. à Vicario ad Epiſcopum, fundament.* 3. *num.* 10. *in fine*, alter Narbona frater *l.* 59. *gloſſ.* 1. *numer.* 240. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopil.* Modern. *de ſupplicat. ad Sanctiſſ. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 44. *& de protect. Regia part.* 1. *c.* 1. *præl.* 3. *nu.* 154.

Ego

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ego ipſe *d.allegat.*84.*num.*5.*in fine*, & cenſuit Rot. *dicta deciſ.*581. *num.* 1. apud Farin.*part.*2. *in poſthum.* vbi ait iuxta declarationem ſacræ Congreg. *ſub die* 6. *Iunij* 1601. immemorabilem non eſſe ſublatam per diſpoſitionem Concilij *in præſenti*, *& in Theatina iuriſdictionis* 5. *Decembris* 1614. *coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino*, impreſſa per Farin. *deciſ.*610. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* *& in Marſicen. iuriſdictionis* 26. *Aprilis* 1609. *coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo*, impreſſa per eundem Farin. *deciſ.*248. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* vbi aſſerit S. Congregationem Concil. cenſuiſſe hoc decretum non excludere immemorabilem, ſed donec de illa conſtiterit per tres ſententias conformes, non inferiorem, ſed diœceſanum Epiſcopum debere interim huiuſmodi cauſas cognoſcere, & *num.*2. cenſuit immemorialem debere probari cum requiſitis, de quibus *in gloſſ. fin. cap.* 1. *de præſcript. lib.*6. videlicet per teſtes deponentes de viſu per quadraginta annos ante litem motã, & habentes congruam ætatem, qualis eſt annorum 54. refert Ludouic. à Sarauia *in tract. de iuriſdict. Adiunctorum quæſt.* 24. *num.* 26. *verſ. illud*. Et non tolli conſuetudines futuras, ſed præteritas tantùm, reſoluit Anguian. *de legibus lib.* 2. *controu.* 20. *num.* 21.

## *SESSIO XXV.*

### Decretum de Purgatorio.

1 *Doctores de Purgatorio agentes.*
2 *Purgatorij locus.*
3 *Animæ quas pœnas in Purgatorio patiantur.*
4 *Animæ Purgatorij non poſſunt ordinariè ante pœnas omnino perſolutas ad tempus inde exire.*
5 *Purgatorij pœnarum duratio non eſt æqualis in omnibus animabus, quæ ibi purgantur.*

CVM Catholica Eccleſia, Spiritu ſancto edocta, ex ſacris litteris, & antiqua Patrum traditione, in ſacris Concilijs, & nouiſſimè in hac œcumenica Synodo docuerit, [a] Purgatorium eſſe, *animaſque ibi detentas fidelium ſuffragijs*, potiſſimum verò acceptabilis altaris ſacrificio iuuari, præcipit ſancta Synodus Epiſcopis, vt ſanam de Purgatorio doctrinam, à ſanctis Patribus, & ſacris Concilijs traditam à Chriſti fidelibus credi, teneri, doceri, & vbique prædicari, diligenter ſtudeant. Apud rudem verò plebem difficiliores, ac ſubtiliores quæſtiones, quæque ad ædificationem non faciunt & ex quibus plerumque nulla fit pietatis acceſſio, à popularibus concionibus ſecludantur. Incerta item, vel quæ ſpecie falſi laborant, euulgari, ac tractari non permittant. Ea verò, quæ ad curioſitatem quandam, aut ſuperſtitionem ſpectant, vel turpe lucrum ſapiunt, tanquam ſcandala, & fidelium offendicula prohibeant. Curent autem Epiſcopi, vt fidelium viuorum ſuffragia, Miſſarum ſcilicet ſacrificia, orationes, eleemoſynæ aliaque pietatis opera, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus defunctis fieri conſueuerunt, ſecundùm Eccleſiæ inſtituta piè, & deuotè fiant, & quæ pro illis ex teſtatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctoriè, ſed à Sacerdotibus, & Eccleſiæ miniſtris, & alijs, qui hoc præſtare tenentur, diligenter, & accuratè perſoluantur.

[a] Seſſ. 6. can. 30. ſup. ſeſſ. 22. cap. 2. & can. 3.

1\. VIde Alphonſ. Aluarez Guerreiro *in ſpeculo iuris Pontific. cap de Purgatorio, pag. mihi* 199. Caſtro aduersùs hæreſes *verb. Purgatorium*, Domin. Sot. *in* 4. *diſt.* 19. *quæſt.* 3. Petr. Sot. *de inſtit. ſacerd. lect.* 1. *&* 2. *de Purgatorio*, Theodor. Peltan. *in tract. de Purgatorio*, Cardin. Bellarmin. *in ſuis controuerſ. Catholic. vbi de Purgatorio*, Cordub. *lib.* 1. *quæſt.* 9. *de indulgent.* Gregor. de Valent. *tom.* 4. *diſput.* 11. *de locis, ſeu receptaculis animarum poſt mortem quæſt.* 1. *punct.* 1. Nicol. Diaz *en el trattado del iuizio final c* 6. §. 2. Galet. *in margarita caſuum conſcient. verb. Purgatorium*, Soar. *tom.* 4. *de pœnitent. diſput.* 45. *ſect.* 1. Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 3. *quæſt.* 44. *art.* 1. Ægid. de ConincK *de Sacrament. & cenſur. tom.* 2. *diſput.* 11. Martin. Carillo *en la explicacion de la Bulla de los defuntos, in princip.* Homobon. de Bonis *de examine Eccleſ. tract.* 3. *quæſt.* 61. *cum ſeq.* Fernandez *in examine Theolog. moral. part.* 3. *cap.* 8. *de Purgatorio*, Iul. Lauor. *de Iubileo & indulgent. p.* 2. *cap.* 29. Hieron. Roderic. *in compendio quæſt. regul. reſol.* 122. Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. qualis* 4. *& ſeq. diſt.* 25. Trullench *in expoſit. Bullę defunctorum lib.* 4. *dub.* 2. nouiſſimè Bartholom. à S. Fauſto *in tract. de quatuor animarum receptaculis, nempe purgatorio, limbo, inferno, & paradiſo, lib.* 5.

2\. De loco Purgatorij vide Bellarm. *d. lib.* 2. *de Purgatorio cap.* 6. Henriq. *de fine hominis cap.* 25. §. 3. Valent. *d. quæſt.* 1. *puncto* 2. Soar. *d. tom.* 4. *de pœnitent. diſput.* 45. *ſect.* 2. *ex num.* 3. Martin. Carill. *d. tract. p.* 1. *cap.* 2. Benzon. *de Iubileo, lib.* 2. *cap.* 27. Ægid. de ConincK *d. tom.* 2. *diſput.* 11. *dub.* 2. *num.* 17. *cum ſeqq.* Fernandez *dict. cap.* 8. §. 1. *numer.* 3. *&* 4. Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. qui in aliud num.* 2. *diſt.* 25. qui aſſerunt locum Purgatorij eſſe infra viſcera terræ inferno ipſi vicinum. Bartholom. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *de quatuor animarum receptaculis quæſt.* 2. vbi dicit quòd licèt Purgatorium ſecundùm legem communem, & ordinariam Dei in viſceribus terræ ſit, non tamen ſemper animæ in iſto communi loco purgantur, quia interdum ſecundùm legem particularem, ſeu diſpenſationem diuinam diuerſis in locis nonnulli puniti eſſe leguntur.

Quas pœnas animæ in Purgatorio patiantur, diſſerunt Petr. Sot. *d. lect.* 2. *de Purgator.* Angles *in floribus theologicar. q. part.* 1. *quæſt.* 4. *de Purgat.* Ioan. Iaſen. *de fidelium animarum Purgator. lib.* 1. *cap.* 2. Viuald. *in candel. aureo part.* 1. vbi de Purgatorio *num.* 8. Cardin. Bellarmin. *d. lib.* 2. *de Purgator. cap.* 16. *cum quatuor ſeqq.* Valent. *d. diſput.* 11. *quæſt.* 1. *puncto* 2. Soar. *dict. tom.* 4. *diſput.* 46. *ſect.* 1. *&* 2. Martin. Carrillo *dict. tract. part.* 1. *cap.* 3. Ægid. de ConincK *dict. diſput.* 11. *dub.* 3. *num.* 19. *cum ſeqq.* Homobon. de Bonis *d. tract.* 3. *cap.* 7. *quæſ.* 62. Trullench *in expoſit. Bullę defunctor. lib.* 4. *dub.* 3. Bartholom. à S. Fauſto *d. lib.* 5. *de quatuor receptaculis animarum quæſt.* 3. vbi dicit animas Purgatorij duplicem pati pœnam, nempe pœnam damni, & pœnam ſenſus, & *q.* 4. dicit pœnam damni in Purgatorio eſſe maximam pęnarum, & minorem pęnam ſenſus Purgatorij acerbiorem eſſe maxima pœna huius vitæ, & *quæſt.* 7. refert animas, quæ ſunt in Purgatorio, non æqualiter ab igne torqueri, ſed vnamquãque plus vel minùs intenſiùs puniri, & *q.* 9. tenet nullã animam ex Purgatorio omni liberari donec ſit plenè purgata, nullamque ibi torqueri vltra diem iudicij generalis, & *quæſt.* 11. affirmat omnes animas, quæ in Purgatorio ſunt, habere certitudinem ſuæ ſalutis, & *quæſt.* 12. probat animas, quæ ſunt in Purgatorio, non poſſe aliquid mereri, vel demereri, & *quæſt.* 16. contra Be- 3.